




SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

OTTONIS ET RAHEWINI
GESTA FRIDERICI I. IMP.

EDITIO TERTIA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1912.

SCRIPT[illegible] RERUM GERMANICARUM UND FONTES IURIS GERMANICI ANTIQUI
IN USUM SCHOLARUM
EX MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS SEPARATIM EDITI.

Zur gefälligen Beachtung! Vollkommene Neubearbeitungen, durch welche die in der Folio-Ausgabe herausgegebenen Stücke kassiert werden sollen, so dass nur die Oktav-Ausgaben benutzt werden dürfen, sind:

1. *** Vitae sancti Bonifatii archiep. Moguntini.**
   Der grössere Teil des Inhalts dieses Bandes steht nicht in der Folioserie.
2. *** Annales Mettenses priores.**
   In der Folioserie steht nur eine spätere Ueberarbeitung des Werkes, die ohne Benutzung der jetzt bekannten (Berliner) Handschrift gedruckt ist.
3. *** Einhardi Vita Karoli Magni. Edit. sexta.**
4. **Nithardi Historiae. Ed. tertia.**
5. *** Annales Bertiniani.**
6. *** Annales Xantenses et Annales Vedastini.**
7. **Vita Anskarii et Vita Rimberti.**
8. **Gesta abbatum Fontanellensium.**
9. **Thietmari Merseburgensis episcopi Chronicon.**
10. **Annales Hildesheimenses.**
11. *** Lamperti monachi Hersfeldensis opera.**
    Der Schluss der Vita Lulli steht allein hier, fehlt in deren Ausgabe SS. XV, 1.
12. *** Vita Bennonis II. episcopi Osnabrugensis.**
    Der in der Folioausg. SS. XII herausgegebene Text ist durch massenhafte Fälschungen entstellt.
13. *** Ottonis Episcopi Frisingensis Chronica. Ed. altera.**
14. *** Ottonis et Rahewini Gesta Friderici I. imperatoris. Ed. tert.**
15. *** Helmoldi Cronica Slavorum.**
    Ed. alt. Die hier beigegebenen Versus de vita Vicelini et Sidonis epistola sind bisher nicht in den MG. herausgegeben.
16. *** Gesta Federici I. imperatoris in Lombardia.**
    Der darin herausgegebene Bericht Ex Iacobi Aquensis Ymagine mundi steht nicht in der Folioausgabe.
17. *** Chronica regia Coloniensis.**
    Was S. 300—302 u. 316—369 steht, ist in der Folioserie nicht herausgegeben.
18. **Annales Marbacenses.**
19. *** Iohannis Codagnelli Annales Placentini.**
20. *** Monumenta Erphesfurtensia saec. XII—XIV.**
    Die Abschnitte S. 525—602 und S. 693—810, sowie S. 6—14, 25—33 stehen nicht in der Folioausgabe.

Die einzelnen Bänden vorgesetzten Sterne sollen bezeichnen, dass die früheren Ausgaben derselben in der Folioserie am wenigsten den heutigen Anforderungen genügen.

Nur in dieser Sammlung, nicht in der grossen Scriptores-Serie, sind herausgegeben:

1. **Iohannis abb. Victoriensis Liber.**
   Bisher war nur die zweite Rezension (B) in ungenügender Weise herausgegeben, während diese Ausgabe auch den ersten Entwurf (A), vom I. Buch mehrere Rezensionen enthält.
2. **Alberti de Bezanis Cronica.**
   Hier zum ersten Mal herausgegeben. Die Chronik war bis jetzt unbekannt, es wusste auch fast Niemand von ihrer Existenz.
3. **Chronicon Moguntinum.**

Sehr bedeutend im Text oder in der sachlichen Bearbeitung verbessert sind folgende Bände, so dass sie allein oder doch notwendig neben der Folio- oder Quart-Ausgabe benutzt werden müssen:

1. **Ionae Vitae sanctorum.**
2. **Annales regni Francorum et Annales qui dicuntur Einhardi.**
3. **Annales Fuldenses.**
4. **Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon.**
5. **Liudprandi episcopi Cremonensis opera omnia. Ed. altera.**
6. **Widukindi Rerum gestarum Saxonicarum libri tres. Ed. quarta.**
   Der darin im Anhang herausgegebene Libellus de origine gentis Swevorum steht nicht in der Folioserie.
7. **Wiponis Gesta Chuonradi II. ceteraque quae supersunt opera. Ed. alt.**
   Enthält S. 78—81 einiges, was nicht in der Folioausgabe steht.
8. **Richeri Historiarum libri IIII. Ed. altera.**
9. **Annales Altahenses maiores. Ed. altera.**
10. **Brunonis de bello Saxonico liber. Ed. altera.**
11. **Vita Heinrici IV. imperatoris. Ed. tertia.**
12. **Carmen de bello Saxonico** ist nur aus der Folioserie abgedruckt. aber Conquestio Heinrici IV. imp. darin S. 24—28 steht nicht in der Folioserie.
13. **Adami Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum. Ed. altera.**

SCRIPTORES

RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSI.

OTTONIS ET RAHEWINI
GESTA FRIDERICI I. IMP.

EDITIO TERTIA.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1912.

OTTONIS ET RAHEWINI
GESTA
FRIDERICI I. IMPERATORIS.

EDITIO TERTIA.

RECENSUIT G. WAITZ.

CURAVIT B. DE SIMSON.

HANNOVERAE ET LIPSIAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.
1912.



HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC TOMO CONTINENTUR:

PRAEFATIO GEORGII WAITZ b. m.

Novam Gestorum Friderici primi imperatoris ab Ottone episcopo et Rahewino praeposito Frisingensibus conscriptorum editionem paraturus, quae locum illius obtineret quam ante viginti fere annos b. m. Rogerus Wilmans in Scriptorum tomo XX. publici iuris fecit et quae a. 1867. *in hac collectione separatim impressa est, ea repetere fas habui quae de huius libri, ut ita dicam, natalibus, auctoritate et fide ille exposuit, ex iis vero quae alteri Ottonis operi, chronico universali, de auctoris vita et studiis praemisit pauca tantum excerpenda duxi*[1].

Sed primo loco ex monachi Claustroneoburgensis annalibus locum exscribere iuvat, quo post Rahewinum accuratius de vita viri celeberrimi et de litteris optime meriti retulit (SS. IX, p 610 *sq.), de Liupoldi marchionis Austriae filiis agens:*

Quintus Otto, qui liberalibus studiis appositus, ut in scriptis suis iam claret et diu in posterum clarebit, in egregium profecit clericum. Quem, cum adhuc scholaris esset, mortuo Ottone primo Niwenburgensis ecclesiae preposito, pater suus fecit eidem ecclesiae prepositum, substituens ei vicarium Opoldum nomine. Deinde, ex propria camera et ex redditibus ecclesiae cui preerat datis ei stipendiis, studii causa misit eum Parisius. Unde dum post aliquos annos rediret, ecclesiam suam, videlicet Niwenburgensem, veneratus, attulit ei reliquias; quas festiva populi et cleri processione marchio pater eius suscipiens, venerabiliter super aram sanctae Mariae, ut curatissime servarentur, deportari fecit. Ut autem eidem ecclesiae perpetuo manerent, nomen reliquiarum,

1) *Quae addenda censui uncis [ ] sunt inclusa. G. W. (Cf. A. Hofmeister, 'Studien über Otto von Freising' I, 'N. Archiv' XXXVII, p.* 99 *sqq.* 633 *sqq. Qui etiam plurima hic suppleta mecum communicavit. B. S.).*

ut dicitur, prodere noluit. Paucis vero diebus domi demoratus, denuo ad scholas rediit. Ibi proposito tempore studii transacto, dum ad propria redire properat, in cenobio Morimundensi, ubi pernoctaverat, se monachum fecit cum aliis quindecim, qui secum venerant, electissimis clericis. Qui etiam, ut ab uno illorum audivi, Friderico nomine, qui et ipse in abbatem Pomkartenperge et deinde in Hungaria in episcopum electus fuerat, omnes in diversas dignitates promoti sunt. Quo audito, marchio pater eius, cum iam videret locum filii vacare et ecclesiam Niwenburgensem preter se provisorem non habere, sicut vir providus et Deo devotus mittens invitavit in domum suam venerabiles viros, Eberhardum archiepiscopum Salzburgensem, Regimarum episcopum Pataviensem, Romanum Gurcensem, et alias quam plures religiosas personas. Horum ordinatissimum ad Dei voluntatem consilium secutus, canonicos saeculares, qui sibi videbantur divina negligenter et nimis remisse agere, decentissime avertit et regularibus beati Augustini viam regiam et optimam formam vitae tenentibus anno incarnationis Domini 1133. eundem locum perpetuo tenendum potentiva manu tradidit; prepositum eis preponens ex eorundem venerabilium virorum consilio prepositum Chymensem, Hartmannum nomine, virum sanctissimae vitae, virum Deo et hominibus acceptum, sed peccatis nostris exigentibus post aliquos annos a nobis ablatum, in Brixensem episcopum assumptum. Hic est ille Hartmannus, primus in hac domo regularis vitae prepositus, hic est ille, qui consuetudinem nostram religioni omnino congruam scripsit et scriptam nobis legendam et imitandam reliquit. Habet autem hoc initium: *Sub testimonio Christi et ecclesiae* etc. Igitur ipse dominus Otto de Morimundensi cenobio ad episcopatum Frisiensem evocatus est. Ibi qualis eius vita fuerit, et quomodo eius gratia studium floruerit, et quae et quanta scripserit, vel etiam quomodo ecclesia illa per eum profecerit, Rachwynus, notarius eius, plenius omnia scripsit. Ad extremum autem cum iter more solito ad Cisterciense capitulum ageret et ad cenobium suum Morimundense visendi causa divertisset, gravi infirmitate pressus, in habitu monachili, quem numquam in episcopatu deposuerat, omnibus fratribus coram positis et eiulatu maximo perstrepentibus, felicissime in Domino obiit, et ibi sepultus quievit.

Hoc potissimum testimonio nisus Wilmans ita scripsit: 'De anno natali primordiisque Ottonis pauca tantum nota sunt. Natus est ex foecundissimo illo matrimonio, quod Liupoldus Sanctus Austriae marchio cum Agnete, Heinrici IV. filia iamque Friderici ducis Sueviae vidua, a. 1106. *contraxit*[1], *atque inter sex inde procreatos filios quintum obtinuit locum. Ex genuinis fontibus nec annus nec dies natalis probari licet, et id solum statuendum, ipsum nullo modo ante a.* 1111. *procreatum esse. Quibus argumentis si addis, quod ex quinque sororibus, quae ad nubilem aetatem provectae sunt, vel etiam de septem germanis tempore infantiae de medio sublatis forsitan unum alterumve natu maiorem habuerit, libenter Ottonis annum natalem ad a.* 1114. *vel* 1115. *produces*[2].

Neque tamen ultra. Iam enim a. 1128. *una cum fratribus Adalberto, Liupoldo et Ernestone chartae subscripsit, qua pater reditus quosdam coenobio S. Nicolai Pataviensi restituit*[3]. *Neque tamen iam ordines recepit, quod sine ullo dubio notandum curasset pater*[4]. *Hoc in charta factum est die* 15. *Mart. a.* 1134. *data*[5].

Hoc ergo tempore non solum clericali ordini addictus et praepositus ecclesiae Claustroneoburgensis factus[6], *sed etiam inter coenobii Morimundensis monachos receptus est. Nam auctor ille Claustroneoburgensis tradit*[7], *a.* 1133. *ecclesiam Claustroneoburgensem, expulsis canonicis saecularibus, a Liupoldo marchione regularibus S. Augustini datam esse, quod factum evenerit paulo post professionem ab Ottone in*

1) *Gesta I,* 10; *Ann. Mellicenses h. a., SS. IX, p.* 500. 2) *Morientem a.* 1158. *Rahewinus IV,* 14. *iuvenem aetate vocat.* 3) *Mon. B. IV, p.* 311. *Quam chartam V. Cl. Meiller (Reg. p.* 18, *nr.* 39*) a.* 1128. *tribuit, quod non omnino constat, cum alteri tantum huius anni documento adscripta sit, et ipsa nullam temporis prae se ferat notam. [Immo, cum prior restitutio a.* 1128. *cum uno filio Adalberto facta, 'secundo confirmata' sit praesentibus quatuor filiis eius, hoc multo tempore post factum esse videtur]. (Cf. Hofmeister, 'N. Archiv' l. c. p.* 123, *n.* 5*).* 4) *(Cf. tamen Hofmeister l. c.).* 5) *Qua Liupoldus, 'rogante filio suo Ottone in sancte conversationis habitu iam constituto', episcopatui Bambergensi quosdam ministeriales tradidisse memoratur; Hormayr, 'Taschenb.'* 1843, *p.* 367. *[Meiller, Reg. p.* 20, *nr.* 50, *ex quo a.* 1133. *a Wilmans scriptum correxi].* 6) *In nullo documento quod sciam memoratur, econtra Opoldus [quem eius vicarium dicunt Annales] saepissime; Fischer, Cod. tradd. Claustron. nr.* 20. 23. 25. 32. 117. 206. 224. 249, *nusquam vicarius, plerumque canonicus appellatus.* 7) *l. l. p.* 613: Hoc anno canonici saeculares a loco Niwenburgensi aversi sunt, et regulares beati Augustini substituti.

monasterio Morimundensi factam. Quae igitur idem scriptor de duplici nostri itinere Parisios instituto ipsiusque studiis hoc loco absolutis mandavit litteris, haec inter annos 1128[1]. *et* 1133. *contigisse, facile mecum statues.*

Ottonem Morimundi abbatem electum esse, ex Rahewino[2] *accipimus. Sed quas res abbas gesserit et quamdiu monasterio praefuerit, apud nullum coaevum scriptorem reperitur. Charta a Liupoldo, Ottonis patre, San-Crucensi monasterio a.* 1136. *data ita de nostro loquitur*[3]*:* Inde est, quod ego Liupoldus D. g. marchio Austrie . . . ., Ottone dilecto filio meo, qui se apud Morimundum ordini subiecit Cisterciensi, adhortante, fratres a predicto Morimundensi cenobio evocarim *etc. Certe si tunc temporis monasterio Morimundensi abbas praefuisset Otto et monachos illos in Austriam direxisset, id adnotandum non neglexisset pater. Quae cum ita sint*[4], *non crediderim, Ottonem ante medium a.* 1136. *abbatem electum esse, neque iis omnino contradixerim, quae Albricus a.* 1146. *tradidit*[5]*:* Huc usque pertingit narratio episcopi Ottonis, qui fuit vir nobilis et monachus Morimundi, et una die electus in abbatem eiusdem loci, sequenti die factus est in Bavaria episcopus Frisingensis.

Quando episcopus Frisingensis electus sit, non minus magnis obvolvitur tenebris. Non possumus quin Meichelbeckii sententiam[6]*: 'Quo sane anni illius (*1138*) mense ac die in Bawariam Otto venerit, edisserere hactenus non possumus', non solum confirmemus, sed annum ipsum* 1138. *in dubium vocemus*[7].

Quae episcopus gesserit, a Rahewino laudibus efferuntur[8]. *Quae vero ad ecclesiam Frisingensem reparandam fecerit, nobis nota non sunt. Id tantum scimus, quod Novam-Cellam S. Petri monasterium ordinis Praemonstratensis prope Frisingam de novo fundaverit*[9], *coenobia vero Scheft-*

1) *(Cf. tamen supra p. IX, n.* 3. 4*).* 2) *IV,* 14. 3) *Meiller l. l. p.* 22. 4) *Documenta Gall. Chr. IV, p.* 814. *edita, Walterum etiam a.* 1136. *inter vivos et Morimundi praesidem fuisse, probant.* 5) *[SS. XXIII, p.* 838*].* 6) *Hist. Fris. I,* 1, *p.* 316. 7) *Qui Ottoni in Morimundo successit Rainaldus non ante a.* 1139. *memoratur; Gall. Chr. IV, p.* 816. *[Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 70 *sq. ex chartis ab Ottone datis eum inter* 6. *Nov. et* 9. *Dec. a.* 1138. *ordinatum esse, eruere conatus est].* 8) *IV,* 14. 9) *Cf. Arnpeckh, G. epp. Fris. ed. Deutinger p.* 40, *quibuscum conveniunt quae apographo suo Conradi sacristae in folio agglutinato subiunxit [SS. XXIV, p.* 322 *n.]. (Germania pontificia auct. A. Brackmann I, p.* 342 *sq.).*

lariense[1], *quod post Ungarorum incursum dirutum iacebat, et Schledorfense*[2] *restauravit.*

Si rationem respicis quae ipsi cum principibus vicinis tam saecularibus quam ecclesiasticis intercesserit, praeter controversiam inter ipsum et archiepiscopum Salzburgensem Conradum exortam, sed paulo post sopitam[3], *lites inprimis notemus oportet, quae inter nostrum et gentem Wittelsbachicam factae sunt*[4]. *Tegernseensibus libertatem auferre nisus est*[5].

Partem quam in rebus publicis habuit regnante Conrado III. non magni momenti fuisse patet, neque arctioris amoris vinculo uterini fratres coniuncti esse videntur. Nam mea saltem sententia diverse de ratione sentiebant, qua salus Germaniae reperiri paxque patriae confirmari posset; inprimis bellum Welficae parti ad internecionem usque illatum Ottonis suffragia non tulit.

Anno 1145. *exeunte Italiam petivit atque Eugenium III. die* 18. *Novembris invisit*[6], *ex quo itinere sequenti anno medio reversus est. Mense Februario a.* 1147. *Ratisponae cruce signatus*[7], *exeunte mense Maio cum Conradi exercitu Danubium descendit, omniumque miseriarum particeps factus, circa mensem Octobrem Nicomediam venit. Controversia deinde inter Conradum et principes de itinere quo Asiam minorem peragrarent orta, Otto cum* 14000 *hominum Ni-*

1) *Catal. praep. Scheftlar. [SS. XVII, p.* 347. — *W. Meyer, 'SB. d. Münch. Akad.'* 1873, *p.* 64, *n. ('Ges. Abhandl. zur mittellatein. Rhythmik' I, p.* 74, *n.) ex cod. olim Scheftlariensi (Mon. Lat.* 17151*) epitaphium Ottonis (G. IV,* 14*) ita mutatum auctumque edidit, ut pro ultimis duobus versibus hi legantur:*

Eius opem sensit locus hic, dum religionis
Formula mosque novus per eum viget hic melioris.
Ergo confisi de te, martir Dionisi,
Exigui fratres alboque sub ordine patres,
Quos hic plantavit, gemino quos pane cibavit,
Ad te clamamus, tibi corda manusque levamus,
Ut noster pater et servus tuus iste fidelis
Ima supernis, tristia laetis, terrea caelis
Mutet, et assit ei via, dux, spes, res requiei].

2) *Meichelbeck I,* 1, *p.* 323. *(Cf. tamen Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' IV, p.* 349, *n.* 12*).* 3) *Wiedemann, 'Otto von Freysingen'* (1849) *p.* 27. 4) *Cf. 'Archiv' XI, p.* 68—76. 5) *V. quae passionis S. Quirini auctor Tegernseensis litteris tradidit ['Arch. f. Oest. Gesch.-Quellen'* (1849) *II, p.* 342 *sqq.]:* Otto doctissimus idem agebat, qui cesari Friderico quadringentas argenti libras pro loco sibi subiciendo fertur pollicitus. Sed princeps honorem loci apud regnum, regni honorem in loco minuendum negabat. *Cf. epistolas Conradi abbatis, Pez Thes. VI,* 1, *p.* 369. 372, *iam ante a.* 1147. *datas.* 6) *Chron. VII,* 32. 7) *Gesta I,* 42.

*caeae a fratris exercitu discessit atque in maris litore progredi conatus est. Neque meliorem quam frater sortem consecutus est; totus enim exercitus a Graecis proditus, Turcarum gladiis deletus est. Episcopus ipse cum paucis comitibus navem conscendit, circa mediam quadragesimam (*21. *Martii a.* 1148*) mare transgressus*[1] *in portu quodam Syriae applicuit. Unde Hierosolymam profectus, urbem sacram dominica palmarum (*4. *April.) intrasse videtur*[2]. *Deinde paschate ibidem celebrato, ad urbem Acconensem se contulit, ubi eum circa diem* 24. *Iunii commoratum esse, tradunt rerum scriptores*[3].

Sed inde ab hoc tempore vita eius per duos annos sequentes maximis obvolvitur tenebris. Utrum enim iam a. 1148. *in Bawariam redierit, an Conradum in itinere Constantinopolitano die* 8. *Septembris* 1148. *ex Acconensi portu suscepto comitatus, ibi ad mensem Februarium a.* 1149. *cum rege remanserit, nullo modo enucleari potest*[4].

Deinde ineunte a. 1150. *in lucem publicam reversus, iterum magnam nobis iniicit dubitationem, utrum in Gallia an in Germania moratus sit. Inter Wibaldinas enim habet epistola post d.* 20. *April.* 1150. *conscripta*[5]*:* in capite quadragesime abbas Clarevallensis misit domno regi *(Conrado III)* litteras per episcopum Frisingensem, in quibus collaudabat dominum illum Siciliae *(Rogerium)* etc. *Otto vero in libris tam infesto erga Rogerium Siciliae regem se praebuit animo, ut tyrannum eum constanter nominare soleret*[6], *neque S. Bernhardum ea veneratione prosecutus est, qua plurimi homines erga ipsum imbuti erant*[7]. *Res igitur miranda, quod Otto his conatibus intercessorem se gessit, quae aliter explicari nequit, nisi quod ipsum hoc tempore ab Conrado dissensisse statuamus*[8].

1) *Cf. Jaffé, 'Conrad III.' p.* 130. 137. 138. *[Quae hac de re ex Chron. Reicherspergensi Wilmans attulit, Gerhohi esse, iam constat; v. SS. XVII, p.* 461; *(Gerh. De investig. Antichristi I,* 60, *Libelli de lite III, p.* 376*). De Ottonis expeditione cf. iam Bernhardi p.* 628. 651 *sqq.].* 2) *Jaffé l. l. p.* 289. 3) *Idem p.* 140. 4) *(Cf. Hofmeister, 'Studien' p.* 695, *n.* 4*).* 5) *Ed. Jaffé, Bibl. I, nr.* 252, *p.* 376. 6) *Chron. II,* 19. *VII,* 23. 24. 7) *In omnibus* 400 *quae supersunt sancti Bernhardi epistolis Otto, quod sciam, ne uno quidem verbo tangitur, quamvis ambo ex quatuor Cisterciensis monasterii filiabus duas abbatias, scilicet Morimundensem et Clarevallensem, rexerint.* 8) *[Quod negavit Grotefend, 'Der Werth der Gesta Friderici imper.' p.* 9*].*

Circa finem a. 1150. *in patriam redux*[1], *in gratiam regis rediisse videtur, quippe qui eundem sequenti anno Rhenum per navigia descendentem comitatus sit.*

Tandem cum nepos Fridericus I. rerum fastigio potitus esset, Otto etiam maiores adeptus est dignitates. Petenti imperatori Chronicon transmisit atque vitam et res gestas eius conscribere iussus est (qui postea excerpta ex Chronico tamquam ex 'annalibus praedecessorum nostrorum catholicorum imperatorum' diplomati a. 1167. *Aug.* 6. *iuxta Romam in monte Gaudii ecclesiae S. Bartholomaei dato inseri fecit*[2]*). In publicis etiam negotiis Ottonis consilio saepius usus est Fridericus*[3], *praesertim cum a.* 1157. *in conventu Vesontino controversia inter imperium et sacerdotium exarsisset.*

Quem locum hoc tempore Otto obtinuerit, Rahewinus optime indicat[4]. *Quamvis vix* 44 *vel* 45 *annos natus esset, tamen,* iam dudum, *ut Rahewinus dicit,* languore ac debilitate corporis invalidus *erat. Itaque factum est, ut Fridericus I, quem in Italiam iturum Augustae die* 14. *Iunii a.* 1158. *invisit*[5], *ab hac expeditione libenter eum excusaret.*

Denique, ut Cisterciense capitulum visitaret — nam monachi vestem etiam episcopus non abiecerat — Morimundense adiit monasterium, ibique die 22. *Septembris eiusdem anni obiit atque in ecclesia ipsa iuxta maius altare sepultus est. Quod sepulchrum modestissimum Martene adhuc vidit*[6].

Epitaphium a Rahewino compositum et Ottonis tumulo[7] *inscriptum exstat in Gestis Friderici (IV,* 14*)*[8].

Primum quod Otto edidit opus fuit

A. *C h r o n i c o n*[9]. *Scribendi initium fecit paulo ante medium a.* 1143, *quippe quo tempore se prologum secundi*

1) *Die* 16. *Sept.* 1150. *erat Ratisbonae; v. Dalham, Conc. Salisb. p.* 73, *die vero* 13. *Dec. Salisburgi, Lang, Reg. I, p.* 196. *(Cf. tamen Hübner, 'Deutsche Geschichtsblätter' X, p.* 198*). — [Octavianum cardinalem in legatione, qua in Germania a.* 1151. *fungebatur, comitatus est, ut Gerhohus Reicherspergensis in expositione psalmi* 65 *et* 113 *(Libelli de lite III, p.* 494. 499*) retulit].* 2) *(Cf. Chron. VI,* 24—26, *rec. Hofmeister p.* 288 *sqq.; praef. p. XCIX).* 3) *Gesta III,* 22. 4) *Gesta IV,* 14. 5) *Gesta III,* 22. *et charta ib. laudata; (Stumpf nr.* 3812*).* 6) *'Voy. litter.' I, p.* 141. 7) *[*seu cenotaphio *add. rec. C; quare fortasse non Morimundi, sed Frisingae hoc factum esse, putaris].* 8) *Alterum Pertz ex cod. Monacensi Lat.* 19411 *(Tegerns.* 1411*) c. a.* 1200. *exarato transscripsit [idem est quod Rahewinus l. l. addit, procul dubio ab ipso, non a Tegernseensi quodam confectum].* 9) *[Ipse librum inscripsit* de duabus civitatibus*]. (Ottonis episcopi Frisingensis Chronica sive Historia de duabus civitatibus. ed. altera. rec. Adolfus Hofmeister, Scr. rer. Germ., Hannoverae et Lipsiae* 1912*).*

libri exarasse profiteatur[1]*. Per tres sequentes scribere perrexit*[2]*, atque ante diem* 11. *Septembris a.* 1146[3]*, vel saltem ante diem* 9. *Aprilis a.* 1147*, quo Conradus archiepiscopus Salzburgensis obiit*[4]*, Chronico finem imposuit. Quae prima editio petente Isingrimo monacho*[5]*, ni fallor, Weihenstephanensi conscripta atque ipsi dicata est. Secunda vero editio in lucem prodiit, cum nepoti Friderico I. imperatori postulanti Chronicon per abbatem Weihenstephanensem Rapotonem et notarium suum Rahewinum transmitteret*[6]*.*

B. Gesta Friderici imperatoris.

C. Tertium denique opus Otto edidisse dicitur, Austriacam scilicet historiam, quam, ut Urstisius scribit[7]*, olim Wolffgangum Lazium habuisse ferunt. Otto se huiusmodi opus composuisse, non obscure ipse innuere videtur*[8]*.*

D. Teste Aenea Sylvio[9] *Otto 'in dialectica quoque ac philosophia opuscula nonnulla edidit'. Cum Otto eo a Rahewino magnis extollatur laudibus*[10]*, quod 'phylosophicorum et Aristotelicorum librorum subtilitatem in topicis, analeticis atque elencis fere primus nostris finibus adportaverit' atque integra interpretatione Aristotelici organi primus inter omnes saeculi XII. eruditos viros usus sit, ipsum talia opera a Chronico et Gestis diversa, quae in bibliothecis fortasse latent, scripsisse, mihi persuasum est*[11]*.*

1) *Cf. Chron. VII,* 26. *et Jaffé, 'Conrad' p.* 59. 60*, n.* 8. 2) *(Cf. Hofmeister, praef. p. XII).* 3) *Chron. VII,* 34: Ecce enim inter nostrum et Ungarorum regnum . . . valida expectatur commotio. *Hoc bellum pugna apud fluvium Litahe d.* 11. *Sept.* 1146. *commissa finem cepit; cf. Gesta I,* 33; *Jaffé, 'Conrad' p.* 85, *n.* 51. 4) *De quo ita loquitur Chron. VII,* 13: qui hactenus in ecclesia Dei florere fructuoso labore noscitur. *De die obituali Conradi v. Jaffé, l. l. p.* 260; *(Bernhardi l. l. p.* 592*, n.* 3*).* 5) *Prol. Chron.:* necessarium ratus sum ad petitionem tuam, frater karissime Isingrime, historiam texere. *(At Isingrimum istum monachum SS. Udalrici et Afrae Augustensem, a.* 1145. *in abbatem Ottenburanum promotum, fuisse, cum Pertzio, SS. XVII, p.* 312*, F. L. Baumann, 'N. Archiv' VI, p.* 600 *sqq., censet, quem etiam Hofmeister, praef. p. XII sq., probat).* 6) *[A.* 1157*, ut Jungfer, 'Untersuchung der Nachrichten über Friedrichs I. Griech. und Norm. Politik' p.* 45*, probavit; cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 105*].* 7) *[Germ. hist. p.* 4. *Eam a Barnaba de Montalbo aliisque laudari, dicit Fabricius, Bibl. lat. med. aetatis ed. Mansi V, p.* 187*].* 8) *Gesta I,* 10. *Hoc uno loco excepto, nusquam de matrimonio parentum suorum a.* 1106. *contracto loquitur. [Equidem illa ad Chron. VII,* 9. *referri posse censui]. (Cf. etiam Hofmeister, praef. in Chron. p. VIII sq.).* 9) *Hist. Frid. III, ap. Schilter, SS. R. G. p.* 10. 10) *IV,* 14. 11) *(Cf. tamen Hofmeister, praef. p. IX; 'Studien' p.* 680 *sq.).*

Videmus Ottonem, quamvis Staufensibus imperatoribus arctissimis familiae vinculis obstrictum, tamen medium, ut ita dicam, inter illam et Welficam obtinuisse locum[1].

Eodem fere modo Otto se gessit in utraque controversia, quae tunc temporis philosophiam et theologiam, rempublicam et ecclesiam vexabat.

In diiudicandis rebus humanis plerumque sine ira et studio procedit, invectiva tamen oratione in Wittelsbachicam gentem excepta[2]. Neque cognatio ullam vim in ipsum scribentem habuit, cum de fratribus[3] et de patre[4] eo modo agat, ut ex eius verbis minime deprehendere possis, eos necessitudine ipsi coniunctos fuisse[5]. Suam propriam personam plerumque silentio praeterit, ita ut ea, quae in secunda crucesignatorum expeditione gesserit, ex aliis auctoribus haurienda sint. Nobilem et principem historiam eum scripsisse, interdum ex superbia concludis, qua de urbium Italicarum civibus loquitur[6]. Interdum etiam provinciae, in qua natus erat, amor ita veritati offecit, ut de Saxonibus non ea qua par esset integritate loqueretur[7]. Ex more saeculi prodigiis et miraculis fidem non denegat, at non ultra modum indulget[8]. Sermone utitur satis culto, interdum vero scholasticis vocabulis repleto; raro vero locutiones barbarae apud ipsum occurrunt[9]'.

De Gestis vero Friderici Wilmans uberius ita disseruit:

1) *In transactione de ducatu Bawariae habita de se ipso dicit Gesta II,* 42: nos, qui mediatorum ibi vice fungebamur. *Neque tamen hoc silentio praeterire velim, quod in Chron. VII,* 23. 24. *de Heinrico Superbo valde acerbius iudicium fert quam in Gestis I,* 20. *decem annis post scriptis. (Cf. 'N. Archiv' XXXVI, p.* 697 *sq.).* 2) *Inimicitias acerbissimas Ottoni nostro cum advocato ecclesiae Frisingensis comite palatino Ottone intercessisse, constat ex Chron. VI,* 20, *quo in ipsum saevissime invehitur gentemque omnem Wittelsbachicam anathemati, ut ita dicam, aeterno subiicit. (Quae quo tempore inseruisse, postea delevisse videatur, ostendit Hofmeister, praef. p. XV sq.). Et quidem nostris temporibus non defuerunt viri docti Bawari, qui ipsum locum spurium esse contenderent (v. Lang, in Aufsess 'Anz.'* 1832, *p.* 75; *cf. Wiedemann p.* 79*). Attamen nihil sincerius ipso.* 3) *Chron. II, prol. VII,* 23. 25. 26. 4) *Chron. VII,* 21; *Gesta I,* 10. 5) *[De sententia a V. D. Schmitz proposita, ab Ottone marchionum Austriacorum originem Babenbergensem esse fictam, cf. A. Huber, 'Mittheil. d. Inst. f. österr. Geschichtsf.' II, p.* 374 *sqq.].* 6) *Gesta II,* 13. 7) *Gesta I,* 4. *Quibuscum ea conferenda sunt quae Otto in epistola Wibaldo abbati Corbeiensi c. a.* 1152. *transmissa de Saxonibus refert (ep. Wib.* 387, *ed. Jaffé, p.* 520*). Vide etiam Chron. VI,* 5. *et* 34. 8) *Cf. quos B. Huber, 'Otto von Freising'* (1847) *p.* 125. *hac de re collegit locos.* 9) *Cf. Huber p.* 193; *Wiedemann p.* 138. *(Hofmeister, 'Studien' p.* 696 *sqq.).*

'Cum Otto Chronicon imperatori Friderico I. per abbatem Rapotonem et notarium Rahewinum transmitteret, etiam res gestas eiusdem se litteris commendaturum pollicitus est, si caesareorum notariorum commentarii secum communicarentur[1]. *Imperator libentissime obtemperavit ac delineationem rerum inde ab a.* 1152. *usque ad mensem Septembrem a.* 1156. *gestarum patruo transmisit.*

Tunc Otto huic libro componendo operam navavit, ac praelibatis in volumine priore rebus a Friderici avo, patre patruoque gestis[2], *in altero ipsius vitam inde ab eo die, quo rex electus erat, conscribere aggressus est. Quod opus tamen ei ad id tantum tempus, quo caesarei commentarii desinunt, producere concessum erat. Ottonem autem etiam ultra progredi voluisse, ex verbis patet, quibus liber secundus finitur*[3]. *At in ipso conscribendo libro praematura eum mors rapuit (die* 22. *Septembris* 1158*).*

Quod opus si cum Chronico confers, valde diversam esse utriusque indolem, non negabis. Chronicon, cuius primam editionem a. 1146. *propter turbulentissimam rei publicae illo temporis spatio conditionem in amaritudine animi absolverat, ubique lugubrem rerum humanarum imaginem repraesentat. At in Gestis conscribendis, ut ipsius verbis*[4] *utar,* non tragediam, sed iocundam scribere hystoriam *sibi proposuit*[5]. *Quod quidem felicissima rerum publicarum mutatione a.* 1156. *facta illustratur. Conrado III. enim regnante dissidia inter ipsum et Heinricum Leonem totamque Welficam gentem exorta Germanicum etiam imperium sciderant eiusque vires ac potentiam debilitaverant. Hanc controversiam Fridericus in conventu Ratisponae die* 8. *Septembris a.* 1156.[6] *habito hoc modo diremit, quod patruum*

1) *[*Itaque si vestrae placuerit maiestati gestorum vestrorum nobilissimam in posterorum memoriam stilo commendare seriem, per notarios vestrae celsitudinis digestis capitulis mihique transmissis, Deo dante vitaque comite, ea laeta laeto animo prosequi non pigritabor . . . De expeditione, quam contra Mediolanensium superbiam ordinastis, ob honorem imperii vestraeque personae exaltationem libenter audivi preceptumque vestrum super hac re humilitati meae destinatum reverenter suscepi. *Haec post (rectius non ante) April. a.* 1157. *scripta esse, monet Jungfer l. l. p.* 43. *Attamen non video, cur Fridericus rerum conspectum non ultra Sept. a.* 1156. *produxerit].* 2) *Cf. prooemium Gestorum et Gesta I,* 70. 3) *II,* 56. 4) *I,* 47. 5) *Quam ob rem etiam secundae crucesignatorum expeditionis finem infaustum alto silentio praeterit atque ex illa unum tantum casum narrationi inserit, ex quo pateat (I,* 47*), quantum Friderico fortuna etiam in rebus adversis obsecuta sit.* 6) *Vide diploma Friderici I. die* 17. *Sept.* 1156. *datum (Constit. I, p.* 220 *sqq. nr.* 159*).*

Heinricum, Ottonis Frisingensis fratrem, adduxit, ut ducatum Bawariae sibi resignaret; quem statim Heinrico Leoni reddidit, marchia Austriaca ducatus nomine insignita patruo Heinrico concessa. Praeponebat, *teste Ottone II,* 47, hoc princeps omnibus eventuum suorum successibus, si tam magnos sibique tam affines imperii sui principes sine sanguinis effusione in concordiam revocare posset. *Neque minus Otto ipse, qui in hac gravissima re mediatoris vice functus (II,* 42*) privilegio Heinrico duci Austriae die* 17. *Septembris a.* 1156. *a Friderico concesso testis subscripsit, imperatorem summis laudibus extulit, qui* cuique quod suum est conservando pacem amabilem mundo reddiderit[1]; *tantam enim ex illa die toti Transalpino imperio pacis iocunditatem arrisisse, ut non solum imperator et augustus, sed et pater patriae Fridericus iure diceretur*[2]. *Quam ob rem, cum post tempus flendi tempus ridendi advenerit*[3], *hoc tempore scribentes beatos iudicat, qui res gestas victoriosissimi principis, cui* obscenum nondum vultum fortuna verterit[4], *posteris traderent. Ob eius enim virtutem in tantum excrevisse Romani imperii auctoritatem, ut non solum gentes sub eius principatu viventes, sed et barbarae nationes et Graeci ipsi silendo iussibus eius obtemperarent*[5]. *Eo etiam usque apud ipsum Friderici bonae fortunae excessit admiratio, ut interdum partes potius adulatoris quam veridici historici agere videatur, cum in prooemio secundi libri dicat, timere se, ne crebrescentibus victoriis stilus materiae succubiturus sit.*

At ipse etiam Otto ultimo vitae anno rerum mutationem praesagivit et fortasse existimavit fieri posse, ut spes eum falleret, in quam in prooemio Gestorum adductus erat, fore ut bono Friderici principio melior finis apponatur. Iam ea quae annis 1157. *et* 1158. *exorta fuit controversia*[6] *inter pontificem Romanum et imperatorem fiduciam labefactare debebat, quam ex negotio Wichmanni archiepiscopi Magdeburgensis electi et ab Anastasio IV. tandem, renitente quidem curia Romana, a.* 1154. *confirmato ceperat, fore ut deinceps auctoritas principis etiam in disponendis ecclesia-*

1) *Cf. epistola dedicatoria Chronici.* 2) *Gesta II,* 56. 3) *Prooemium Gestorum.* 4) *Prooemium Gestorum. Simile aliquid occurrit I,* 47: fortuna quae ei ab adolescentia . . . . usque ad presentem diem numquam ad plenum nubilosum vultum ostendit. 5) *Vide prooemium Gestorum, ubi etiam Iohannis Saresberiensis epistolam* 145 *(Giles I, p.* 222*) consulas.* 6) *Gesta III,* 22.

sticis rebus plurimum cresceret[1]. *At regnante Hadriano IV, Anastasii successore, longe aliter se res habuit. In cardinalium enim collegio, duce Rolando post papa Alexandro III, pars imperatori adversa praevaluit atque in turbulentissimo illo conventu mense Octobri a.* 1157. *Vesontione habito eiusdem indignationem movit*[2]. *Quae quidem controversia interveniente Ottone in comitiis Augustanis die* 14. *Iunii a.* 1158. *sopita est. Quae vero eo tempore Ottonis animus exinde praesagiverit mala, ex verbis elicere possumus, quibus Rahewinus de hoc conventu agens utitur, quod scilicet*[3] *Otto* singularem habebat dolorem de controversia inter regnum et sacerdotium. *Haec quidem mala ipse non vidit et ante Hadriani IV. mortem (die* 1. *Septembris a.* 1159*), ex qua Friderici fortuna dilabi coepit, diem obiit supremum.*

Historia sui temporis, quam talis tantusque vir in summo rerum positus, nepos Heinrici IV, frater uterinus Conradi III, patruus Friderici I, duabus vicibus in gravissimis quidem imperii negotiis[4] *mediatoris munere felicissime functus, composuit, quanti momenti sit, non opus est pluribus demonstrare. Dolendum siquidem est, quod res annis* 1152. 1153. *et usque ad mensem Octobrem a.* 1154. *gestas obiter tantum perstrinxerit (II,* 1—11*). At narratio duorum annorum sequentium tanto maioris est pretii. Ubique veri studiosissimum talemque se praebuit, qui rerum causas cognoscere potuerit. Non raro enim ut testis oculatus loquitur*[5]*; alibi aperte profitetur se sciscitatum esse de rebus a se relatis*[6]*; neque etiam rumores silet, qui ex Italia in Germaniam pervenerant*[7]. *Ad has perscrutationes etiam ea referri possunt, quae de principiis, quae axiomatum vice in curia imperiali observabantur*[8], *adnotat, neque id praetereundum esse videtur, quod de vetere quadam consuetudine apud Francos et Suevos obtinente retulit*[9]. *Quod autem operi eius authenticum, ut ita dicam, pretium tribuit, plu-*

1) *Gesta II,* 10. 2) *III,* 8 *sq.* 3) *III,* 22. 4) *In conventu quidem Ratisponensi die* 8. *Septembris a.* 1156. *inter Heinricum Leonem et Heinricum Austriae postea ducem, in comitiis vero Augustanis die* 14. *Iunii a.* 1158. *inter papam Hadrianum IV. et imperatorem Fridericum I. pacem restauravit.* 5) *I,* 68. *II,* 2. 55 (ut recolo); *cf. II,* 42. *et III,* 22. *At ubi non interfuit, hoc notare non obliviscitur; II,* 41. 6) *II,* 8: ex cardinalium — viva voce percepimus; 10: a proprio ipsorum (Romanorum) ore audierant; 45. *et* 48: sicut cognovimus. 7) *II,* 49: sed et ad nos usque rumor pervenit. 8) *II,* 5: est enim consuetudo curiae; 6: Tradit enim curia; 44: est enim lex curiae. 9) *II,* 46.

rimae sunt summorum virorum epistolae, quas noster narrationi ad verbum inserere non praetermisit[1], *inter quas quidem Eugenii III. litterae*[2] *etiam ad Ottonem ipsum directae sunt. Narrationem autem rerum gestarum imperii Germanici finibus non inclusit, sed etiam de exteris nationibus quae scitu digna erant*[3] *propterea referenda esse aestimavit, quia, ut in prooemio dicit:* omnium regnorum vel gentium ad Romanae rei publicae statum tamquam ad fontem recurrat narratio.

Tanti operis si quid pretium et auctoritatem minuere potest, sine dubio id ei crimini dandum est, quod narrationi vividiorem colorem orationibus insertis tribuere voluit. Inter quas Terdonensium (II, 25*) et Romanorum et Friderici imperatoris (II,* 29. 30*) prolixiores sunt, quam ut eas ita habitas esse credere possimus. At forsitan Terdonensium et Romanorum orationes ideo inseruit, quia lectori specimen loquacitatis Italorum praebere voluit*[4]. *Gravius vitium forsitan in verbosis illis excursibus philosophicis et theologicis*[5] *deprehendes, quos ad explicandas res gestas narrationi immiscuit. At Otto, theologicis et philosophicis sui temporis disciplinis inprimis eruditus, hac in re ingenio nimis indulsit, et hoc ipse sensisse videtur, quippe quod in praefatione Gestorum singulari modo excuset*[6].

Exceptis veteribus auctoribus, velut Platone, Aristotele, Cicerone, libros scriptos non in partes vocavit[7], *sed ad Chronicon iam antea editum saepius recurrit*[8]. *Quae vero in priore libro de avo, patre patruoque Friderici ac de ipso litteris mandat, haec mihi ex vetere relatione apud gentem Staufensem tradita hausta esse videntur.*

1) *I,* 25. 29. 36. 43. 50. 66. 2) *II,* 8. *Similes in Rahewini Continuatione saepius inveniuntur.* 3) *De Hungaria I,* 32; *de Sicilia I,* 34; *de Italia II,* 13. 4) *II,* 30: Ad haec rex . . . cursum verborum . . . more Italico longa continuatione periodorumque circuitibus sermonem producturis interrupit. 5) *I,* 5. 54. 55. 65. 6) Nec, si a plana hystorica dictione ad evagandum oportunitate nacta ad altiora velut phylosophica acumina attollatur oratio, preter rem eiusmodi estimabuntur, dum et id ipsum Romani imperii prerogativae non sit extraneum rebus simplicioribus altiora interponere. 7) *(Topographos laudat II,* 13. 43, *p.* 114. 151*; cf. Hofmeister, 'Studien' p.* 734, *n.* 4*).* 8) *I,* 10: quod alias a nobis plenius dictum est; 11: quia in priori dicta sunt hystoria; 12: ut alibi a nobis profusius dictum est; 21: in priore hystoria dictum; 23. 31: ut in prioribus cronicis dictum est; 32: quod alibi latius a nobis dictum est; 61: quod in priori nostra ex Tripartita sumptum hystoria plenius dictum est; *II,* 7: ut alibi dictum est.

Duos priores libros Ottoni soli debemus. At etiam librum III. et eam quarti libri partem, quae ad ipsius mortem usque pertingit, etiamsi non ab Ottone ipso compositae sint, tamen eiusdem adnotationibus inniti, fidem faciunt et auctoris et continuatoris verba[1].

Quis vero fuerit hic, nunc paucis dicendum est. Editiones quidem omnes ipsum Radewicum appellant, et hoc nomen inde in omnes qui litterarum historiam tractant libros receptum est. At iniuria, ut mihi quidem videtur. Otto enim, cum a. 1156. *imperatori Chronicon per abbatem Rapotonem et capellanum Ragewinum transmitteret, hunc in praefatione Chronici verbis additis commendat:* qui hanc historiam ex ore nostro subnotavit; *iisdem fere verbis utitur continuator de se ipse loquens IV*, 14: ego autem, qui huius operis principium eius ex ore adnotavi, *ita ut nullus dubitationi locus relinquatur, quin capellanus, quem in loco Chronici laudato optimi et fere coaevi codices Ragewinum vocant*[2], *et continuator unus idemque sit. Quae sententia nunc per annales Claustroneoburgenses egregie confirmatur, qui nostrum nomine paulo immutato Rachwynum appellant; econtra Vitus Arnpeck in libro, quem de gestis episcoporum Frisingensium*[3] *saeculo XV. exeunte composuit, priorem formam exhibet:* Ragewinus canonicus Frisingensis abbreviator et notarius suus. *Attamen praeter has etiam alias eiusdem nominis formas in usu fuisse, ex pluribus operis quod hic edimus locis evincitur*[4]. *Inter omnes vero codices C* 1 *solus est, quo nomen hucusque receptum innititur. Et quidem uno tantum loco plenior nominis forma apud ipsum occurrit, scilicet in initio operis, ubi haec in capite epistolae Friderici imperatoris inveniuntur:* Cronica Ottonis Frisingensis episcopi eiusque adbreviatoris Radewici. *Quod meram esse corruptelam ex voce Radewini ortam nostrique*

1) *Vide quae collegi 'Archiv' X, p.* 146. *[Cf. quae hac de re infra monui].* 2) *Weihenstephanensis vero et eius sequaces:* Regewinum. 3) *ed. Deutinger* 1852, *p.* 41. 4) *In fine enim prologi in librum I. haec in codice B* 1 *inveniuntur:* Explicit prologus. Incipit chronica Ottonis Frisingensis episcopi et eius adbreviatoris Rahewini, *quae verba similiter B* 2 *et B* 3 *praebent, hoc excepto, quod nomen in B* 2 Rahebint, *in B* 3 *vero* Rahewinit *sonat. Et codex etiam B* 1 *in scribendo hoc nomine sibi minime constitit. Nam in fine libri II. hic solus addit:* Huc usque Otto episcopus. Deinceps Radewinus. *Hanc formam tunc in libri III. praefatione codices B* 1. 3. *B* receperunt, quam B* 2 *suo more littera* w *commutata in* b *exhibet* Radebinus, *caeteri vero codices tantum littera initiali* R *indicant.*

auctoris verum nomen vel Ragewinus vel Rachwinus vel Radewinus fuisse, hasque formas tantum secundum librariorum dialectum variatas esse, mea saltem sententia constare videtur.

[Ipsum diverso modo nomen scripsisse, aperte docet carmen de Theophilo, quod recte ei tribuit W. Meyer, qui cum docta introductione id primus edidit[1]*. Nam his finitur versibus*[2]*:*

Me quoque, crimina pessima plurima quem male fedant,
Fac, genitrix pia, ne cruciamina flammea ledant,
Et dum Tartarei deseviet ira camini,
Tu miseri miserere tui vatis RADEWINI.

Alterum vero eiusdem carmen in codice olim Tegernseensi (Monac. 19488*) inscriptum est:* Prologus RAHEW. ad H. pp (praepositum), *ex quo V. Cl. Wattenbach excerpta edidit*[3]*. Quibus consideratis, formam Rahewini praeferendam duxi, quae etiam Rahwinus vel Rachwinus*[4] *contrahitur].*

Rahewinum ab ineunte aetate[5]*, saltem inde ab a.* 1144. *in obsequio Ottonis Frisingensis episcopi conversatum atque ipsi usque ad mortem eius coniunctum fuisse, sat multis evincitur documentis*[6]*. Charta enim Ottonis data Moseburch die* 9. *Decembris a.* 1144. *scripta est* per manum Reguini cartularii[7]; *in altera a.* 1147. *vocatur* Rachewinus capellanus et notarius[8]; *tertia data est a.* 1154. per manum Rachummi[9] *(legendum* Rachuvini*)* notarii. *Privilegii Gerhoho Reicherspergensi praeposito a.* 1155. *concessi duplex exstat textus, in quorum uno*[10] *datur* per manum Radwini,

1) *['SB. der Münchener Akad.'* 1873, *p.* 49 *sqq.]. ('Ges. Abh. zur mittellatein. Rhythmik' I.).* 2) *[L. l. p.* 116*].* 3) *[Ibid. p.* 687 *sqq. — De praepositi nomine cf. Riezler loco n.* 4. *laudato].* 4) *[Hanc praetulit Riezler, 'Forschungen z. D. G.' XVIII, p.* 539. *Qui recte, nisi fallor, sententiam a Wilmans propositam, etiam Roͮdewinum in chartis Claustroneoburgensibus nominatum eundem esse ac Rahewinum, reiecit; quare haec omittenda duxi].* 5) *Cf. IV,* 14: nemo me accuset, si . . . . amantissimi domini et nutritoris mei flebilem interitum prolixiore narratione prosequar. 6) *[Si etiam versus in cod. Tegernseensi cum carmine supra laudato coniuncti a Wattenbachio nostro recte Rahewino tribuuntur, sub onere curiae, ut ille censet Frisingensis, gemebat, quae eum impediebat, quominus arti poeticae vires navaret, ita querelam concludens:*

Fac, ut qua teneor rumpas orando catenam,
Et meliora meam dabo ludere metra Camenam].

7) *Meichelbeck I,* 1, *p.* 318. 8) *Mon. B. VI, p.* 168. 9) *Ita scribunt Mon. B. II, p.* 447; *ap. Meichelb. I,* 2, *p.* 555. *invenitur in eodem documento:* Rathunic. 10) *Mon. B. III, p.* 426.

in altero[1] *vero* per manum Raheuuini. *Similiter charta, quam Otto episcopus a.* 1158. *circa diem* 14. *Iunii*[2] *Alberto praeposito S. Mariae Frisingensis dedit, scripta est in libro Conradi sacristae*[3] per manum Rahuvini notarii, *cuius nominis loco legitur apud Meichelbeckium*[4]*:* Rachwini. *Praeterea duae adhuc Ottonis chartae notis chronologicis non insignitae eundem inter testes referunt, in quarum una*[5] *post a.* 1152. *data nominatur* Rawinus capellanus Ottonis episcopi, *in altera*[6] *vero post mensem Septembrem a.* 1156. *conscripta testes nominantur:* Rahwinus et Volmarus Frisingensis ecclesiae canonici.

Et haec quidem sunt documenta ante mortem Ottonis in lucem edita. Post quem casum diu quidem ex actis publicis disparuit, quod inde facile intelligitur, quod, mortuo episcopo Ottone, Rahewinus etiam officio se notarii abdicasse videtur. Attamen quin multis etiam annis post vixerit, nullus dubito. In epistola enim dedicatoria libro tertio praemissa, qualem editiones hucusque exhibebant, nominabat se auctor: Radevicus sanctae Frisingensis ecclesiae professione canonicus, ordine diaconus, *quem locum codices [recensionis B] ita exhibent:* Radewinus sanctae Frisingensis ecclesiae professione canonicus, ordine diaconus, d i g n i t a t e p r e p o s i t u s. *Cuius autem ecclesiae praepositus fuerit, haud incertum. Exstant enim in Monumentis Boicis*[7] *duo Scheftlariensia diplomata annorum* 1168. *et* 1170, *quibus testis subscripsit* Rawinus Sancti Viti praepositus, *id est ecclesiae collegiatae sancto Vito in urbe Frisingensi dicatae. Diem autem supremum ante a.* 1177. *obiisse videtur, cum ex ipso anno documentum habeamus, in quo eiusdem successor* Konrat Sancti Viti praepositus *laudatur*[8].

Hic ergo continuo post mortem Ottonis eiusdem opus, tam auctoris quam et imperatoris voluntatem secutus[9], *con-*

1) *Chron. Reichersp. ed. Gewoldus* 5. *a. (Ann. Reichersp. SS. XVII, p.* 465*).* 2) *Vide adnotationes nostras ad III,* (18). 22. 3) *In apographo cod. Guelferb. [A* 2*], qui infra descriptus est.* 4) *I,* 1, *p.* 340. 5) *Mon. B. I, p.* 365. 6) *'Arch. für Kunde Oesterr. Geschichtsquellen' IX, p.* 262. 7) *VIII, p.* 516. 517. 8) *Mon. B. X, p.* 44. *(Cf. etiam ibid. VIII, p.* 517, *ubi idem Conrat praepositus iam die* 11. *April. illius anni laudatur; H. Böhmer, 'N. Archiv' XXI, p.* 655, *n.* 1*).* — *Rahewinus IV,* 14. *Frisingam* patriam meam *vocat.* 9) *V. praefationem in l. III:* eius *(Ottonis)* iussu pariterque serenissimi et divi imperatoris Friderici nutu, *et epilogum l. IV:* nos tamen obedientiae nostrae fructus consolabitur, qua precipienti paruimus.

tinuandum suscepit eique, ut ipse fatetur[1], *ineunte a.* 1160. *finem imposuit, narratione usque ad concilii Papiensis exitum, qui mense Februarii eiusdem anni evenit, perducta. Historiam Friderici I. ab Ottone inchoatam duobus libris additis absolvit, quippe quod numerum euangeliorum minime excedere deberet*[2].

Rahewini opus, si diligentius perquiris, duabus potissimum rebus aliis antecellere libenter mecum statues. Inprimis eius authentica, ut ita dicam, indoles praedicanda est. In prologo enim libri tertii ad sacri palatii cancellarium Udalricum et notarium Heinricum directo profitetur librum suum illis viris, rerum publicarum experientissimis et secretarum consciis, apud quos exacta fides historiae reperiatur, potissimum deberi, quorum ope ac studio tantum opus suscipere potuerit, quosque propterea tam praeceptores et testes[3] *quam et arbitros et correctores elegerit*[4]. *Ex hoc igitur fonte magnus numerus actorum publicorum, litterarum summorum pontificum, imperatorum et episcoporum, quae hic inveniuntur, sine dubio derivandus est, neque caetera huius temporis gravissima monumenta, veluti fidelitatis sacramentum ab Italis Friderico I. praestitum (III,* 20*), leges in castris imperatoris observandae (III,* 28*), leges de feudis (IV,* 10*) et acta concilii Papiensis (IV,* 76. 77. 79. 80*), ad Rahewinum aliunde provenerunt. Attamen simul crediderim ei etiam ad scrinia Eberhardi archiepiscopi Salzburgensis et Eberhardi episcopi Bambergensis aditum patuisse, ad quos plurimae ex litteris operis insertis directae sunt*[5]. *Nonnullas etiam Albertus Frisingensis episcopus cum Rahewino communicasse videtur*[6].

Quae cum ita sint, librum hunc forsitan quis in panegyrica scripta reiiciendum esse putet. At iniuria certissime. Nam etsi non desunt loci, quibus Ottonis exemplum secutus et Rahewinus in Fridericum I. adulatoris munus subiisse videatur[7], *admodum pauci sunt. Econtra notatu sine dubio dignum est, quod auctor de imperatore, quem in epilogo*

1) *IV,* 86: Haec a glorioso principe acta sunt usque ad presentem annum, qui ab inc. D. millesimus centesimus sexagesimus — numeratur. *[Recte hunc annum defendit Jordan in diss. infra laudata p.* 14 *sqq.].* 2) IV, 85. 3) *Prol. l. III.* 4) *Epilog. l. IV.* 5) *De Salzburgensi vide IV,* 83. *Cf. praeterea IV,* 22. 34. 36. 81. *et* 82; *(H. Böhmer, 'N. Archiv' XXI, p.* 661, *n.* 1; *'Archiv für oester. Gesch.' XXXIV, p.* 130 *sqq.).* 6) *Vide IV,* 51. 79. 7) *Prol. in l. III. in fin.:* ut qui res eius *(Friderici)* legerit, non unius, sed multorum facta regum seu imperatorum arbitretur.

operis alloquitur[1], *iudicium valde sincerum ab episcopo Bambergensi prolatum ingenue transscripserit*[2]. *At quod maximi momenti esse videtur, in prologo ipso id se egisse profitetur, ut in his quae audierit neque* quorumlibet relatorum rumusculis *fidem accommodaret neque in his quae per se cognoverit* gratia principis seu favore suae gentis falsum quippiam *adderet. Hanc animi integritatem ubique servavit et in rebus quidem gravissimis se nullius partis studio addictum praebuit. Quapropter cum ad infaustum illud schisma, quod post mortem Hadriani IV. inter ecclesiam et imperium obortum Europam agitabat, narratio pervenisset, minime quidem partem imperii unice fovendam suscepit, sed potius alta voce proclamavit*[3] *utramque personam, sacerdotalem scilicet et regalem, se aeque venerari neque praesumere de una alterave temere iudicare. Hoc consilio ductus non uno loco lectorem admonuit*[4], *ut non suis verbis vel assertionibus nimis confidat, sed,* ipsarum partium propriis scriptis *a se operi insertis fretus,* libere eligat, utri parti suum velit accommodare favorem; *si enim alterutrius partis res vel attolleret vel extenuaret, se a proposito decidisse et historiam a se conscriptam* domestici favoris morbo *infecisse sibi videri*[5].

Praeter ea, quae cancellarius et notarius caesarei iam memorati suppeditaverant, Rahewinus etiam ex aliis idoneis testibus verum investigavit. Sic III, 12. *ad Heinrici Trecensis episcopi testimonium diserte provocat*[6], *neque rumores omnino silentio praeterit, qui in aulis principum et episcoporum vel etiam apud populum circumferebantur*[7]. *Interdum etiam ut testis oculatus rerum a se litteris mandatarum loquitur*[8].

1) Hos . . . augustorum optime. 2) *IV,* 22: Qualis sit *(imperator),* vos scitis. Diligentes se diligit, aliis alienum se facit, quia nondum perfecte didicit etiam inimicos diligere. 3) *III,* 16. *[H. Böhmer ei etiam illum Dialogum de pontificatu S. Romanae ecclesiae adscribendum censet, qui, a.* 1162 *ex. vel* 1163 *in. compositus, Alexandro III., licet clandestino modo, favet et auxiliari intendit; Libelli de lite III, p.* 526 *sqq.; 'N. Archiv' XXI, p.* 633 *sqq., praesertim p.* 650 *sqq].* 4) *III,* 8. 16. (59. 75). 5) *IV,* 59; *cf.* 75. 6) *Cf. III,* 20: idque veraciter asserere potero. 7) *III,* 33: Dictum tamen memini a quibusdam; *IV,* 43: Nos tamen audivimus; 45: Non multo post a quodam divino monitore litteras imperatori allatas accepimus. 8) *III,* 7: papilionem — perspeximus; *IV,* 3. *de conventu Roncaliensi agens dicit:* a nobis visi sunt, ut meminimus, *quae verba evincunt Rahewinum ipsi interfuisse.*

His quae exposuimus subsidiis praeditus opus in lucem edidit, quod historiae aequalis conscribendae artem etiam medio aevo summo cum fructu exccultam esse docet. In quo ubique vestigia deprehendes, quibus pateat Rahewinum scriptoribus Romanis antiquis diligentissimam operam navasse. Quos nonnumquam etiam nimis imitatus est. Non magnopere certe incusandus est, quod Fridericum I. saepissime 'divum' augustum vel 'divum' imperatorem appellat[1], *vel quod viros militia illustres 'heroum' titulo insignit*[2]. *Sed si in describenda conflagrata urbe Frisingensi IV,* 16: pilosos quos satyros vocant in domibus plerumque auditos, *phantasmata et monstra in scenam producit urbis interitum praenuntiantia, id certe risum movet. Scriptores classici ita ab eo in succum et sanguinem conversi fuisse videntur, ut non uno loco eorum verba exscripserit*[3]. *Ad quam antiquorum*[4] *imitationem etiam orationes nimis prolixae*[5] *referendae sunt, quas aeque atque Otto narrationi inseruit.*

Quae tamen maculae pretium operis nullo modo minuere possunt, quod pro cognoscendis rebus hoc tempore gestis gravissimum est et nulli alii secundum'.

Fieri[6] *non potuit, quin de libro tanti ponderis post hanc Wilmansii editionem alii atque alii egerint, modo ipsi astipulantes, modo quae proposuerat impugnantes vel certe supplentes. Ex quibus, omissis iis quae de fide et auctoritate Ottonis dicta sunt*[7], *breviter recenseam necesse est quae ad alteram Gestorum partem a Rahewino additam spectant.*

1) *ex. gr. in prol.; III,* 48. 51. *IV,* 86. 2) *III,* 40, *quocum conferenda sunt III,* 19. *IV,* 3. 3) *Verba IV,* 46. *de moribus Heinrici Leonis ex Sallustii Iugurtha c.* 6; *IV,* 86. *de moribus Friderici I. ex Sidonii Apollinaris ep. I,* 2, *quem tamen auctorem (non celat), deprompta sunt. [Accuratius hac de re egerunt Prutz et Jordan; v. infra. Poetas laudat Vergilium, Horatium, Ovidium, Lucanum. Flori epitomen exscripsit (III, Prol. c.* 1*). Praeter Boethium fortasse Senecam (III,* 1*) legit]. (Iordanis Getica et in prologo l. III, p.* 163, *et in epilogo, IV,* 86, *p.* 346, *imitatus est; cf. etiam p.* 343, *n.* 2*).* 4) *Praeterea etiam ius Romanum nosse videtur, cf. III,* 29 *[etiam III,* 12. 46. *IV,* 5. 35*]. De historicis medii aevi unum quod sciam Liudprandum disertis verbis laudat, III,* 37. 42. 5) *III,* 29. 46. *IV,* 4. 5. 25. 26. 35. 57. 71. 6) *[Quae sequentibus addidi uncis quadratis inclusi. B. S.].* 7) *Cf. H. Grotefend, 'Der Werth der Gesta Friderici imperatoris des B. Otto von Freising für die Geschichte des Reichs unter Friedrich I.' (Hannov.* 1870; *diss. Götting.); Giesebrecht, 'DKG.' IV, p.* 398, *qui de primo libro ita iudicat: 'Jeder, der ein ernstes Studium diesem Buche zuwendet, muss zu dem Resultate kommen, dass es reich an Flüchtigkeitsfehlern, nichts weniger als ein Muster historischer Composition und überdies in einer ganz bestimmten Tendenz abgefasst ist'. Cf. V, p.* 106. *de libro II.*

Wilmans maiorem librorum III. et IV. partem re vera non a Rahewino scriptam, sed Ottoni tribuendam esse contenderat, ita ut ille nonnisi singulas res addiderit et inde a IV, 14. *post Ottonis mortem continuationem adiecerit*[1]*; supra tamen rem paulo aliter vertit, dicens ea, etiamsi non ab Ottone composita, tamen eius annotationibus niti. In hanc fere sententiam ivit Wattenbach*[2]*. Sed recte, nisi fallor, eam impugnarunt Dittmar (a.* 1864*)*[3] *et Grotefend*[4] *(*1870*), hic tamen ita, ut fortasse ad opus longius deducendum quaedam ab Ottone esse collecta vel annotata concedat. Eandem fere sententiam proposuit Prutz*[5]*, verba epistolae a Rahewino praemissae:* si tam clari ac magni viri . . . . tam preclarae materiae coeptum opus et memoriale pariter cum illo in interitum atque oblivionem passus fuissem venire, *ita interpretatus, ut, praeter duos Gestorum libros etiam brevem rerum post gestarum conspectum, qualem post Rahewini librum in codicibus nonnullis [B. B*] legimus, usque ad a.* 1158. *ab Ottone esse relictum et hoc loco 'memoriale' dictum, statuat. Sed ne hoc quidem ei persuasit, qui postea accuratius de Rahewino eiusque opere egit; et recte quidem Jordan*[6] *monuisse videtur, verba illa non satis esse perspicua*[7] *neque quidquam certi de notis ab Ottone collectis ex Rahewini libris erui posse. Uterque vero ab Ulrico cancellario et Heinrico notario, quibus opus dedicavit, Rahewinum non pauca quae memoriae traderet accepisse statuerunt. Sed neque his plane assentire possum. Nam verba:* Et vestrae quidem prudentiae potissimum labor iste debebatur, aput quos exacta fides hystoriae reperitur, *certe ad Ottonis libros sunt referenda, ita ut epistola a Friderico Ottoni transmissa, procul dubio in scriniis imperatoris scripta, intelligatur. Ab illo aperte*

1) *'Archiv' X, p.* 146 *sq.* 2) *'GQ.' ed.* 2. *p.* 354. 3) *'Quaeritur, utrum Otto Fris. duos an plures libros de gestis Friderici I. composuerit', in dissert. Regiomontana: De fontibus nonnullis historiae Friderici I. p.* 21 *sqq.* 4) *L. l. p.* 15 *sqq. Cum eo facit Wattenbach ed.* 4. *II, p.* 213. *[ed.* 6, *p.* 279*].* 5) *'Radewins Fortsetzung der Gesta Friderici' (Danzig* 1873*) p.* 19. 6) *'Ragewins Gesta Friderici' (diss. Strassb.* 1881*) p.* 22 *sqq.* 7) *Quid 'memoriale' hoc loco significet, sane non constat; equidem de libro Ottonis memoriam servante et propagante cogitarim; cf. locos ap. Ducange ed. Henschel IV, p.* 354; *[Favre V, p.* 337*] collectos. Quae vero sequuntur:* si . . . cum illo in interitum atque oblivionem passus fuissem venire, *de Gestorum libris intelligenda esse, non est quod dubitemus, cum antea scripsisset:* presentis operis pagina . . . quae ab auctore suo . . . venusti sermonis inchoata principio . . . velut abortiva et quasi de domini sui funere rapta. *Sane opus nondum absolutum facile periturum videri poterat. [Cf. infra p.* 162, *n.* 5*].*

distinguit 'laborem' a se 'exactum', quem ipsis approbandum vel corrigendum transmittit[1]. *Cum vero addat:* nisi vestra fretus ope ac studio, sub hoc fasce succumberem, frustra per me conatus tanti imperatoris gesta adtingere, *eum ab illis in rebus enarrandis adiutum esse non negarim.*

Ceterum subsidia, quae Rahewino ad manus fuere, tam Prutz quam Jordan diligentius exposuerunt. Ille praeterea luculenter docuit, quam multa, non solum verba et locutiones, sed personarum et rerum descriptiones ab auctoribus antiquis mutuatus sit, praesertim Sallustium imitatus et Rufini translatione Iosephi de bello Iudaico ita usus, ut integras sententias, immo nonnumquam ipsas res exscriberet. Neque tamen ideo fidei eius valde derogandum puto; sed a Wattenbach[2] *et Jordan*[3] *recte monitum, more medii aevi scriptoribus consueto Rahewinum nimis quidem aliena sibi vindicasse, sed ita ut similia facta similibus traderet verbis. Saepe etiam apertis verbis:* ut quidam dicit, ut dicitur, *aliorum pennis orationem esse ornatam indicat; modo poetarum versus vel adagia narrationi immiscet; etiam iuris Romani fontes nonnumquam adiit; praesertim vero orationibus effingendis et exornandis indulget. Multo magis de historia meritus est, quod Ottonis exemplum secutus quam plures epistolas et alia documenta libro inseruerit. Hoc partim cum secundis curis auctor opus tractaret factum esse, Jordan recte intellexit*[4]*; id quod nunc e diversis quae exstant libri recensionibus ostendi potest.*

Tres enim distinguendae sunt, litteris A B C indicatae[5]*, eaeque non solum in Rahewini libris* 3. *et* 4, *sed etiam in prioribus duobus ab Ottone conscriptis perspicuae, sive Rahewinus*[6] *sive alter quidam hos aliquoties mutandos sibi sumpserit.*

Recensio A a ceteris eo differt, quod singula vocabula vel etiam maiores sententias modo addit modo omittit, in Rahewini libris longiores locos non habet, epistolarum et actorum publicorum nonnisi initia praebet, nonnumquam

1) *[Haec non concedenda esse Simonsfeld, 'Jahrbücher d. D. Reiches unter Friedrich I.', t. I, p.* 657, *n.* 226. *animadvertit; cf. etiam translationem ab H. Kohl editam p.* 2*].* 2) *II, p.* 216. *[ed.* 6, *p.* 283*].* 3) *p.* 48 *sqq.* 4) *p.* 73 *sqq. [H. Böhmer, quem potius probes, 'N. Archiv' XXI, p.* 661, *n.* 2. *id iam, cum opus de tabulis in librum transferretur, factum censet].* 5) *Cf. 'Ueber die verschiedenen Recensionen von Ottos und Rahewins Gesta Friderici', 'SB. d. Berl. Akad.'* 1884, *p.* 331 *sqq.* 6) *Hunc fortasse primis libris quaedam addidisse, iam Wattenbach II, p.* 216. *suspicatus est.*

alio ordine res disponit, pro nominibus personarum saepissime litteram initialem vel incertam illam indicationem N. *ponit. Quae omnia primum libri conspectum arguunt, quem auctor litteris plenis a librario inserendis, nominibus, si ea comperta habuerit, accuratius indicandis absolvere voluerit*[1]. *Et quamvis non omnia verba, quibus A recensiones B et C superat, certo certius Ottoni vel Rahewino tribuerim, pleraque tamen iam primo aspectu se commendant, nonnulla ita sunt instituta, ut desiderari vix possint et nonnisi incuria scribae postea excidisse videantur (cf. praesertim II,* 46. *III,* 40*). Ubi res aliter sunt dispositae, quae A praebet quin genuina sint, dubitari vix potest*[2]*; quae desunt eo quod rerum ordinem turbant additamenta esse, probatur (cf. III,* 20*). Duobus locis II,* 1. *et IV,* 14. *annorum numeri rectius quam in B et C indicantur*[3], *quos praeferendos duxi, quamvis Rahewinus temporum rationes parum curasse videatur*[4].

B et C ubi ab A differunt plerumque inter se conveniunt, ita ut ex eodem exemplari secundis curis a Rahewino, ut opinor, percensito[5], *sed a librario quodam neglігentius descripto*[6], *fluxisse videantur. Ubi modo B modo C ad A accedunt, genuinam lectionem servasse; ubi inter se consentiunt, eam libri formam praebere censendi sunt, quam editor in lucem edere voluit. Nonnumquam etiam*

1) *Ut aliter sentiam, minime eo moveor, quod codices qui soli hanc servarunt recensionem in Ottonis Chronico, quod praemittuut, interpolationem praebent illam Wittelsbachicam, de qua egit Wilmans, SS. XX, p.* 109 *sq.; [Hofmeister, praef. p. XV sq. XX sq. XXXVIII sq.].* 2) *Unum afferam locum, cuius in commentatione illa mentionem non feci. Recte A II,* 16. *in fine [fere eadem] habet quae in [β] B et C c.* 19. *addita sunt:* Ante vero quam abinde castra moverentur *etc. Nam legem hanc Roncaliae datam esse, non Astae, verisimillimum est. Et verba c.* 20: Fuit non longe ab eo loco civitas Terdona *aptius dicta sunt, si prope ad ea accedunt quae de Asta diruta narrantur.* 3) *[Cf. tamen infra p.* 102, *n.* 1. 249, *n.* c*].* 4) *Perperam II,* 1. *annus ab Urbe condita* 1800. *pro* 1900 *(vel accuratius* 1904*) indicatur; III,* 14. *A et B falsum numerum* 1163 *(MCLXIII) pro* 1158 *(MCLVIII) praebent. [Recensionem A sequitur Conradus sacrista, SS. XXIV, p.* 322 *sq.; de aliis, qui eandem secuti sunt, cf. Simonsfeld, 'Bemerkungen zu Rahewin' p.* 213 *sq. Ottonem de S. Blasio, ut iam 'N. Archiv' XXXVI, p.* 712, *n.* 5. *monui, recensione B usum esse credideris].* 5) *Ut aliter statuamus et hanc libri formam Rahewino prorsus abiudicemus, locus IV,* 43. *suadere posset, quo [β] B et C addunt:* Talis tunc de illo opinio fuerat. Nos tamen audivimus eundem vere furiosum fuisse et innocenter vitam perdidisse, *cum qui haec scripsit suam rei notitiam Rahewini narrationi opponere videatur. Sed etiam ipsum haec postea addere potuisse vix est negandum.* 6) *V. quae Comm. p.* 335 *sq. collegi, praesertim locos III,* 40. *IV,* 34.

communes errores ostendunt, praesertim in epistolis aliunde sumptis (I, 43. *III,* 9; *cf. quae attuli Comm. p.* 342*).*

B posterioris temporis aperta vestigia ostendit. Rahewinus in praefatione dicitur 'dignitate praepositus'; quam dignitatem a. 1158. *nondum adeptus erat, qua insignitus non ante a.* 1168. *et* 1170. *invenitur* [1]. *Rahewinum haec postea inseruisse facile putes. Sunt vero quae dubitationem moveant, num haec recensio ipsi debeatur. Duobus certe locis falsa sunt intrusa; IV,* 17. *[cf.* 3.*] episcopus Wirziburgensis, cuius nomen A praeteriit, dictus est Heinricus, qui tunc nondum hanc assecutus erat dignitatem; III,* 15*a. Fridericus pascha apud Quitilinburch celebrasse dicitur; quod re vera apud ecclesiam sancti Swiberti factum est, ita ut qui illa scripsit de ecclesia sancti Wiberti Quedlinburgensi cogitaverit. Alia menda culpae librarii tribuenda sunt; nonnulla vero recte emendata vel ita mutata, ut plerumque non tam sensum quam sermonem diversum prae oculis habeamus* [2]. *Nomina propria ex more Teutonicis illius temporis usitato scripta sunt, cum Otto et Rahewinus formas Latinas vel etiam ex ingenio constitutas* (Suevus *pro* Sueno, Noricum *pro* Norinberch, *fortasse* Hubaldus *pro* Wibaldus) *praetulisse videantur. Capitum indices, qui in A [β] et C initio positi omnes Gestorum libros comprehendunt, singulis praemissi sunt. Ab utroque B etiam eo recedit, quod tabula ad explanandam boni naturam I,* 65. *addita desideratur. Econtra brevis rerum conspectus annis* 1160—1170. *gestarum nonnisi in codicibus huius recensionis legitur, de quo Wilmans ita scripsit:*

'Quae continuatio res inter annos 1160. *et* 1169. *vel* 1170. *gestas amplectitur et multa praebet, quae mihi suadere videantur ipsam ex Rahewini calamo fluxisse* [3]. *Frisingae enim aperte conscripta est, ut testantur nonnullae notitiae de Alberto huius urbis episcopo insertae* [4], *quas nullus alius*

1) *Prutz, Radewin p.* 8. 2) *Excipias tamen III,* 10: fida nimis interpretatione *pro* fida satis interpretatione; *IV,* 75: sive curia *post* concilium *additum. [Cf. Dialog. de pontificatu S. Romanae ecclesiae, Libelli de lite III, p.* 530, *ubi similia de* concilio vel potius curia in Bisuntina diocesi celebrata*].* 3) *[Cf. tamen H. Böhmer, 'N. Archiv' XXI, p.* 655, *n.* 1, *qui hanc appendicem demum Rahewino iam mortuo conscriptam putat; H. Kohl in praef. translationis Gestorum p. XVIII sq.; Simson, 'N. Archiv' XXXVI, p.* 704, *n.* 4*].* 4) Solus Albertus Frisingensis tunc *(in conventu Wirzeburgensi a.* 1165*)* iurare noluit . . . . Eodem anno Albertus Frisingensis, diu renitens, coactus iuravit obedire Paschali pro conscientia, quamdiu imperium partem eius foveret et quamdiu regalia habere vellet . . . . Gwido, qui et Paschalis, moritur *(a.* 1168, *Sept.* 20*)* . . . . Albertus Frisingensis, iam quasi liber et liberatus a scismate per mortem Gwidonis . . . .

nisi Frisingensis canonicus et qui inter intimos episcopi amicos admissus erat, tam accurate tradere poterat. Huc accedit, quod annus 1169, *quo appendix terminatur, optime tempori quadrat usque ad quod Rahewinum inter viros fuisse supra ostendimus. Non parum momenti huic opinioni vox quaedam addit, quam continuator in eodem peculiari sensu atque Rahewinus usurpat. Hic enim 'Latinorum' vel 'Conlatinorum' nomine III,* 44. *IV,* 6. 10. 37. *Italos appellat, quod eadem significatione etiam in appendice occurrit*[1]. *Neque hoc admirationem movere debet, quod anni plerumque falsi rebus gestis adnotati sunt, cum Rahewinus etiam in opere ipso non uno tantum loco contra temporis rationem peccaverit'*[2].

C primam libri formam vel eam, qualem a Rahewino primo editam putamus, etiam magis et plerumque melius emendavit quam B. I, 66. *integram praebet epistolam, cuius initium tantum A [β] et B receperunt; dictiones ab aliis sumptas saepius indicat (III,* 19. 30. 45*), nomina supplet vel rectius scribit, nonnulla addit, quae vel narrationem illustrent (I,* 31: quod et Bresburc; *II,* 20: qui Tanera vulgo dicitur*), vel etiam impugnent (III,* 39: Alii asserunt hoc negotium clara die consummatum[3]*), alia consulto omittit (I,* 1. *de Clemente antipapa:* vel potius Demens; *IV,* 78: et stratoris officium*), sermonem singulis locis mutat. Haec fere omnia Rahewini manum arguere videntur*[4] (heroas *pro* viros; ut ait quidam, *IV,* 14. 26. 71; ut alias de quibusdam dicitur, *coll. IV,* 46: ut de quodam dicitur), *neque video, cur hanc ultimam libri recensionem alteri cuidam tribuamus. Certe Guntherus, qui Ottonis et Rahewini libros carmini 'Ligurinus' dicto fundamentum posuit, eam est secutus*[5].

1) *A.* 1160: cum iam, Latinis qui secum erant fugientibus, victus videretur. 2) *[Cf. supra p. XXVIII].* 3) *Cf. similem locum in [β] B et C, supra p. XXVIII, n.* 5. 4) *Notandum tamen, quod unicus qui exstat huius recensionis codex formam* Radewicus *praetulit; in praefatione eius nomen sola littera* R *indicatur.* 5) *II,* 419:

Taneramque rapacem
Transgressi;
VII, 486: Quemque domi famosa ducem Ravenna potentem
Miserat occubuit miseranda clade Iohannes;
ibid. 658: Hic inter multos stolidissimus occidit ille
Statius.

Haec II, 21. *III,* 33. 40. *nonnisi in C leguntur. Cum hoc scribit VII,* 471. Ekebertus *(III,* 33*); et alia eiusmodi. [Minus recte nobis de hac re iudicare videtur Ios. Sturm, 'Der Ligurinus', Freiburg.*

Quae cum ita sint, eam editionis fundamentum esse debere, erunt qui statuant. Attamen aliam viam ingredi malui eam potissimum ob causam, ut primam libri formam ab Ottone et Rahewino conceptam, hucusque vero prorsus fere neglectam, lectoribus proponere possem. Ideo quaecumque A solus praebet uncis inclusa recepi, quae omittit asteriscis notavi. Quae in una tantum recensione B vel C leguntur tamquam additamenta dubiae originis *[ ]*, quae in B desiderantur † † inclusi, recensionis C vero additamenta vel lectiones graviores infra in notis * exhibui, ubi etiam de eis rétuli, quae A vel B et codex B* peculiaria habent. Ubi in singulis verbis scribendis vel eorum ordine disponendo recensiones inter se differunt, eam praeferendam duxi lectionem, in qua duae consentiunt, paucis tantum locis alia recepta, quae secundis curis Rahewini deberi et commendari videbatur. Quare contextus hic iam non raro tam ab illo recedit, quem ex codice recensionis C priores editiones praebuerunt, quam a Wilmansii lectione ex codicibus recensionis B plerumque petita.

Minime vero qui exstant libri manuscripti paris sunt auctoritatis, cum recensio B caeteras et numero et aetate codicum valde superet.

A 1. Codex bibliothecae universitatis G i e s s e n s i s nr. 176, inter Senkenbergianos nr. 42, idem procul dubio qui antea Ulmae fuit in bibliotheca Kraftiana[1], quam Senkenbergii tempore (c. a. 1739) publice venditam esse, mihi scripsit V. Cl. Veesenmeyer, bibliothecarius Ulmensis. In fine f. 235. notatur: Anno Domini etc. LXX. (i. e. 1470) per Erasmum Sayn de Frisinga. Gesta Friderici f. 132—233. praecedit Ottonis Chronicon interpolatum[2].

A 1a. Codex bibliothecae principis Thurn et Taxis R a t i s p o n e n s i s nr. 182, olim monasterii Neresheim, saec. XVI. inc. ex A 1 descriptus, ut tam appendices eaedem quam lectiones ubique cum eis, quas corrector postea huic intulit, convenientes probant.

A 2. Codex G u e l f e r b y t a n u s, Helmstadiensis nr. 205, saec. XV. exaratus, olim Viti Arnpeck, qui praeter Ottonis Chronicon et Gesta etiam Conradi Gesta episcoporum

i. B. 1911. Alioquin v. de recensione C quae Herm. Bloch in libro 'Die Elsässischen Annalen der Stauferzeit' ('Regesten der Bischöfe von Strassburg' t. I, p. 1, Innsbruck 1908), praesertim pag. 81, n. 2 attulit; sed cf. ad ea infra p. 155, n. r].

1) Schelhorn, Amoenit. liter. III, p. 36. 2) Cf. [Hofmeister, praef. p. XLII sq.]; supra p. XXVIII, n. 1.

Frisingensium aliaque continet (SS. XX, p. 111. *XXIV, p.* 315*). [Hofmeister, praef. p. XLIV sq.].*

Sunt quae suadere possint, ut etiam A 2 *ex A* 1 *descriptum putemus*[1]*; alia vero ita ab hoc recedunt, ut potius de communi fonte cogitemus oporteat. Hic non paucis mendis erat depravatus, quae recensere longum fuit; sed antiquum et genuinum exemplar Frisingae asservatum, quamvis depravatum, ita ad nos felici fortuna pervenisse sane est quod gaudeamus. A* 1 *in universum praestat, nonnumquam modo a rubricatore modo ab altero quodam, non semper vero feliciter, emendatus; A* 2 *in IV. libro postea ex codice recensionis B aliquoties mutatus.*

Ad hanc recensionem prope accedit codex Seitenstetensis I, XIII[2], *chart. saec. XV, de quo Wattenbach ante multos annos pauca notavit, nunc demum hac editione iam impressa, cum liber diutius alii cuidam commodatus esset, V. Cl. G. Friess, coenobii bibliothecarius, quae ab eo petivi retulit. Desunt quae A omittit IV,* 3. *de archiepiscopo Anselmo; IV,* 17. *n.* **. *At IV,* 14. *ubi de Ottonis sororibus agitur cum B facit, in libri fine ordinem recensionum B et C habet. Titulus deest; index quatuor librorum primo praemittitur. Ab omnibus recedit, ubi post I,* 19. *ita pergit:* Videns predictus Hainricus dux se hoc modo prevalere non posse, ad dolum vertitur, iuxta illud: *Dolus an virtus, quis in hoste requirat?* Igitur Alemanniam ingressus *etc.* (*c.* 20*). Codex qui accuratius examinetur valde dignus est, quamvis magna lacuna sit foedatus inde a II,* 40: Oportebat enim *(p.* 147, *l.* 34*) — III,* 20: adversus Wilhelmum Siculum *(p.* 192, *l.* 11*), quae iam ab ipso scriba quatuor foliis vacuis relictis indicatur. Saepius*[3] *littera* b *pro* w *ponitur (e. gr.* Belfonis[4]*).*

B 1. *Codex Guelferbytanus, Helmstadiensis nr.* 206[5], *olim pariter atque A* 2 *in bibliotheca Flacii, antea monasterii Siticensis in Karinthia, saec. XII. ex. a duobus fortasse scribis satis eleganter exaratus, nunc folio uno (I,* 5*) et integro quaternione XVI (IV,* 62—76*) destitutus. Scribendi errores qui abundant plerumque manu coaeva recte emendati sunt. In fine legitur brevis annorum* 1160—1170. *narratio, de qua supra (p. XXIX sq.) dictum est.*

1) *Cf. Comm. p.* 334. 2) *Idem est qui Hermannum Altahensem, Annales S. Udalrici et Afrae continet, a Ph. Jaffé, SS. XVII, p.* 428, *I,* 16. *dictus. 'Archiv' VI, p.* 194. *vero I,* 15. *et* 16. *distinguuntur.* 3) *[Immo raro].* 4) *[p.* 231, *n.* y; Baltherus, *pro* Waltherus *p.* 307, *n.* f*].* 5) *[De quo cf. O. v. Heinemann, 'Die Handschriften der herzogl. Bibliothek zu Wolfenbüttel',* 1. *Abt. I, p.* 186 *sq., nr.* 239*].*

B 1*. *Codex Vaticanus nr.* 8095, *olim familiae Piccolomineae*[1], *chart. saec. XV. fol.*

B 2. *Codex Vindobonensis nr.* 403 *(hist. prof.* 233*), membr., saec. XV.*[2] *eleganter scriptus, litteris in initio librorum et capitum positis auro et variegatis coloribus pictis ornatus, fine destitutus. More Salzburgensibus consueto in nominibus propriis semper fere* b *pro* w *scribitur* (Bichmannus, Birciburg, Gbitto *etc.*).

B 3. *Codex Vorowiensis*[3], *membr. saec. XII. ex., cuius altera pars, f.* 136′ — 183, *ita est inscripta:* Gesta Friderici imperatoris, quae Wolfcangus scripsit iubente Bernhardo preposito *(qui praefuit annis* 1185 — 1202*).* Qui ea sancte Mariae, sancto Thomae et Vorowensi ecclesiae abstulerit, anathema sit. *Ultimi tres quaterniones (inde a IV,* 10 *fin.)*[4] *perditi sunt. Emendationes manui Bernhardi praepositi deberi dicuntur.*

B 4. *Codex Vindobonensis nr.* 3777 *(Salisburg.* 36 *B; Schwandtn. V,* 124*), chart. saec. XV, fortasse in Italia scriptus, ex exemplari fine destituto (inde a IV,* 74*) sumptus, plerumque cum B* 1 *conveniens.*

B 5. *Codex capituli cathedralis Lucensis nr.* 588, *chart. saec. XV, plerumque cum huius recensionis libris convenit, sed nonnumquam verba ad arbitrium mutavit*[5]. *Neque appendix hic exstat.*

*B**. *Codex Monacensis nr.* 19411 *(Tegernseensis* 1411; *olim E* 33*)*[6], *membr. saec. XII*[7], *excerpta praebet ex*

1) *Ita inscriptus:* Questo libro e di Misser Jacomo et di Miser Andrea Piccolomini, lu quale hanno prestato alo rev^mo^ cardinale loro quisto di V. di Ottobre 1464, et he quinterni quattordici et carte 141, et henne facto ricord al libro memoriale di decto misser Jacomo; *quam inscriptionem cardinalis Picolominaeus numero* 1464. *mutato in* 1474. *post correxit verbis additis:* Reso per me F. car̄. di Siena a die 27. Novembr. 1476. *Cf. 'Archiv' XII, p.* 261; *Dudik, Iter Rom. I, p.* 272.
2) *'Archiv' X, p.* 467. *[Chmel, 'Die Handschr. der k. k. Hofbibliothek in Wien' I, p.* 698 *sqq.].* 3) *'Archiv' X, p.* 626; *cf. Diemer, 'Deutsche Gedichte des XI. und XII. Jahrh.' Praef. p. I.* 41; *qui etiam scripturae specimen dedit.* 4) *Nescio quo errore inductus Wilmans scripsit: 'inde a fine cap.* 7. *libri III'.* 5) *Ut pauca ex eis quae notavi afferam: capitula ut in B singulis libris praemittuntur; in rubra epistolae Friderici legitur (p.* 1, *n.* c*)* Othonem, *n.* i *cum B facit; p.* 2, *n.* g *recte* indignati, *n.* u *cum B* Galla; *p.* 4, *n.* m *deest* nostrae *cum B; p.* 12, *n.* l Rahewint *(cf. B* 2: Rahebint*); p.* 47, *n.* m *recte* Belgica; *p.* 53, *n.* i sagittias; *ib. n.* q, *ubi ceteri codices* prevalerent *vel* prevalent *legunt:* possunt. 6) *[Cf. Wattenbach, 'N. Archiv' XVII, p.* 31 *sqq.].*
7) *Minus recte, eum Friderico vivo scriptum esse, ex loco I,* 35. *addito:* Fridericus, qui inpresentiarum est imperator, *Wilmans statuit; verba sunt Ottonis I,* 14. *[Cf. etiam Hofmeister, 'Studien' p.* 681, *n.* 3*].*

Gestis, inverso ordine posita et nonnumquam verbis additis inter se coniuncta, aliquoties etiam mutata. Quae quominus collectanea habeamus ad historiam scribendam parata, eo impedimur, quod tam ex Ottonis quam ex Rahewini libris necnon et appendice sumta sunt et ubique prope ad recensionem B accedunt, nonnumquam vestigiis codicem B 1 *sequuntur. Nihilominus eius lectionem et quantum fieri potuit etiam capitum ordinem annotavi*[1]. *Auctor quisquis fuit praesertim epistolas et quae de iure publico vel consuetudinibus regni tradita sunt respexit.*

C 1. *Codex Parisiensis bibl. nat. Latin. nr.* 18408 *(Bouhier* 138*), [antehac inter libros Oratorii Collegii Trecensis*[2]*], olim teste inscriptione saec. XV. [vel XVI.]* Liber domus Sancti Augustini in Marpach ordinis canonicorum regularium Basiliensis dyoc., *membr., saec. XII. in quaternionibus* 17, *uno inde a IV,* 69, *p.* 314, *l.* 33, *perdito, diligenter [duabus manibus, quarum altera in f.* 22. *I,* 30. *succedit] exaratus, eoque magni faciendus quod unicus est huius recensionis qui aetatem tulit. Nam*

C 2 *Cuspiniani est editio, a.* 1515. *Argentorati in lucem emissa, quae tam arcta necessitudine cum C* 1 *est coniuncta, ut ex hoc ipso codice illam esse petitam*[3] *statuerim, nisi editor apertis verbis librum Scotorum Viennensium a se esse expressum sit professus*[4]. *Hic etiam Ottonis Chronicon continebat, paparum et imperatorum catalogis additis usque ad Leonem X. et Karolum V. perductis, ideoque saec. XVI. tribuendus esse videtur*[5], *tunc temporis, nisi valde fallor, ex C* 1 *descriptus.*

1) *Qui ut melius perspiciatur, hic est notandus: Friderici epistola; I,* 4. 5; 25; 50. *epistolae;* 53—60; 48—50. *init.;* 52. *init.;* 29; 35. 42. 46. 36. 43. 44; 65. 66. *init.; II,* 8. *epist.;* 50; *Rahewini praef.; III,* 7. *epist.;* 8—10; 16—18; 22. 23. 24; *IV,* 18—22; 33—36; 49. 50. 52; 60—66; 74—82. *et fragm.* 84. 83; *I,* 3; *IV,* 86; *Appendicis particulae; II,* 46. *fin.; IV,* 10; *II,* 15; *II,* 6; *IV,* 14. *epitaphium Ottonis.* 2) *[In margine exteriore f.* 1 r. *eadem nostrorum temporum manu, quae ibi signum* Bouh. 138 *posuit, annotatum:* Ex libris Oratorii Collegii Trecensis*].* 3) *[Ita arbitratur Hofmeister, praef. in Chron. p. LXXIX, n.* 9. *LXXXIX.]* 4) *[At notitia ad lectorem ex officina Matthiae Schurerii a. MDXV. Martii d.* 1. *addita docet etiam* exemplaria partim de coenobio divi Trutberti, in pedibus sylvae Herciniae sito, partim ex Marppachio Canonicorum sanctissimi Augustini Basiliensis diocesis *adhibita esse. Quod etiam Rog. Wilmans effugit (cf. SS. XX, p.* 107, *n.* 90*), cum Hoheneicher, 'Archiv' I, p.* 169. *merito retulisset].* 5) *Cf. Wilmans, SS. XX, p.* 107. *[Hofmeister, praef. in Ottonis Chron. p. XXVIII sq.]. Idem Chronici codicem nunc Ienensem olim in monasterio Marbacensi fuisse coniecit, ibid. p.* 105; *cf. XVII, p.* 143; *sed Hegel, 'Städtechron.' 'Strassburg' I, p.* 51. *eum potius Strasburgo vindicat; certe Cuspiniani editio ab eo recedit. [Cf. H. Bloch l. c., praesertim p.* 192; *Hofmeister l. c. p. LV sq.].*

Codex Oppaviensis saec. XV, quantum ex eis, quae publici iuris facta sunt[1], elicere possumus, maiores tantum Gestorum partes continet. Inscriptus est: Cronica Ottonis episcopi Frisingensis; constat 3 libris; index capitum non ultra III, 49. progreditur[2].

Codex Admuntensis nr. 164 (16), saec. XII, Ottonis Chronico[3] subiecit Friderici epistolam [maximam partem], Gestorum lib. I. capita 24. 28. 30. 31. 33—35. 37. 40. 42. 44—47 in., ex recensione B sumpta, sed plerumque in epitomen redacta. Alter eiusdem monasterii nr. 165. praebet epitaphium Ottonis (IV, 14), notis musicis instructum.

Codex olim Peutingeri, post Zapfii[4], saec. XV. scriptus, nunc latet. Etiam Ottonis Chronicon continuit. Dunensis a Vischio[5] commemoratus [non nisi exemplar editionis Pithoeanae est][6].

Quae de expeditione Romana Otto retulit, in usum Maximiliani imperatoris in linguam Germanicam sunt translata. Codices exstant in archivio publico Vindobonensi ('Unt. Ob. Inn. Oesterreich.' 173. 172. 109)[7]. Recentiore tempore Fr. Schiller Gestorum versionem collectioni narrationum historicarum ('Memoiren' I, 3) inseruit; aliam duorum priorum librorum H. Kohl in 'Geschichtschreiber der Deutschen Vorzeit' dedit[8] (1883) [iterum impr. 1894].

Editiones hae sunt:

Iohannis Cuspiniani, supra C 2 recensita.

Petri Pithoei, Basileae 1569. fol., qui maxima libri parte iam impressa a M. Flacio codices A 2 et B 1 nactus, in postremis pagellis nonnulla emendavit, alia in appendice (post p. 346) cum lectoribus communicavit.

1) F. Ens ap. Chmel, 'Geschichtsforscher' II, ['Notizenblatt'], p. XXIII. 2) De reconsiliatione eorum et quanta utrinque leticia. Index libri I, capite 1. omisso, ita incipit: Imperator Italiam ingressus Gregorium Urbem fugavit. Et quomodo Rudbertus Guiscardus — occupavit. 3) De quo v. SS. XX, p. 103; [Hofmeister, praef. p. XXXIX]. 4) 'Merkwürdigkeiten der Zapfschen Bibliothek' I (1788), p. 5. 5) Bibl. Cisterc. Colon. 1656, p. 255; cf. Wilmans, SS. XX, p. 113. 6) [Hofmeister l. c. p. LXXXIII, n. 7]. Inter Gestorum codices non numeraverim Vindobonensem nr. 1180 (Rec. 3167 A; Schwandtn. V, 106) membr. saec. XIII, qui Chronicon continet, partim ex illis (inde ab I, 46) haustum. Minus etiam Vindobonensem nr. 629 (Ius can. 133) et Voroviensem nr. 111, quibus epistolae leguntur, ab Ottone et Rahewino receptae, sed aliunde sumptae. [Alioquin cf. 'Archiv' I, p. 170]. 7) 'Archiv' X, p. 587; Böhm, 'Handschriften des k. Haus-, Hof- und Staatsarchivs' p. 61. 24. 8) Multa utilia adnotavit, sed nimis audacter nonnumquam contextum emendavit. [Versionem Rahewini, a. 1894. iterum editam, addidit a. 1886].

Chr. Urstisii in Germaniae historicorum illustrium t. I. Francof. 1585 *(repet.* 1670*) fol. [Cf. 'N. Archiv' II, p.* 192*].*

*B. Tissieri in Bibliothecae Cisterciensis t. VIII (*1669*) p.* 115 *sqq.*

*Muratorii, Scriptores rerum Italicarum (*1725*) t. VI, p.* 635*, qui lectiones codicis B* 2 *notavit*[1].

R. Wilmansii, Mon. Germ. SS. XX (a. 1864*. finita, a.* 1868*. publici iuris facta, iam a.* 1867*. separatim impressa).*

Codices A 1. 2. *B* 1 *ipse excussi necnon A* 1ᵃ *et B* 5 *inspexi; B* 2 *V. D. Goldhahn, B* 3 *et B* socius coniunctissimus W. Wattenbach, C* 1 *b. m. L. Bethmann diligenter cum Urstisii editione contulerunt; de nonnullis huius locis A. Molinier, de B* 4 *L. de Heinemann retulerunt. Integram lectionis varietatem ex B* 1. 3 *et C* 1 *enotavi; in verbis scribendis praesertim B* 1*, collato C* 1*, secutus sum, qui non semper sibi constant: quo factum est, ut, quamvis formas plerumque usurpatas proponere voluerim, non tamen ubique eaedem, praesertim in litteris* e *et* ae, c *et* t *positis, occurrant.*

Ottonis et Rahewini narrationes explanare vel ad alias narrationes emendare non meum duxi: nonnullas Wilmansii annotationes retinui (littera W. indicatas), paucas addidi. Potissimum aliorum scriptorum locos, quos attulerunt vel imitati sunt, indicare studui. Cui rei socii K. Francke et L. de Heinemann, qui me in hac editione adiuverunt, sollertem operam navaverunt: nonnulla amicus Dümmler et VV. DD. Manitius et L. Riess suppeditarunt; quaedam H. Kohl primus indicavit.

Dabam Kal. Septembris 1884.

G. Waitz.

Omnibus exemplaribus recensionis Waitzianae anno 1884. *emissae venum datis cum iam Ottonis et Rahewini Gesta Friderici I. imperatoris*[2] *denuo edi opus sit, illam quantum licuit retractatam atque correctam lectori praebere conatus sum. Qua in re contigit mihi nonnullis subsidiis inniti, quibus inlustris editor b. m. caruit. Emersit enim, qui tunc latuit, codex olim Peutingeri, post Zapfii*[3] *inter*

1) *Excerpta inter Rerum Gallicarum et Francicarum SS. t. XI. et XIII. recepta sunt.* 2) *Egerunt de iis illo ex tempore W. Gundlach, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' III (Innsbruck* 1899*), p.* 256 *sqq.; H. Simonsfeld, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Friedrich I.' t. I (Leipzig* 1908*), p.* 652 *sqq.; alii, de quibus cf. infra; Dahlmann-Waitz, 'Quellenkunde der Deutschen Geschichte' ed.* 7 *(*1906*) nr.* 3803 *(ed.* 8. *nr.* 5041*).* 3) *Cf. supra p. XXXV.*

libros monasterii S. Pauli in valle Lavantina Karinthiae (sign. XIX c/74), quem A. Hofmeister non solum in Ottonis Chronica nuper denuo recensita excussit, sed etiam quoad lectionem Gestorum Friderici quam diligentissime contulit[1]. *Scimus hunc librum cum bibliotheca Konradi Peutingeri a postremo stirpis eius collegio societatis Iesu Augustano donatum, postea, inter a.* 1783. *et* 1787, *in possessionem historici et bibliographi Georgii Wilhelmi Zapf transiisse, qui Augustae Vindelicorum notarii munere functus inde ab a.* 1786. *in villa sua prope eam urbem vixit. Anno tamen* 1792. *iam in monasterio S. Blasii fuisse videtur, quo a.* 1806. *dissoluto, cum ceteris codicibus a.* 1809. *inde ad S. Paulum Karinthiae transvectus est. Continet in f.* 1^{r}—102^{r}. *Ottonis Frisingensis ep. Chronicam, f.* 102^{r} — 104^{r}. *fragmenta ex Honorio Augustodunensi, f.* 104^{v}—106^{v}. *epistolam quae sub nomine presbyteri Iohannis fertur, f.* 110^{r} — 183^{r}. *Gesta Friderici, f.* 183^{v} — 184^{r}. *constitutionem de expeditione Romana quae dicitur; f.* 107—109. *atque* 185—187. *vacua*[2]. *Est chart. saec. XV. classis A, eiusdem classis libris, quibus Georgius Waitz uti potuit, aetate non praestans neque mendis carens. Attamen magni faciendus est, cum meliorem eandemque haud dubie antiquiorem formam huius recensionis tradat, quae etiam cum aliis recensionibus quoad singula verba rarius pugnet. Quamobrem hunc codicem iam A, ceteros, qui eandem formam, sed deteriorem factam exhibent, A* (Giessensem A** 1, *Guelferbytanum A** 2*) signavi.*

Seitenstetensem quoque codicem Georgius Waitz non ipsum adhibere nec videre potuit[3]. *Diligenter postea eum H. Simonsfeld in libro memoriae viri clarissimi a discipulis sacrato*[4] *examinavit. Pergratum tamen mihi evenit, ut qui nunc bibliothecae coenobii praeest, Anselmus Salzer vir doctissimus, Oswaldo Holder-Egger b. m. petente, librum a.* 1909. *Decembri liberaliter Berolinum ad bibliothecam regiam mitteret, in qua eum otiose mihi licuit conferre. Constat hunc codicem (iam numero XIII signatum) sicut tunc temporis compositus erat ab Iohanne Fabro episcopo Vindobonensi emptum et praecepto, quod in tergo folii postremi a.* 1540. *Ianuar. d.* 10. *eius ex ore scriptum legitur,*

1) *Exceptis epistola Friderici imp. ad Ottonem, parte priore lib. I. et indicibus, quos contulit v. d. Bernhardus Schmeidler.* 2) *Cf. Ottonis Frisingensis Chronica rec. A. Hofmeister, praef. p. XLV sqq.* 3) *Cf. supra p. XXXII.* 4) *'Bemerkungen zu Rahewin', in 'Historische Aufsätze dem Andenken an Georg Waitz gewidmet' (Hannover* 1886*), p.* 204 *sqq.*

bibliothecae collegii S. Nicolai, quod condiderat, in usum ibi litterarum studiis deditorum legatum esse. Descripsit H. Simonsfeld l. c. p. 205 *sq. Insunt in f.* 1—9. *Ovidii Fasti, f.* 206—307. *Annales SS. Udalrici et Afrae Augustenses, utrique eadem manu exarati, inter quos in f.* 12^r— 205^v. *Gesta Friderici, alia tamen manu scripta et haud dubie demum postea cum illis uno volumine comprehensa*[1].

Hic quoque codex est chartaceus, saeculo demum XV. exaratus[2]*; praeterea Gesta Friderici in eo non solum magna et dolenda lacuna, cuius iam Georgius Waitz mentionem fecit, sed etiam plurimis gravissimisque mendis, quibus nonnumquam scatet, foedata. Nihilominus hic quoque haud parvi pretii est. G. Waitz iam locum (I,* 19. 20, *p.* 33 *sq.) indicavit, ubi verba paulo diverse concepta essent, neque hoc solum et unicum huiusmodi exemplum, immo, ut iam H. Simonsfeld animadvertit, contextus in compluribus capitulis libri primi*[3] *simili modo rebus brevius comprehensis ab aliis recedit. Multo rarius pauca addita*[4]*, inter quae I,* 47, *p.* 65, *n.* * *inserta satis perplexa et obscura, consensus regis Franciae in encyclica concilii Papiensis (IV,* 80, *p.* 268*) commemoratus notatu haud indignus.*

Georgius Waitz ex iis, quae de codice Seitenstetensi compererat, hunc ad recensionem A prope accedere collegit, neque negandum eum nonnumquam cum illa convenire, praesertim eo quod careat quibusdam additamentis in communi fonte recensionum B et C earumve altera insertis[5]*. Aliis quoque locis eidem classi, et quidem meliori formae, quam ex codice S. Pauli in Karinthia cognovimus, congruit. Quam tamen affinitatem haud ubique exstare iam H. Simonsfeld multis exemplis demonstravit: quin immo lectione a primo ad extremum verbum collata vidi librum multo artiori necessitudine cum recensionibus B et C, praesertim cum B coniungi. Probant hoc ordo et dispositio rerum et quod loci vel capitula, quae in A desiderantur, in codice Seitenstetensi exstant, item epistolae et acta, quorum illic saepius solum initium transscriptum est, integra exhibentur. Quae cum*

1) *Cf. etiam 'Archiv' VI, p.* 194; *SS. XVII, p.* 428, *n.* 3; *Hofmeister, praef. in Ottonis Chron. p. LXXXIV.* 2) *Numeri, etiam in indice, non initio, sed fini capitum adscripti, in parte quae lacunam sequitur omnino omissi, litterae initiales, quae novum caput distinguunt, plerumque alternatim minio, tum caeruleo colore picti sunt.* 3) *Cf. I,* 13. 47. 61. 62; *etiam* 8. 26. 60, *p.* 28. 66. 88. 89; 24. 43. 87. 4) *Cf. etiam p.* 24, *n.* *. 5) *Cf. inprimis III,* 51. *IV,* 3. 5. 46. 69; *etiam IV,* 17, *p.* 227. 235. 237. 287. 315; 256.

ita se habeant, hunc codicem illius affinitatis respectu β signandum duxi.

Praeterea A. Hofmeister etiam codicem P a r i s i e n s e m *(C* 1*) antiquissimum illum solumque classis C superstitem denuo diligentissime contulit. Hoc quoque viri doctissimi labore usus, neque Cuspiniani editionem principem (C* 2*) rursus inspicere supersedi, etsi lectiones nominum propriorum, quas non omnes enotavimus, manifesto ad arbitrium suum instituerit, indices quoque saepe ampliaverit et mutaverit. — Non nisi mediocris pretii sunt, quos A. Hofmeister praeterea conferre potuit, codices bibliothecae regiae Monacensis Latin. nr.* 472.[1] *atque* 535.[2] *saec. XV. Quorum alter ea quae capitulis* 37—39. *libri I. de Bernhardo abbate Clarevallensi et Radolfo monacho referuntur, ab Hartmanno Schedel excerpta; alter, qui cum B facit et quem B* 6 *signavi, epistolam Friderici imperatoris operi praemissam atque libri IV. capitula* 14—17, *quibus de Ottonis episcopi fine atque meritis et ecclesia Frisingensi agitur, exhibet. — Classi B*[3] *etiam codicem* O p p a v i e n s e m *adnumerandum credideris, quem qui accuratius examinaretur Georgius Waitz non indignum putavit*[4]. *Sed cum iam longe ante finem operis, scilicet rubrica cap.* 49. *libri III. desinat et pauca, quae F. Ens inde publici iuris fecit, nullo modo placeant, ne tempus et operam perderem, eum adhibere supersedi. — Liber* F l o r e n t i n u s *bibliothecae Laurentianae plut. XVI. cod. XIV., chart. saec. XV. ex.*[5] *Gesta Friderici cum Appendice a Io. Burchardo*[6] *illo tempore in epitomam redacta continet. Quae, quantum ex exemplis a viro d. Io. Dreyer benigne nobiscum communicatis, praesertim ex Appendice colligere licet, textum qualem B* 1 *tradit secuta ad lectionem recognoscendam nihil affert.*

Ut in annalibus nostris ('N. Archiv' XXXVI, p. 681 *sqq.), ubi de his fusius disserui, ostendere studui, codicem Seitenstetensem inter omnes formam operis anti-*

1) *Cf. Hofmeister, praef. in Ottonis Chron. p. LXVII.* 2) *Cf. 'Archiv' VI, p.* 194; *Simonsfeld, 'Bemerkungen' l. c. p.* 214', *n.* 1 *(ubi etiam de cod. Monac. Latin. nr.* 21657, *cuius lectio classi A congruit); Hofmeister l. c. p. LXIII. Inscriptus est:* Documenta et litterae variae ad episcopatum Frisingensem pertinentia; *postea superscriptum:* Excerpta in Gurck. 3) *Certe non recensionem C sequitur.* 4) *Cf. supra p. XXXV; 'Götting. gel. Anz.'* 1884, *nr.* 26, *p.* 1012. 5) *Cf. Bandinii Catalogum codicum Latinorum bibliothecae Mediceae Laurentianae I, col.* 233 *sq.; Hofmeister, praef. in Ottonis Chron. p. LXXXIII sq.* 6) *De quo cf. Potthast, Bibl. hist. medii aevi, ed.* 2. *I, p.* 176 *sq.*

quissimam servare veri simile est. Quae forma ea esse videtur, a qua, quamquam paucis locis paulum suppleta et retractata, cum fons recensionum B et C tum recensio A, qualem codex S. Pauli tradit, profluxerint; idque ita, ut in BC perpaucis praetermissis aliqua inserta, in A, etsi saepe sermonem verbis quibusdam interiectis magis perspicuum reddere studuerit, plura omissa, alia diverse disposita sint. Quod si iure statuamus, sententia Waitzii, qui classem A, quamvis Ottonis Chronicam forma posterius corrupta et interpolatione Wittelsbachica aucta praebeat, Gestorum Friderici primam recensionem tradere censuit, stare non poterit. Alioquin assecutus est vir clarissimus, quod sibi in primis proposuerat, ut quid inter recensiones ipsi notas interesset, clare ostenderet lectorisque oculis subiceret. Neque prorsus inmerito recensionem C, etsi ultimam eandemque Rahewino tribuendam iudicaverit, fundamentum editionis facere abnuit, ne interdum in peius inmutata recipere cogeretur. Quae cum ita sint neque Gesta Friderici denuo recognoscenda, sed Waitzii editionem pro viribus emendandam et supplendam susceperim, lectiones codicum S. Pauli atque Seitenstetensis, neglectis tantummodo corruptelis manifestis, quae ad vera recognoscenda nihil afferant, in rem convertere satis habui, cetera quoad fieri potuit conservavi, textum nonnisi paucis locis mutavi.

Neque annotationes, quas Georgius Waitz iustum ne dicam artum modum excedere noluit, multum augere cogitassem[1], *nisi vir clarissimus una re parum successisset. Quamvis enim intente idque strenuis sociis adiutus aliorum scriptorum locos, quos Otto et Rahewinus attulerint vel imitati sint, indicare studuerit, haud pauci eum effugerunt. De quibus in Biblia Vulgata, Sallustio, Iosephi Bello Iudaico in Latinum a Rufino, ut creditur, translato, aliis fontibus indagandis inprimis H. Kohl, Prutzii et Iordani vestigia secutus, cum versione Gestorum Friderici Germanica tum tabulis annali gymnasii regii Chemnitiensis a.* 1890. *additis*[2] *optime meritus est. In primis duobus Gestorum libris etiam quaedam ex alia versione Latina Belli Iudaici, quae sub nomine Hegesippi fertur et a non-*

1) *Annotationes in hac* 3. *editione additas uncis quadratis inclusi.* 2) *'Beiträge zur Kritik Rahewins' I. 'Die Entlehnungen aus fremden Autoren'. Chemnitz* 1890. — *Locos ex Iosephi-Rufini Bello Iudaico depromptos ex editione a.* 1691. *Coloniae Agrippinae emissa laudat, qua in re me eum sequi oportuit.*

nullis Ambrosio adscribitur, deprompta esse P. Scheffer-Boichorst[1] et W. Lüdecke[2] viderunt. Id quoque notatu satis dignum Rahewini verba interdum fere ad litteram cum Decreto Gratiani convenire. Quod in l. IV. c. 35 (p. 278) fieri iam Io. C. L. Gieseler animadverterat[3], nonnullis aliis locis ita se habere H. Böhmer[4] ostendit. Locos in epistola Friderici imperatoris, quae Gesta praecedit, ex Institutionibus Iustinianeis adhibitos A. Wahl[5]; alia alii indagaverunt. Ceterum etiam nunc non omnia explorata; manent proverbia quaedam et dicta, quae auctores unde sumpserint adhuc incompertum[6].

Indicem olim a Lothario de Heinemann b. m. scriptum novae editioni adaptavi, Glossarium, quod idem adiunxerat, etiam paulo auxi.

Editionis Rogeri Wilmans in usum scholarum recusae exemplar a v. d. Endres professore Ratisponensi liberaliter nobis commodatum est, quod quondam Wilhelmi de Giesebrecht erat et in quo ille coniecturas vel emendationes utiles, ex parte iam in historiae imperatorum Germanicorum tomo VI. post decessum auctoris in medium prolatas, annotavit.

In plagulis corrigendis O. Holder-Egger b. m. usque ad obitum vehementer lugendum atque v. d. A. Hofmeister, qui etiam permulta, praesertim ex Biblia Vulgata, Boethii et Gilberti Porretani scriptis atque Ottonis Chronica, annotavit, benigne sollertissimeque me adiuverunt. Quibus viris necnon viro cl. D. Schäfer, cui consiliis utilibus me iuvare placuit, gratias maximas habeo.

Berolini, mense Iunio a. 1912.

B. de Simson.

1) 'Mitteil. d. Inst. f. Österr. Geschichtsforschung' VI, p. 78, n. 1. 636. 2) 'Der histor. Werth des ersten Buches von Otto's von Freising Gesta Friderici'. Diss. Halle 1884, p. 34 sqq. 3) Cf. SS. XX, p. 462, n. 10. 4) 'N. Archiv' XXI, p. 666 sqq. 5) 'Histor. Vierteljahrschrift' III. 1900, p. 520. 6) Velut I, 5. 54. IV, 14, p. 19, n. 1. 76 (l. 2). 251, n. 4. — Quoad Iordanem adicio, id quod omisi, Get. 36, 191. adhibita esse III, 26, p. 198, l. 15 sq.

*SS. XX, p. 347.

[INCIPIT[a] EPISTOLA FRIDERICI IMPERATORIS AUGUSTI AD[b] OTTONEM[c] FRISINGENSEM EPISCOPUM].

FRIDERICUS[d] Dei gratia Romanorum imperator *et[e]* semper augustus dilecto patruo suo Ottoni Frisingensi episcopo gratiam suam et omne bonum. 1157.

Cronica[1], quae tua sapientia digessit vel *desuetudine*[2] *inumbrata in luculentam erexit consonantiam,* a dilectione tua nobis transmissa[f] cum ingenti gaudio suscepimus, et post *bellicos sudores*[3] interdum in[g] his delectari et per magnifica gesta imperatorum ad[h] virtutes informari preoptamus. Ea vero, quae ab ingressu regni a nobis gesta sunt, ad peticionem tuam breviter conpilata noticiae tuae libenter commendaremus, nisi quod ad similitudinem priorum gestorum, quae ab excellentissimis viris edita sunt, magis dici possunt umbra quam facta. Tamen, quia[i] tuum preclarum ingenium humilia extollere et de parva materia multa scribere novit, plus confisi tuis laudibus quam nostris meritis tantillum hoc, quod in Romano orbe per quinquennium fecimus, paucis perstringere curamus[k].

Post primam unctionem Aquisgrani et acceptam coronam Teutonici regni generalem curiam Merseburch[l] in pentecosten celebravimus; ubi rex Danorum Petrus ad curiam nostram vocatus venit et hominio ac fidelitate nobis[m] facta coronam regni de manu nostra suscepit[n]. 1152. Maii 18.

a) Incipiunt *B* 3; Epistola Frederici imperatoris *ceteris omissis A** 2; *rubra deest A** 1. *β;* Prohemium sequentis operis incipit *A. Cf. infra p.* 12, *n.* i. b) ad *om. B* 3. c) Attonem *B* 3. d) Fredericus *B* 2 *(semper fere). C* 1 *(constanter).* e) et *deest A. A**. f) promissa transm., *(deleto post* pr. *A** 2*) A**; nobis promissa et transmissa *C* 2. g) del. in his *C.* h) ad virt. *des. A. A** *(post suppl. A** 2*).* i) Tuum tamen quia *B.* k) Gesta Frederici imperatoris *rubro add. A** 2. l) Mersebure *β;* Merseburc *C* 1. m) facta nobis *B.* n) *hucusque B**.

1) *[Cf. Ottonis epist. ad Fridericum imp. Chronicae praemissam, SS. r. G., ed.* 2, *p.* 1 *sqq.].* 2) *[*desuetudine — consonantiam *ex Iustinian. Inst. prooem.* § 2. 5; *cf. etiam infra III,* 53. *IV,* 4*].* 3) *[Ibidem,* § 1; *cf. infra III,* 12*].*

1152. Deinde Cicensem episcopum Wichmannum[a] ad archiepi-
scopatum Magdeburgensem[b] transtulimus; et quamquam
multae lites et controversiae inter nos et Romanam
aecclesiam inde fuissent, ad ultimum tamen quod a nobis
1154. laudabiliter factum fuit auctoritas apostolica confirmavit.
Post *haec expeditionem Romam[c] movimus et in[d] valida *p. 348.
manu Longobardiam[e] intravimus. Haec quia propter
longam absentiam imperatorum ad insolentiam declina-
verat et suis confisa viribus aliquantum[f] rebellare coe-
perat, nos animo indignati[g] omnia[h] fere castella eorum
furore debito* et iusto non[i] militum, sed servientium
destruximus. Mediolanenses versuti et superbi verba sine
fide nobis dederunt, et ut nostra concessione super
Cumas et Laudam dominium habere mererentur, multam
pecuniam nobis promiserunt; sed[k] cum nec prece nec
precio flectere nos possent, et[l] cum ad terram eorum
venissemus, a terra copiosa[m] sua declinantes tres dies
in solitudine nos duxerunt, quousque tandem[1] contra
voluntatem eorum prope iuxta Mediolanum ad miliare
Teutonicum[n] castra metati essemus; ibique[o] dum ab eis
mercatum quereremus, et ipsi nobis eum negarent, no-
bilissimum castrum eorum, Rosatum videlicet, quod
quingentos milites armatos habebat, capi et incendio
destrui fecimus; ibi[p] milites nostri usque ad portam
Mediolanensium iverunt[q] et multos vulneraverunt[r] et
multos ceperunt. Hinc inde ortis inimicitiis inter nos
et illos, fluvium Ticinum versus Novariam transeuntes
pontes duos, quos ipsi armaverant et incastellaverant,
violenter occupavimus. Quos post transitum totius ex-
ercitus nostri destruximus. Inde tria castra eorum for-
tissima[s], Mumma[t] videlicet, Gaila[u] et Trica[v], destruxi-

*) furore Teutonico[2] non mil. *β.*

a) Wicinanum *A*; Wicmannum *A**. *C;* W. *β.* b) Maddeb. *A**; Magdab. *β.* c) Romanam *A.* d) in *om. B* 6. e) Lombardiam *β. C, semper;* Langob. *B* 6. f) aliquantulum *A.* g) indignari *B.* h) fere omn. *B* 6. i) non solum militum, sed etiam servientium *supplendum putat Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 335; *cf. infra II,* 16. k) et *B* 6. l) et *alio atram. delet. C* 1. m) sua cop. *A* (copiose). *A**. n) Tewtun. *A**. o) Ibi *C* 1. p) ibique *B* 6. q) ivere *A**. r) vulnerarunt *A**. s) fortissime *B* 1. 3. 6. t) Nūma *A*; Numma *A** 1; Numam *A** 2; minima *B* 2; Mūina, *alio atram. corr.* Mūma *C* 1; Minimam *C* 2. u) Galla *β. B;* Gada *C* 1; Gailardam *C* 2. v) t'ta, t't *in loco raso A*; Tricam *C* 1; Trecam *C* 2.

1) *[Cf. Cic. In Catil. I, 1].* 2) *[Cf. Lucan. Phars. I,* 255 *sq.:* furoris Teutonici; *Dümmler, 'SB. der Akademie d. Wiss. zu Berlin'* 1897, *p.* 112 *sqq., praesertim p.* 117 *sq.].*

1154. Dec. 25. 1155.

mus, et natali Domini cum[a] maxima iocunditate celebrato[b], per Vercellas et Taurinum euntes Padum transivimus; inde Cheram[c], maximam et munitissimam villam, destruximus[d], civitatem Astam incendio vastavimus. Deinde Terdonam civitatem munitissimam natura et arte obsedimus; et post tres dies burgo capto, ipsam arcem cepissemus, nisi nox et maxima tempestas nos cohibuisset. Tandem post multos assultus, multas cedes et miserabilem stragem illorum[e] et non modicum dampnum nostrorum arcem per deditionem occupavimus et[f] quendam principem Grecorum, qui a marchione Malaspina captus erat, liberavimus. Destructa Terdona, Papienses, ut gloriosum post victoriam triumphum nobis facerent, ad civitatem nos invitaverunt; ibi in corona et maxima laeticia et ingenti servitio civitatis tres dies deduximus. Deinde directo tramite per Longobardiam[g], Romaniam[h], Tusciam euntes Sutrium usque pervenimus. Ibi domnus papa cum tota aecclesia Romana gaudenter nobis occurrit et consecrationem nobis paterne obtulit suaque gravamina, quae a Romano populo passus erat, nobis conquestus est[i]. Sic nos cottidie simul euntes et simul hospitantes dulciaque miscentes[k] colloquia Romam usque pervenimus. Romani nuncios suos ad nos miserunt et maximam pecuniam pro fidelitate eorum ac servitio, tria quoque[l] a[m] nobis iuramenta[1] exquisierunt. Inde cum domno papa et cardinalibus consilio inito, quia imperium emere noluimus[n] et sacramenta vulgo prestare non debuimus, ut omnes dolos et machinamenta eorum declinaremus, Octaviano cardinale conducente maxima pars miliciae nostrae nocte per portam parvulam[o] iuxta Sanctum Petrum intravit et sic monasterium Sancti Petri preoccupavit[p]. Mane facto domnus papa cum tota aecclesia ad basilicam sancti Petri nos precessit et ad gradus cum maxima processione nos suscepit, et missa celebrata ad altare apostolorum[q] Petri et Pauli in honore sanctae Mariae[r] virginis, quia sabbatum erat, benedictionem coronae Romani imperii largiter super caput

Iun. 18.

a) dei max. *A*. b) celebrata *B* 1. 3. 6. c) Chairam *C* 2. d) et *add. C*. e) eorum *B* 6. f) et *om. C*. g) Langob. *B* 6. h) in Romaniam *(ead. manu corr. ex* Romanam*)* et Tusciam *C* 1, *et ita C* 2. i) est *alio atram. superscr. A*. k) coll. misc. *C* 1 *(sed cf. infra II,* 28*)*. l) quoque *alio atram. et alia manu in marg. suppl. A*. m) iur. a nobis *A**. n) nolumus *β*. *B* 6; i *super lin. C* 1. o) parvam *β*. p) occupavit *A**. q) sanctorum *A***;* sanctorum ap. *C* 2. r) virg. M. *A**.

1) *[Cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 61. *VI, p.* 341*]*.

1155. nostrum effudit. Quo rite peracto[a], dum omnes nimio labore et estu confecti ad tentoria rediremus et cibum caperemus, Romani de ponte Tyberino prosiluerunt et in monasterio sancti Petri, duobus servis nostris[b] occisis et cardinalibus spoliatis, papam capere intendebant. Nos vero deforis strepitum audientes, armati per muros irruimus et tota die cum Romanis conflictum habentes[c] eorum pene mille occidimus et in Tyberi submersimus et[d] captivos[1] deduximus, donec nox nos[e] et illos diremit.
Iun. 19. Mane facto, quia victualia nobis defecerant, assumpto papa et cardinalibus cum triumpho victoriae laeti recessimus[f], et omnibus castris et munitionibus, quae circa Urbem erant, in potestatem nostram deditis, usque Albam venimus et per aliquot[g] dies ibi cum papa morati sumus. Inde ivimus Spoletum, et quia rebellis erat et comitem Gwidonem Werram et caeteros nuncios nostros in captivitate tenebant, assultum ad civitatem fecimus. Mirabile et inscrutabile[2] iudicium Dei! A tercia usque ad nonam munitissimam civitatem, quae pene centum turres habebat, vi cepimus, igne[h] videlicet et gladio, et infinitis spoliis acceptis, pluribus igne consumptis, funditus eam destruximus. Inde euntes versus Anconam Paliologum *nobilissimum principem Grecorum *p. 349. et Maroducam[i] socium eius cum caeteris nunciis Constantinopolitani[k] obvios habuimus. Qui ut in Apuliam iremus et hostem utriusque imperii Willehelmum[l] potentia virtutis nostrae[m] conterere vellemus, infinitam pecuniam[n] nobis dare[o] spoponderunt. Quia vero milicia nostra propter multos labores et bella nimis attrita fuit, placuit magis principibus redire quam in Apuliam descendere. Sicque nobis redeuntibus et Grecis cum superbia multitudinis suae et copiosa[p] pecunia in Apuliam euntibus[q], Paliologus post adeptum Barum et munitionem destructam obiit, et Willehelmus[r] congregato exercitu repente in Grecos irruit et paucis captis *et[s]* caeteris occisis omnem pecuniam asportavit[t]. Nos vero cum maxima victoria

a) facto et peracto *C.* b) nostris *om. C* 1. c) habuimus et eorum *A. A*.* d) et *deest B.* e) et nos *B* 1. 6. f) dicessimus *C* 1; discessimus *C* 2. g) aliquos *β.* h) et igne et gl. *β.* i) Maruducam *A. A*.* k) imperatoris *supplendum videtur.* l) *sic B;* Gwill. *A;* Gwilh. *A*;* Guill. *β. C* 1; Guilh. *C* 2. m) nostrae *deest B;* nostrae virt. *A*.* n) nobis pec. *B* 1. o) dare *alio atram. super lin. C* 1. p) pecunie copiose *β.* q) eunt. *om. C* 1. r) *ita B;* Wilhelmus *A*. C* 2; Willelmus *A. C* 1; Guill. *β.* s) et *deest A. A*. C* 2. t) absp. *β. B* 3. *C* 1. *B* 1 (b *e corr.*). 6 *(item).*

1) *[De quorum numero cf. infra II, 33].* 2) *[Cf. Iob* 5, 9: qui facit magna et inscrutabilia absque numero*]*.

a Deo nobis prestita, qualem cum mille octingentis 1155. militibus conquisitam prius numquam audivimus, Veronam usque pervenimus. Qualiter illi in precipitio cuiusdam montis nobis[a] insidias posuerint et qualiter a nobis occisi et duodecim[b] suspensi sint, tu audisti. Scis etiam[c] in ordine, quam inter fratrem tuum ducem Austriae et 1156. ducem Baioariae[d] concordiam fecerimus et quam gloriose Fridericum in Coloniensi archiepiscopatu[e] sublimaverimus. Haec pauca paucis comprehensa illustri ingenio tuo dilatanda et multiplicanda porrigimus.

[INCIPIUNT[f] CAPITULA IN LIBRUM I].

I. Qua occasione Hiltiprandus[g] ab imperatore abiectus et Gwibertus[h] in loco[i] eius subrogatus[k] sit.

II. Quod[l] imperator Italiam[m] ingressus Gregorium[n] Urbe fugavit.

III. Quomodo Robertus[o] Gwiscardus[p] cum Nortmannis[q] Campaniam et Apuliam occupavit.

IIII. De rebellione Saxonum.

V. Excursus phylosophicus vel potius theologicus.

VI. De Saxonibus bello[r] gravi superatis, *|et[s] quod|* Guelfo dux Noricorum[t] et Rudolfus[u] dux Suevorum[v] rebellare coeperunt.

VII. Quod idem Rudolfus[u] instinctu Gregorii a[w] Saxonibus rex creatur et paulo post in prelio occiditur.

VIII. De comite Friderico, quod gener imperatoris factus ducatum Sueviae[x] obtinuit[y].

VIIII. Quod post genitos sibi filios Fridericum et Conradum[z] diem[a] obiit.

X. De uxore eius Agnete, quod Leopaldo[b] marchioni nupserit, et quod defuncto imperatore filius eius Heinricus potenter regnum [eius[c]] obtinuit.

a) ins. nobis *A. A**. b) XII *A*. c) et *β*. d) Bauarie *A. A*, post plerumque* Bauwar. *A, post etiam* Bauuar. et Bauwar. *A*;* Bauarie *B* 6; Babarie *β;* Bawariae *B* 1. 3, *saepius, sed alibi* Baioar; Bawariae *C* 1. e) Episcopatu *B* 6. f) Inc. — I. *des. β. C* 1; primi libri Registrum incipit *A;* Secuntur rubrice et capitula sequentis cronice per ordinem *A** 1; Capita primi libri *C* 2; *in A* 2 index post Ottonis praefationem legitur, sed hic notatur:* ibi ponitur tabula. *Codd. A. A*. β et C indicem* 4 *librorum praemittunt; numeri post argumenta positi β. C 2, omissi C* 1. g) Hiltibr. *A. β. C* 1; Hyltibr. *A*;* Hiltebr. *C* 2. h) Guib. *A. C;* Suib. *β perperam.* i) locum *C* 2. k) surrog. *A**. l) Quid *β perperam, et ita in indice constanter.* m) Yt. *A*, semper fere.* n) Grecorum *B* 2. o) Rud(d)b. *A**; Rŏb. *B* 1; Růb. *B* 3; Rudolfus *A perperam.* p) Guischardus *A. C* 1; Gwischardus *A*;* Guiscardus *β;* Guisthardus *C* 2. q) Norm. *A. A*. β, mox corr.* Nortm. *B* 1; Romanis *C.* r) gravi bello *A. A**. s) et q. *des. B.* t) Svevorum *A perperam.* u) Rŏud. *B* 3; Rŏd. *C* 1. v) Suev. *om. A.* w) a *om. A. A**; a Sax. *om. C.* x) Swev. *A** 1. *B* 1. 3. y) obtinuerit *C* 2. z) Cunr. *A, fere semper;* Cŏnr. *B* 1; Chŏnr. *B* 3, *semper fere.* a) diem ob. *pagina exeunte om. β.* b) Leopoldo *β;* Leopaudo *C* 1. c) eius *deest β. B. C.*

a) *primum* r *alio atram. expunct.* *C* 1; Barum *C* 2. b) Reinaldum *A*. *A**. *β*. *B* 2. *C*. c) in *om*. *β*. d) Magonciam *A*; Maganciam *A** 1; Moganciam *β*; Mogontiam *C* 1. e) Magonc. *A*; Moganc. *β*; Mogunt. *C* 1. f) de *deest* *β*. *B*. *C*. g) Liutburch *A*; Lintburch *A**; Lindwurck *β*; Liudburch *B* 1; Liŭdburch *B* 3; Lindbvrc *C* 1; Lympurg *C* 2. h) Henr. imp. *C* 2. i) ubi *deest* *C*. k) est *deest* *β*. *B*. *C*. l) et quod *C* 2, *qui haec cum praecedente iunxit cap.* m) Adalbertus *A*. *A**. n) Mogont. *A*. *C* 1; Mogant. *A** 1. *β*; Mogunt. *B* 1. *C* 2. o) in imperatorem el. *C* 2. p) Hainr. *β*. q) evaserat *A*. r) ibidem *B* 1. s) occubuerint *C*. t) et *om*. *C* 1. u) *novum cap. inc.* *C* 1. v) Mog. *A*. *C* 2. w) in sede *des*. *A*. *A**. x) Gertrudis *C* 2. y) imperatoris *B* 1. z) Wolfrathehusen *A*; Wolfrathehausen *A**; Wolfratehausen *β*; Wolfratehusen *C* 1; Wolfrateshusen *C* 2. a) et *β*; *deest* *B*. b) *sic* *B* 3; Berchtoldum *A*. *A**; Bertold. *β*; Bertolf. *C*.

XXVIII. Quomodo instinctu Arnaldi[a] Romani adversus suum pontificem concitantur et senatoriam dignitatem instaurare moliuntur.

XXVIIII. Epistola Romanorum[a*] ad regem.

XXX. De diversis preliis per expeditionem Hierosolimitanam sopitis.

XXXI. Qualiter castrum regis Ungariae Bosan vel Presburch[b] captum et requisitum sit, et[c] de Boricio[d].

XXXII. De situ Ungariae et more gentis.

XXXIII. De pugna habita inter regem Ungariae et ducem Heinricum.

XXXIIII. De pugna Rogerii[e] Siculi contra Grecos.

XXXV. Quomodo auctoritate sedis apostolicae transmarina expeditio persuasa est[f].

XXXVI. Epistola papae Eugenii super hac[g] re.

XXXVII. Quomodo predicatione Bernhardi[h] Clarevallensis abbatis rex Franciae cum suis principibus cruces acceperunt[h*].

XXXVIII. Quomodo ad predicationem cuiusdam Rudolfi[i] orientalis Francia ex magna parte eandem miliciam professa est, et de persecutione contra Iudeos.

XXXVIIII. Dehortatio Clarevallensis abbatis ab[k] hac re.

XL. Quomodo idem abbas regi Conrado et multis principibus crucem accipere persuasit.

XLI. De obitu senioris Friderici ducis.

XLII. Quod multi de principibus et[l] innumerabilis multitudo aput Ratisponam[m] cruces[n] acceperunt, et quod Saxones contra alios paganos expeditionem professi sunt.

XLIII. Epistola Clarevallensis abbatis[o] super hac re.

XLIIII. Quod huius rei occasione subito pax incredibilis facta est.

XLV. Quomodo Conradus rex filium suum Heinricum socium regni legit et coronari fecit, et de filio ducis Heinrici.

XLVI. Quod rex Conradus in transmarinam expeditionem procinctum movit, subsequente eum rege Francorum[p] cum suis.

a) Arnoldi *A*. β. C.* a*) Rom. civium ad reg. super hoc *C* 2. b) Presburck *β;* Bosan quod et Presbruc *C* 1; B. quod et Bresburg *C* 2 *(eadem infra in textu addita).* c) et de B. *om. β.* d) Poricio *B* 3; Boritio *C.* e) Rugerii *A*;* Quomodo Rogerius triremes in Graeciam destinat, captis atque expugnatis quibusdam civitatibus ac arcibus, captivos abducens *C* 2. f) sit *A. A*. C* 2. g) predicta *C* 2. h) Bernardi *C.* h*) acceperint *C* 2. i) Růdolfi *B* 1. 3; Rodolfi *C.* k) de *A. A*.* l) et *om. B.* m) Ratisbon. *C* 1. n) crucem *A*.* o) abb. *om. β.* p) Francorum — suis *pagina exeunte om. β.*

a) Gislberto _A_; Gilberto _A*_; Gisilb. _B_ 1. 3; Giselb. _B_ 2; Giliberto _C_ 2. b) _novum numerat cap._ (50) _solus A*_ 1. c) Abaiolardo _B_. d) _nulla cap. dist._ _C_ 1; It. de e. _om._ _C_ 2. e) _novum cap._ (LI) _numeratur A, ubi_ LII – LXX _sequuntur; item β, in quo huic argumento_ 51 _(postea corr. e_ 50_), duobus sequentibus_ 52 _et_ 53 _adscriptum; novum cap. inc. etiam C_ 1. f) ad summum pontificem et eiusdem pontificis responsiva _C_ 2. g) de _deest β. B. C_ 1; eius ob. _A. A*_. h) Gisilberti _B_; Giliberti _C_ 2. i) _hoc cap. cum praecedente iunctum, num._ 54 _adscr. β._ k) eius _A. A*. β._ l) delatum _β. B_ 1. 2; dilatum _C_ 1; dilata, _nescio an recte C_ 2. m) proprium nomen _alio atram. superscr. C_ 1. n) Eum _add. C_ 2, _et post_ concilii: et quod nuntii Henrici iunioris Romanorum regis ad concilium praedictum venerint; De cond. concilii et de eiusdem gestis _A. A*_. o) Gilbertus _A_; Gwilbertus _A*, et ita post;_ Giselbertus _h. l. B_ 1. 2. p) Quomodo _A*_; Et qualiter _C_ 2, _hoc cap. cum praecedente iungens._ q) suam fid. _A*_. r) dig. scriptis _A. A*_. s) et q. _C_ 2, _hoc cum praecedente iungens._ t) episc. _deest B_; Gilib. ep. _C_ 2. u) Guilb. _A_. v) Ier. _A_.

1) _[Cf. infra p._ 81, _l._ 13. 16. 23_]_.

LXIII. De[a] rege Conrado et de prefato rege Ludewico[b], qualiter[c] et ubi se invicem viderint.

p. 351. *LXIIII. De reditu regis Conradi, et quod Fridericum ducem ante se remisit.

LXV. Excursus ad excusandum eventum illius expeditionis.

LXVI. Quomodo et quibus epistolis idem rex a papa Eugenio exceptus sit.

LXVII. De obitu Heinrici iunioris[d] regis et Hartliebi Traiectensis episcopi et Arnaldi Coloniensis *episcopi[e]*.

LXVIII. Conradus ad inferiores partes Reni[f] proficiscitur[g].

LXVIIII.[h] Quomodo[i] post auditam causam Traiectensium in Baioariam ingressus est.

LXX.[k] Quomodo[l] terminatis omnibus diem obiit et ubi sepultus [est[m]].

*[EXPLICIUNT[n] CAPITULA].
[INCIPIT PROEMIUM SEQUENTIS OPERIS]*.

Omnium qui ante nos res gestas scripserunt haec, ut arbitror, fuit intentio virorum fortium clara facinora ob movendos hominum ad virtutem animos extollere, ignavorum vero obscura facta vel silentio subprimere vel, si ad lucem trahantur, ad terrendas eorumdem mortalium mentes promendo ponere. Unde hoc tempore scribentes quodammodo iudico beatos, dum post turbulentiam preteritorum[1] non solum pacis inaudita reluxit serenitas, sed et[o] quod[p] ob victoriosissimi principis virtutes tanta Romani imperii pollet auctoritas, ut et sub eius principatu gens vivens humiliter silendo conquiescat, et barbarus quique vel[q] Grecus, extra terminos ipsius positus, auctoritatis eius pondere pressus contremiscat. Fateor, dum ante aliquot[r] annos priorem hystoriam terminassem, spiritusque peregrini Dei ad sumenda[s] contra gentes quae orientem inhabitant arma

a) et de *C* 2, *hoc cum praecedente iungens.* b) Lodovico *A. C* 2; Ludovico *A** 2; Lodewico *β. C* 1. c) et q. *B* 1. d) regis iun. *A. A**. e) episc. *deest A. A*. β. B* 3. f) *ita h. l. A. A*. B* 1; Rheni *β. C* 1. 2 (Rh. part.). g) prof. *om. β.* h) LXX *A.* i) et q. *C* 2, *hoc cum praecedente iungens.* k) *cum praecedente cap. iunct. A.* l) et ibi omnibus bene compositis Babenbergae diem obiit *C* 2, *hoc cum praecedente iungens.* m) est *deest β. B. C* 1; et ubi sep. est *om. C* 2. n) Expl. Cap. *des. A. A*. β. C.* Inc. — Operis *des. A. β;* Prologus in sequentem cronicam *A**; Prol. operis sequentis *C* 1; Prol. s. operis *C* 2. o) etiam *A. A**. p) quod *deest A** 2. *C.* q) et *A**. r) aliq. *deest A. A**. s) dei assumenda *A. A**.

1) *[Cf. Ottonis epist. ad Fridericum imp. Chronicae praemissam, p. 2].*

totam pene Hesperiam afflasset, pro pacis iocunditate, quae orbi momentanee tunc arriserat, stilum vertere cogitaram, iamque scribere coeperam, sed, quo instinctu nescio, tamquam animo futura presagiente finemque inspiciente coeptum proieci opus. Sic tamquam a nolente seu nesciente presenti tempori propositi[a] implendi negotium reservatum fuisse estimo, dum[b] firma quies — si tamen rebus[c] caducis aliqua fides adhibenda est — sub strennuissimo principe in Romano orbe expectatur. Quod autem dixi illo in tempore spiritu peregrini Dei occidentales populos afflatos, nemo sic intelligat, acsi quisquam a nobis peregrinus Deus putetur, sed ab illo scripto[1], quod illis in diebus in multis Galliae locis lectitabatur, nos hoc dictum mutuasse[d] sciat, quod tale fuit: *Tibi dico*[e] *L pastor corporum primo elemento materiae silvae tuae*[f], *quem inspiravit spiritus diei peregrini Dei.* In cuius scripturae tenore *sub[g]* quodam verborum involucro de expugnatione regiae urbis necnon et[h] antiquae Babylonis[i] et ad instar Cyri regis Persarum vel Herculis totius orientis triumphus prefato Ludewico[k] Francorum regi promittebatur. Unde talia ibidem dicta reperta sunt: *Cum perveneris ad costam tetragoni sedentis aeterni et ad costam tetragonorum stantium aeternorum et ad multiplicationem beati numeri per actualem primum cubum, surge ad eam, quam promisit angelus*[l] *matris tuae visitare et non visitavit, et pertinges*[m] *de ea usque ad penultimum, primum cuius cum ascendit*[n] *promissor, deficit promissio propter optimam mercem*[o], *et figantur vexilla tua rosea usque ad extremos labores Herculis, et aperietur tibi porta civitatis B*[p]. *Nam erexit te sponsus arthemonem, barcha cuius pene cecidit, in capite cuius*[q] *triangulare velum, ut sequatur te qui precessit te. Tuum ergo L vertetur *in C*[r], *qui* *p. 352. *dispersit aquas*[s] *fluminis, donec pertransirent*[t] *illud qui*[u]

a) inpl. prop. neg. *A. A;* neg. prop. impl. *β. B.* b) cum *β.* c) *ita β. B. C;* cad. rebus *A. A*.* d) mutasse *B* 1. 3. e) dico *deest A. A*.* f) sue quam *A*;* tuae silv. *C* 1. 2 (sylv.). g) *ita β. B;* sub *deest A. A*. C.* h) et *deest C.* i) Babil. *A. A*. β.* k) Lodewico *β. C* 1. l) *ante* angelus *spatium c.* 4 *vel* 5 *litterarum rasum, ubi antea* filius *extitisse videtur, super* angelus *alio atram. superscr.* vel filius *C* 1, filius *in forma breviore, infra n.* 1. laudata. m) pertingens *A. β perperam.* n) ascenderit *C.* o) mercedem *A. A*, nescio an melius;* merc. optimam *A*.* p) R. *A. A*.* q) eius *A. A*.* r) F. *A**; in C vertetur *β.* s) aquam *A*.* t) pertransierent *B* 1. u) quae *A. β. C* 1.

1) *Eandem formam praebet fragm. cod. Monacensis* 5254; *breviorem cod. Monac.* 9516. *et Ann. Corbeienses, SS. III, p.* 14 *[Chronogr. Corb., Jaffé Bibl. I, p.* 64*], qui addunt:* Hee litterae dicuntur divinitus missae Loudhuwico regi Francorum; *v. Giesebrecht, 'DKG.' IV*[2], *p.* 505 *sq.*

student in procuratione[a] *filiorum.* Quod scriptum tantae auctoritatis a probatissimis et religiosissimis Galliarum personis tunc putabatur[b], ut a quibusdam in Sibillinis[c] libris repertum, ab[d] aliis cuidam Armenio *divinitus[e]* revelatum affirmaretur[f]. Sed quisquis fuit[g] ille propheta seu trotannus[1], qui hoc promulgavit, videat, si in futura[h] adhuc aliqua expeditione implendum expectetur, aut tamquam iam non impletum conculcandum Gallicanae levitati, quod fidem aliquam habere potuit, imputetur; hoc tantum sciens, quod[i] non[k] sine rationis proportione spiritus ille omnes pene occidentales in peregrinationem mittens spiritus peregrini Dei tam a nobis quam ab illo vocatus est. Sicut enim iuxta[l] quorumdam in logica notorum positionem[m], cum non formarum, sed subsistentium proprium sit predicari seu declarari, genera tamen et species predicamento transumpto[2] ad causam predicari dicuntur; vel, ut communiori utar exemplo, sicut albedo clara[2], mors pallida[3], eo quod claritatis altera, palloris altera causa, sic[n] appellatur[o], utque[p] dicitur: *Eurus*[q] *fundit aquas,* sic et causam dicti considerantes spiritum peregrini Dei dicimus, qui, ut tot et tanti propter Deum peregrinandi habitum assumerent[r], causa[s] fuit. Cum igitur[t] rebus in melius mutatis post *tempus flendi tempus* Eccl. 3, 4. 8. *ridendi,* post *tempus belli tempus pacis* modo advenerit, indignum ratus sum, augustorum clarissime Friderice, caeterorum regum seu imperatorum gestis enumeratis tua silentio[u] subprimere, immo, ut verius dicam, dignissimum putavi priorum virtutibus tuas sicut auro gemmam superponere. Inter omnes enim Romanorum principes tibi pene soli hoc reservatum est privilegium, ut, quamvis a prima adolescentia bellicis desudasse[v] cognoscaris officiis, obscenum tibi nondum vultum fortuna verterit. Sic etiam temperans in prosperis, fortis in adversis, iustus in iudiciis, prudens et acutus in causis esse cognosceris, ut non solum ex convictu haec tecum coaluisse, sed tamquam divinitus inspirata et a Deo tibi[w]

a) procreatione *emend. Gies. ex Corb.* b) reput. *A. A*.* c) Syb. *B* 1. 3. d) et ab *C.* e) div. *deest A. A*.* f) affirmatur *B.* g) ille fuit *B* 1. h) futuro *C* 2. i) qui *A. A*.* k) non *om. A*.* l) iuxta *om. A.* m) ponere *A*.* n) sit *B* 1. o) apell. *C* 1. p) et ut *A. A*.* q) *hic W. de Giesebrecht in exemplari suo editionis Rogeri Wilmans* aquosus eo quod Eurus *excidisse sibi videri annotavit (cf. Horat. Epod. XVI,* 54: Aquosus Eurus). r) assument *B* 1. s) c. fuit *om. β.* t) ergo *(ut saepe pro* igitur*) β.* u) tua si sil. *B* 3. v) sudasse *A. A*.* w) tibi *deest A. A*.*

1) *[Cf. Du Cange-Favre, Glossar. VIII, p.* 196. 201*].* 2) *[Cf. Gilb. Porr. Comm. in Boethii l. de Trin., Boethii Opera, Basil.* 1570, *p.* 1146*].* 3) *[Horat. Carm. I,* 4, 13: Pallida mors*].*

ob universale totius orbis emolumentum concessa fuisse* videantur. Hanc ergo tuae nobilitati offero hystoriam, ab omnium bonorum datore Deo postulans et petens, ut tuo bono principio melior finis apponatur[1]. Sed antequam tuorum gestorum[a] seriem attingam, de avo, patre patruoque tuo quedam summatim prelibare cogitavi, ut, sic quasi quodam filo narrationis descendens, per clara clariora, quae de tua persona dicenda fuerint, appareant. Si qua vero ex aliis regnis aecclesiasticae secularisve personae gesta incidenter interserta fuerint, ab huius negotii materia aliena non putabuntur, dum omnium regnorum vel gentium ad Romanae rei publicae statum tamquam ad fontem recurrat narratio. Nec[b], si a plana hystorica dictione ad evagandum oportunitate nacta ad altiora velut phylosophica acumina attollatur oratio, preter rem eiusmodi estimabuntur, dum et id[c] ipsum Romani imperii prerogativae non sit extraneum rebus simplicioribus altiora interponere. Nam et Lucanus, Virgilius caeterique Urbis scriptores non solum res gestas, sed etiam fabulosas, sive more[c*] pastorum vel[d] colonorum[e] summissius vel[d] principum dominorumque orbis altius narrando, stilum tamen frequenter ad intima quedam phylosophiae secreta attingenda sustulerunt. Sic enim non solum hi, quibus rerum gestarum audiendi seriem inest voluptas, sed et illi, quos rationum amplius delectat subtilitatis sublimitas, ad eiusmodi[f] legenda seu cognoscenda trahuntur. Ac propositae hystoriae Deo auctore tale sumatur exordium[g].

[EXPLICIT[h] PROLOGUS].

[INCIPIT[i] CHRONICA OTTONIS FRISINGENSIS[k] EPISCOPI ET EIUS ADBREVIATORIS RAHEWINI[l]].

†LIBER PRIMUS[m]†.

I.[n] Cum sub imperatore Heinrico[o], qui inter reges quartus, inter imperatores tercius huius nominis in-

*) fuisse *om. C.*

a) ser. gest. *A.* b) Et *A. A*.* c) id *deest B;* ad *A. A*.* c*) *ita codd. (pro* mores?*).* d) et *β.* e) colonum *codd. omnes;* colonorum *iam emend. Pith.; Waitz dubitavit, an forte* calonum *legendum sit.* f) huiusm. *A.* g) etc. *add. β.* h) Expl. prol. *des. A. A*. β. C.* i) *fere eadem, paulum mutata et aucta C 2 (ubi* Radevici*).* Incip. — Rahewini *des. β; in A* 2. C 1 ante Friderici epistolam, in A et A* 1 post indicem similis inscriptio invenitur:* Cronica Ottonis Frisingensis episcopi eiusque adbreviatoris (abbr. *A**) Ragewini (Ramewini, *superscr.* de *A* 1*; Radewici *C 1*) incipit *(deest A*. C).* k) Frisig. *B 1.* l) *ita B 1*; Rahebint *B 2*; PaHЄWINIT. XXX) *B 3.* m) Liber primus (I. *A* 2*) incipiens a quarto (IIIIto *A* 2*) Heinrico imperatore et finiens in morte Chunradi (Conradi *A* 2*) regis secundi *A. A* 2*; L. primus incipit habens initium ab imperatore Heinrico III. et finiens in obitu Conradi r. II. *C 1*; Liber primus *des. A* 1. β. B. C 2.* n) *rubras ex indice praemittunt A*. C 2.* o) Hainr. *β;* Henr. *C 2 constanter.*

1) *[Cf. Ovid. Met. VII,* 518: Flebile principium melior fortuna sequetur; *infra I,* 22. *IV,* 22*].*

venitur, imperium gravissime scissum fuisset[a] parteque maxima obtimatum principi suo rebellante tota pene regni latitudo ferro, flamma fedaretur, Gregorius septimus[b], qui tunc urbis Romae pontificatum tenebat, eundem imperatorem tamquam a suis destitutum anathematis gladio feriendum decrevit. Cuius rei novitatem eo vehementius indignatione motum suscepit imperium,
*p. 353. quo[c] numquam ante haec tempora huiusmodi *sententiam in principem Romanorum promulgatam cognoverat[1].
Eapropter pluribus ex Italia, Gallia, Germania aput 1080.
Baioariae[d] civitatem Brixinoram[e], in ipso Pyreneo[2] haut procul a valle Tridentina sitam, coadunatis episcopis princeps curiam magnam celebravit; ubi omnibus advenientibus iniurias sibi a Romana aecclesia irrogatas[f] affectuose conqueritur, quod videlicet ipso inconsulto, qui tamquam rex et patricius primus in electione suae urbis episcopi esse deberet, Romani sibi pontificem prefecissent, cum a patre suo imperatore plures ibidem quasi sine electione intronizati fuerint. Hac querimonia omnium animi eo facilius contra Romanam aecclesiam inclinari poterant, quo et laici secularis honoris consideratione accensi et episcopi consilio clericorum suorum, quibus recenter conubia ab eodem[g] pontifice inhibita fuerant, inflammati voluntati principis accedebant. Cunctis* igitur[h] acclamantibus prefata electio ab eis cassanda iudicatur, Gwibertusque[i] Ravennatensium archiepiscopus, Clemens vel** potius Demens[3] vocatus, assensu principis Urbis episcopus creatur, Gregoriusque septimus[k] ab ipsis pseudomonachus vel nicromanticus appellatus exsufflatur. Unde communi consilio prenominato pontifici scriptum conviciis et detractionibus plenum dirigere presumpserunt, inter caetera dicentes[4]: *Sicut*

*) His *C.*
**) vel pot. Demens *desunt C.*

a) esset *A**. b) VII. *A*; *om. B* 1. c) quod *B* 1. d) Bauwar. *A fere semper.* e) Brixionam *B* 1. f) illatas *A. A**. g) a summo pont. *A**. h) ergo *β.* i) Guib. *A. β. C.* k) VII. *A. β. C.*

1) *[Cf. Ottonis Chron. VI,* 35*].* 2) *[Cf. Thomae, 'Die Chronik des Otto von St. Blasien' p.* 11 *sq.; Ottonis Chron. p.* 109, *n.* 5*].* 3) *[Cf. Deusdedit, Lib. contra invas. et symon. II,* 12, *Libelli de lite II, p.* 330*].* 4) *Verba laudata non ex actis synodi Brixinensis die* 25. *Iunii a.* 1080. *habitae, sed ex epistola episcoporum in synodo Wormatiae a.* 1076. *congregatorum, LL. [Constit. I, p.* 108*], desumpta sunt. W. [Ceterum non ad verbum descripta].*

hactenus solebas dicere, quod nullus nostrum esset episcopus, ita scias, quod nulli nostrum deinceps eris apostolicus[a].

1081. II. Post haec[b] princeps militem copiosum colligens
Italiam ingreditur, ad Urbemque[c] usque progressus, Romani populi favore pulso[d] Gregorio, Gwibertum[e] ibidem
1084. ponens [et[f]] imperatoris et augusti ab eo nomen sortitur. Venerabilis autem sacerdos persecutionem fugiens
1077. ad tutiora montana Tusciae in terram comitissae Mahtildis[g], quae imperatoris consanguinea fuit, se contulit[1] ibique per aliquot dies manens sententiamque[h] anathematis renovans epistolis, quae multis in locis habentur, principes regni adversus[i] imperatorem suum concitavit.
1084. Deinde Campaniam seu[k] Apuliam ingrediens in municipio[2] Nortmannorum[l], qui nuper Roberto[m] Gwiscardo[n] duce provincias illas, indigenis necatis vel eiectis seu servituti subactis, irruperant, se recepit ibique diem
1085. mortis expectavit.

III.[o] Robertus iste ex mediocri stirpe in Nortmannia[p] ex eorum militum ordine, quos vavassores vulgo ibi dicere solent, in plaga, quam Constantiam indigenae dicunt, editus cum Rogerio[q] fratre, tam patri famis tempore morem, ut aiunt, gerens quam ob locorum sterilitatis molestiam a natali solo progressus, multo tempore multas per[r] provincias oportuniorem[s] ad inhabitandum terram querens oberravit. Unde et ab oberrandi circuitu patria lingua Giscardus[t] tamquam oberrator vel girator[3] appellatus est. Cum ergo non paucis, ut dictum est, diebus multarum regionum girator existeret, a citeriori Italia, quae modo Apulia seu Calabria dicitur, tandem excipitur. Quam dum a Longobardis possessam inertis plebis inhabitatione tamquam industriae defensionis vacuam inveniret, remissis[u] in Galliam nunciis expositaque locorum ydoneitate ac gentis inertia ad expugnationem

a) Capitulum 1 *adscr.* β. b) hoc *A**. β. *B* 2. c) que *om.* *A**. d) propulso *A**. e) Guib. *A*. *C* 1. 2; Guibertus β; Gwibertus *B* 3. f) et *deest* β. *B*. *C*. g) Matheldis *A*. *C* 1; Mathildis *A**. *C* 2; Malcheldis β. h) *ita A*. *A**. *C* 1; que *deest* β. *B*. *C* 2. i) adversum *B*. k) sive *A**. l) Norm. *A*. *A**. β. *B* 2. 3, *semper*. m) Ruberto *A*; Rŏberto *B* 1; Rudberto *B* 2; Rŏdberto *B* 3, *et ita post*. n) Guisc. *A*. *C*; Gisc. β. *B* 1. 3. o) *exstat in B*, hac praemissa rubra:* De Rŏberto Gwiscardo et Rogerio Siculo et Willehelmo Siculo. p) Norm. *h. l. etiam* *C* 1. q) Rugerio *h. l.* *B* 1. r) per *deest* *A*. *A**. *C* 2. s) oportunitatem *B*. t) *ita h. l. A*. *A**; Guisc. β. *C* 1; Gwisc. *B* 1; Gwisch. *B* 3; Guist. *C* 2. u) missis β.

1) *[Quod a.* 1077, *non a.* 1084. *factum est].* 2) *[Salerni].* 3) *[Immo tamquam homo astutus].*

earum provinciarum consocios[a] invitavit. Et ne multis detinear, virtute, dolo, arte ignavi populi victor existens Campaniae, Apuliae, Calabriae, Siciliae ad ultimum possessor inventus est*. Reliquit autem Rogerio fratri ex parte sui comitatum Siciliae[b] tenendum, ipse vero ducatum Apuliae cum Calabria sibi retinuit. Huius filius, qui multa postmodum tam in Grecia quam in caeteris[c] orientis partibus fortia et gloriosa gessit opera, Boimundus fuit. Fratris vero sui Rogerii Rogerius, qui postmodum regium nomen usurpavit, natus erat, huius, qui inpresentiarum est, Willehelmi[d. 1] pater. Sed haec hactenus.

IIII. Circa idem tempus Saxonum gens inquietissima 1074.
more suo principi rebellans castrum quoddam Harzeburch[e] dictum, ob eiusdem gentis obpugnationem ab imperatore in ingressu provinciae in loco munitissimo fundatum, cum aecclesia pariter, in qua congregatio canonicorum fuit, funditus delevit. Occasio tamen huius rebellionis non tantum ex predictae gentis instabilitate[2], sed ex principis lascivia ortum sumpserat[f]. Dum enim
*p. 354. pre*dictus princeps in iuvenili adhuc positus aetate, toto regno silente dominiumque suum humiliter portante, prefatam terram ingressus fuisset, iuveniliter dixisse fertur se mirari nullum per totum imperii ambitum inveniri, in quo vires suas exercere posset, idque non virtuti, sed ignaviae deputabat. Quod dictum non secundum naturam generis sui percusso aere mox transiit, sed tam efficaciter in mentibus plurium radicem[g] figens germinavit, ut tota in brevi provincia illa adversus ipsum commota et in unum corpus coadunata innumeris populis et gentibus letifera pocula ministraverit. Discant[h] ergo principes orbis in summo positi omnium summum[i] creatorem suum pre mente habendo[3] moderantiam servare,

*) Andrea et Alberto comitibus aliisque terrae illius principibus expulsis *addit B** [*sed cf. infra II*, 37. 49].

a) et socios *B*. b) Syc. *B* 1. c) locis *add. β*. d) Gilbelmi *A*; Gwilhelmi *A**; Gillemii *β*; Gwillihelmi *B**; G[v]illelmi *C* 1; Guilhelmi *C* 2, *et similiter post.* e) Harseburg *A*; Harzeburc *C* 1. f) fuerat *A**. g) radices *C*. h) *sequentia habet B**. Capitulum quintum *A*. *In A* h. l. praemittitur rubra:* Excursus phil. *etc., cf. supra p.* 5. i) summ. *deest A. A*, ubi* suum creat.; summ. omn. *B*.

1) [*I.* (1154—1166)]. 2) [*Cf. Chron. VI*, 5 *fin., p.* 267. *et n.* 4]. 3) [*Cf. Ottonis epist. ad Frid. imp. Chronicae praemissam, p.* 1 *sq.*].

ut iuxta Ciceronem[1], quanto maiores sunt, tanto se gerant summissius. Optime enim a physicis fallaciam complexionum considerantibus dictum cognoscitur: *Melius est ad summum quam in summo*[2]. Cum enim homo natus ad laborem, brevi vivens tempore[3], natura tamquam ex multis composita ad dissolutionem tendente, numquam in eodem statu manere valeat, si in summo fuerit, mox eum declinare oportebit[a. 2]. Cuius rei causa paulisper phylosophari liceat, etenim

Felix qui potuit rerum cognoscere causas[4].

V.[b] Quicquid[c] est aut[d] genuinum[e] est aut nativum. Sicut autem genuinum non potest esse non[f] simplex et, ut ita dixerim, non singulare, non solitarium, ita nativum non potest esse non compositum, non conforme, non concretum. Primo ergo videamus, quid genuinum, quid nativum appelletur[g], ut exhinc horum sensus verborum facilius appareat. Genuinum dicitur tamquam generans et non[h] genitum, id est carens generatione; nativum velut natum aut genitum, descendens a genuino. Unde Plato[5]: *Est igitur*[i]*, ut mihi videtur, in primis dividendum, quid sit quod semper est, carens generatione, quid item quod gignitur nec est semper.* Et Boetius[6]:

Qui tempus ab evo Ire iubes.

Generationem vero large accipimus[k] pro ingressu in quamlibet proprietatem vel, ut manifestius loquar, pro quolibet ingressu de non esse ad esse. Unde Aristotiles[7]: *Ex oppositis fiunt generationes.* In omni enim nativo negatio prior est affirmatione. Genuinum est igitur[i] carens generatione, carens principio, quale aput nos unum tantum invenitur, eternitas videlicet, soli divinitati accommoda. Non enim tria aput nos, quae Plato posuit,
1. *Cor.* 8, 6. inveniuntur principia, sed unum tantum, *Deus pater, ex quo omnia,* Deus filius, *per quem omnia,* Deus spiritus

a) oportebat *B* 1. *C* 1, *corr.* oportebit *C* 1. b) Capitulum Sextum incipit *A*; *A* h. l. rubram ponit:* Excursus de divina generatione et natura. c) autem *add.* *A**; Quicquidem *β*. d) aut *deest C.* e) est gen. *A.* f) nisi *A**. g) appellatur *A**. h) non *deest A. A** 2, *post add. A** 1. i) ergo *β*. k) accepimus *C* 1.

1) *De Off. I,* 26, 90: quanto superiores simus, tanto nos geramus summissius; *[cf. Chron. II,* 24*].* 2) *[Fere eadem etiam infra p.* 22*].* 3) *[Cf. Iob* 5, 7: Homo nascitur ad dolorem; 14, 1: Homo . . . brevi vivens tempore*].* 4) *Verg. Georg. II,* 490. 5) *Timaeus c.* 12, *ex interpretatione Chalcidii, Hippolyti Op. ed. Fabricius, Hamb.* 1718, *II, p.* 235. 6) *De consol. philos. III,* 9, 2 *(ed. Peiper).* 7) *De interpr. [c.* 14*], ex translatione Boethii, [rec. C. Meiser, Leipzig* 1877, *p.* 27*].*

sanctus, in quo omnia[1]. Et hi tres, sicut nec[a] tres dii, ita nec tria principia nec tria aeterna, sed unum principium et unum aeternum. Sola ergo divinitas principio carens simplex esse necessariis probatur rationibus. Quidquid enim componitur, ab alio componi necessarium est. Nulla enim res, sicut se non gignit, ita nec[b] se componit. Quod autem ab alio componitur, ab alio esse necesse[c] est. Divinitas vero ab alio non est. Ab alio ergo[d] componi nequit. Simplex igitur est. Unde Boetius in tertio libro de consolatione[2]: *Quod si natura quidem inest, sed ratione diversum, cum de rerum principe loquamur Deo, fingat qui potest, quis haec diversa coniunxerit.* Haec eadem divina[e] essentia, eo quod nec actu nec natura conformem habeat, singularis esse probatur. Quod ex intuitu naturalium facilius consideratur[f]. Cum enim ad contemplanda celsa divinitatis attollimur, eo quod intellectus noster, in quo sedeat, non habet, tamquam de re incerta palpitantes melius negando quam affirmando, id est quid[g] non sit quam quid[g] sit, conspicimus. In nativis igitur[h] omnem naturam seu formam, quae integrum esse subsistentis[i] sit, vel[k] actu et natura vel natura saltem conformem habere necesse est. Verbi gratia: humanitas Socratis actu et natura conformis est humanitati Platonis, dum secundum omnes partes et omnimodum effectum, quod quidam formam substantiae et substantiam formae vocant, tam in isto quam in illo inveniatur. Unde, quamvis Socrates et Plato ratione partiendi[l] in numerum veniant[m], ut duo dicantur homines, tamen ratione assimilandi unus possunt[n] dici homo. Substantialis namque similitudo non solum subiecta conformia, sed[o] et[p] eadem et unum dici facit, iuxta illud: *Participatione*[q] *speciei plures homines unus,* et secundum quod soliti sumus dicere: 'Idem vinum bibitur hic quod Romae'. Partes autem hic voco eas formas[3], quae ad componendam speciem aut in capite ponuntur, ut generales, aut aggregantur, ut differentiales, aut eas comitantur, ut accidentales. Omnis quippe diffinitio[r] alterius
*p. 355. est et alteri convenit; nam formae *est et subsistenti con-

a) non *A**. b) se nec *A*. c) necessarium *A. A**. d) ergo *om. A**. e) ess. div. *A*. f) consideratur — Socrate *(p. 19, l. 32) desunt folio exciso B* 1. g) quod *A**. h) ergo *β*. i) subsistens *B* 3. k) et *β*. l) pariendi *B* 3. m) veniunt *B*. n) posset *A**. o) sed *om. A. A**. p) et *om. β*. q) partiōn *A**. r) differentia *A. A**.

1) *[Cf. Rom.* 11, 36: Quoniam ex ipso *(Deo)* et per ipsum et in ipso sunt omnia*]*. 2) *L. l. III,* 10, 45. 3) *[Cf. Gilb. Porr. l. c. p.* 1142*]*.

venit. Iam ex his, ut arbitror, patet quod dixi, humanitatem Socratis secundum omnes partes et omnimodum effectum humanitati Platonis conformem esse ac secundum hoc Socratem et Platonem eundem et unum in[a] universali dici solere[1]. Si enim altera rationalis[b], altera esset mortalis, nec tota esset in isto nec tota in illo, sed aliam partem ista, aliam partem[c] caperet[d] illa; de effectu[e] quoque clarum est, quod[f], sicut haec illum rationalem[g] seu mortalem, ita illa hunc rationalem seu mortalem facit. Concretio[h] etiam[i] in naturalibus non solum coadunatione[k] formae et subsistentis, sed ex multitudine accidentium, quae substantiale esse comitantur, considerari potest[2]. Verbi causa[l]: humanitas, quae est integrum esse hominis et ex multis, ut ostensum est, formis composita, ad hoc, ut subiectum[m] informet, risibilitatem caeteraque trahit accidentia. Sunt aliae formae subiectum integre[n] informantes, quae naturam[o] tantum conformem habent. Esse quippe solis, etsi[p] non actu, natura conformem habere noscitur. Quare quamvis plures soles non sint, sine repugnantia tamen naturae plures esse possunt[3]. Patet igitur[q] ex opposito per negationem, quod divina essentia nec conformis est nec concretioni subiacet. Quare, ut verba naturalia in divinam vertantur predicationem, sicut simplex, sic[r] et singularis[s] et solitaria[4] dicatur, ut simplex contra compositionem, singularis contra conformitatem, solitaria dividat contra concretionem. Nec igitur[q] actu nec[t] natura conformis est, quia nec fuit nec est nec esse poterit alius Deus,
Ps. 70, 19. alius creator, alius omnipotens. Unde psalmista: *Deus, quis similis tibi?* Concretionem non recipit, cum nec subiectum, quod informet, habeat, nec aliquam comitantiam accidentium admittat. Quare nec substantia proprie dici potest. Substantia enim potest quodam modo subiectum vocari, forma vero nullo modo subiectum esse potest. Hoc vero cum iuxta phylosophum[u. 5] nec pas-

a) in *deest A. A*, superscr. β.* b) rationali *B* 3. c) partem *om. A**. d) carperet *B* 2. 3. *B**. e) affectu *B* 3. *C* 1, *alio atram. corr.* eff. *C* 1. f) quod *om. A.* g) rationabilem *A**. h) congretio *C* 1. i) autem *A. A**. k) coadunationem *A. B* 3. l) gratia *A.* m) substantiam *A. A**. n) integrum *C.* o) natura *A. β. C.* p) si *A. A**. q) ergo *β.* r) ita *A**. s) sol. et sing. *A. A**. t) vel *A**. u) philosophiam *A. A**.

1) *[Cf. quae Prantl, 'Geschichte der Logik im Abendlande' II, ed.* 2, *p.* 222, *n.* 474. *ex Gilb. Porr. collegit].* 2) *[Cf. Gilb. Porr. l. c. p.* 1138. 1238*].* 3) *[Cf. Gilb. Porr. l. c. p.* 1236; *Prantl l. c. p.* 223, *n.* 479*].* 4) *[Cf. Hashagen, 'Otto von Freising' p.* 11, *n.* 7*].* 5) *In [praecedentibus et] sequentibus auctor Boethii de Trinitate librum, [rec. R. Peiper, Leipzig* 1871, *p.* 151 *sqq.], adhibuit.*

sionibus nec motui subiciatur, ex hoc aut ex illo constans, sed quidquid est, unum est, et ideo vere est, et fortissimum, nullo nitens, multo melius forma dicitur. Omne namque esse ex forma est. Non est ergo hoc et hoc, sed hoc tantum: pulcherrimum et fortissimum. Si enim conforme haberet, pulcherrimum dici non[a] posset. Si subiecto nitens comitantia accidentium[b] egeret, fortissimum non esset. Quare pulcherrimum et fortissimum est, nullo nitens, et ut[c] optime a predicto phylosopho dictum est[1], nec diffinitioni nec divisioni, multo minus demonstrationi vel resolutioni apta est. Vere. Cum enim superveniens genus, quo componatur, non habeat, diffinitionem non admittit. Divisionis sectionem quomodo reciperet, quae omnibus, in quas dividi posset, speciebus caret? Demonstrationi quoque qualiter pateret, quae velut omnium principium et[d] primum primiora, veriora, notiora super se habere non potest? Unde necessario ex simplicitatis, singularitatis, solitaritatis, ut ita dicam, natura resolutionis necessitudinem excludit, ut iure solum aeternum[e], invariabile, incommutabile et sit et naturaliter esse credatur. Caetera namque, si qua sunt, quae variationem non suscipiunt, ut angeli, non ex propria natura, sed ex opificis sui gratia, a cuius invariabilitate ipsi invariabiles denominantur, hoc habere probantur, ut secundum hoc, cum dico: 'Deus est invariabilis, angelus est invariabilis', non alia in secunda quam in prima propositione predicetur invariabilitas, sed eadem. Verbi gratia: Cum dico artificem humanum et opus humanum, non[f] aliam et aliam predico humanitatem, sed hoc, quod de artifice substantive, de opere predico denominative; velut[g] cum dico: 'Socrates ridet, pratum ridet', non aliam de Socrate[h], aliam[i] de prato predico proprietatem, sed eandem, quam de Socrate proprie, de prato inproprie vel transumptive enuntio. Quod considerans Boetius ait: *Tropus nullius est proprietatis.*

[k]Ostenso de divina essentia iuxta iudicium negationis, cum nec composita, conformis, concreta dici

a) non *om. A**. b) eg. acc. *A. A**. c) ut *om. B* 2. 3. d) et *om. β*. e) externum *C* 2. f) non — humanitatem *om. A**. g) ut *β*. h) et *add. A**. i) *pergit B* 1. k) Capitulum Septimum. *A; A* praemittit rubram:* Quomodo omne nativum compositum conforme et concretum dicatur*; littera initialis h. l. etiam β. C* 1.

1) *[Sequentia in libro de Trinitate non leguntur].*

possit, simplicem, singularem, solitariam eam quoquo modo comprehendi, nunc, qualiter[a] omne nativum compositum[b], conforme, concretum intelligatur, dicendum restat. Omne quippe quod natum est ab alio sine dubio originem sumit. Nichil enim a se nasci potest. Quod autem ex alio est principium non est; ergo[c] est hoc et hoc, ergo simplex non est, compositum igitur[d] est. Non enim hic ad effandum de theologica et ineffabili generatione seu nativitate attollimur, sed tantum de ea, quae a phylosophis genitura, a nobis factura seu creatura dici solet, disputationem instituimus. Sed notandum, quod compositio alia formarum, alia est[e] subsistentium; formarum[f] ex formis, subsistentium ex subsistentibus. Nulla enim forma subsistentium nec subsistens formarum compositionem admittit. *Nam tanta diversitate esse et id quod est seiunguntur[g], ut nec *p. 356. quod est[h] esse sui nec esse eius, quod ipso est, compositionem admittat. Et cum sub nullo genere conveniant compositionemque, ut dictum est, alterum[i] alterius non admittat, alterum tamen sine altero esse nequit. Haecque talis diversissimorum, ut ita dixerim, compactio concretio potius oppositorum quam compositio similium vocatur. Compositio igitur[k] alia[l], ut dictum est, formarum, alia est[m] subsistentium. Formarum autem[n] aliae compositae, aliae simplices; simplices, ut albedo[o], compositae, ut humanitas. At simplices in compositione compositae venire possunt; nulla autem simplex per se in naturalibus subiectum informare valet, sed tantum compositam informantem comitatur[p]. Omnem igitur[k] formam ad hoc, ut integre subsistentem informet, compositam esse necesse est et esse hoc et hoc. Subsistentes quoque ex subsistentibus constare nulli dubium est. Omne enim corpus ex corporibus constat. Nec inconveniens arbitrantur phylosophi, sicut quantitatem in inmensas quantitates, sic et corpus in infinita secare corpora. Nullum itaque subsistens simplex, nulla forma, quae sit integrum[q] esse, potest esse non composita. Sed sciendum est, quod subsistens alius[r] suscipit coniunctionem partium, alius[s]

a) quomodo *A. A**. b) compositivum *B*. c) ergo — et hoc *om. A*. d) ergo *A. A**; ig. est *om. β*; est igitur *C*. e) est *om. β*. f) formarum — forma subsistentium *om. β*. g) seiungitur *A. A**. *B* 1, *mox corr.* seiunguntur *B* 1. h) esse eius *(ex corr.)* nec esse *(priore* s *corr. ex* e*)* sui *β*. i) alt. *om. A. A**. k) ergo *β*. l) ut d. est alia *A. A**. m) est *om. A. A**. n) sunt *A*. o) albeldo *C* 1. p) eomittatur *B* 1; conmittatur *C* 1, *quamquam primum* t *alio atram. expunct.* q) in int. *A**. r) alid̄ *alio atram. in loco raso et superscr.* aliud *C* 1; aliud *C* 2. s) alid̄ *alio atram. in loco raso C* 1; aliud *C* 2.

non. Corpus suscipit, spiritus non. Quare et spiritus simplex esse videtur. Ad hoc videndum est simplicitatem quandoque contra compositionem tantum[a], quandoque contra compositionem simul et concretionem dividere. Unde Boetius in octava regula libri ebdomade[1]: *Omni composito aliud est esse, aliud ipsum est.* Non enim in hac regula diversitas inter id[b] quod est et quo est, quae in secunda regula, in qua dicitur[2]: *Diversum est esse et id quod est,* assignata est, notatur, sed potius ea diversitas formarum, qua subiectum alio est et alio aliquid est. Verbi gratia: Ut corpus[c] corporeitate esse, colore aliquid esse dicitur, sic et spiritus creatus, cum alio sit, alio sapiens sit, quamvis copulatione partium carens simplex esse videatur, tamen, quia formam ex formis compositam habet, ex[d] concretione huiusmodi formae et subsistentis plenarie simplex dici non potest. Omne igitur[e] nativum compositum. De conformitate et concretione supra probatum est, quod[f] videlicet ex substantiali similitudine conforme, ex eo quod subiectum informet multitudinemque post se accidentium[g] trahat[h], concretum dicatur. Inter omnia vero nativa nichil magis compositum invenitur quam homo, qui non solum ex esse compositum habet esse vel subsistentem ex subsistentibus, sed et ex oppositis compactus subsistentibus oppositorum subsistentium iuncturam et eorumdem diversarum subsistentiarum compositionem recipit. Quare haut mirandum, si ex tota[i] et tanta compositione compactus[k] facilius resolutioni subiacet. Item cum iuxta Boetii nonam regulam[3]: *Omnis diversitas discors, similitudo appetenda* sit, *et quod appetit aliud*[l], *tale ipsum esse naturaliter ostenditur, quale est illud hoc ipsum, quod appetit*ur, tanto vehementius ad dissolutionem tendimus, quanto dissidentius ex oppositis partibus constamus. Verbi causa[m]: Corpore ex IIII[n] elementis compacto[4], igne sursum, terra deorsum[5], aqua et aere quasi e regione distrahentibus sibique[o] hoc modo partibus dissidentibus, quid inequalius esse poterit? Id ipsum etsi non sensus,

a) t. q. c. comp. *om.* *A**. b) illud *A**. c) corpus *om.* *C*. d) et ex *C*. e) ergo *A**. *β*. f) quia *A*. *A**. g) accnciu *β*; accntiu *C*1; accedentium *B*1. 3 (*sed cf. supra p.* 18, *l.* 13). h) trahet *C*. i) tota et *des.* *A*. *A**. k) compactum *A**. l) tale al. *A*. *A**. m) gratia *A*. *A**1. n) IIII[or] *β*; quatuor *C*1; quattuor *C*2. o) sicque *A*. *A**1; atque *A**2.

1) *Opera l. l. p.* 1182. *[Quomodo substantiae in eo quod sint bonae sint, rec. Peiper p.* 169*]*. 2) *Ibid. p.* 1181. *[Peiper l. c.]*. 3) *Ibid. p.* 1182. *[Peiper l. c. p.* 169 *sq.]*. 4) *[Cf. supra p.* 18, *n.* 4*]*. 5) *[Cf. ex. gr. Boeth. Cons. philos. III,* 11: flammas quidem sursum . . . terras vero deorsum*]*.

ratio tamen in compositione formae percipit. Accedit ad hoc, quod non solum forma, quae[a] substantiale est esse, ex formis est[a*] composita, sed quod ipsae[b] formae componentes, nunc nascentes, nunc occidentes, neque umquam in[c] existendi[d] conditione constanti et rata perseverantes subiectum quiescere non permittunt. Unde, decedentibus[e] aliis, aliae semper sine intervallo succedunt. Quem celerrimum fluxum formarum cum sequatur[f] fluxus morarum, tempus tam acutum emergit, ut eius instans vix vel numquam conspici queat. Bene ergo a tam mutabilitatem[g] naturae quam morae considerantibus dictum est: *Melius est ad summum quam in summo,* quia, cum amplius quo crescat non habeat, decrescere necesse est[1]. Sicut autem a medicis precipitur, ut bonae habitudines, cum in summo fuerint, solvantur, sic non inmerito a probatis animarum medicis suadetur, ut mens, quae rerum prosperitate in summo posita elevari assolet, *Eccli. 11, 27.* malorum intuitu reprimatur. Unde[h] est illud: *In die bonorum ne inmemor sis malorum.* Sed[i] iam ad propositum redeamus[k].

Ott. Chron. VI, 34. VI.[l] Igitur Saxonibus a capite suo dissidentibus, ex 1075. omnibus regni visceribus princeps ad debellandos eos fortem et magnum militem cogens[m] instauransque exercitum predictam provinciam ingreditur[1]. Fuerunt in comitatu eius quatuor magni duces, singuli[n] cum singulis legionibus, Zuerdebaldus[o] dux Boemorum[p], Gwelfo[q] dux Noricorum, Rudolfus[r] dux Suevorum, *Gotefridus[s, 2] dux Lotharingiorum[t], *p. 357. et alii principes, comites nobilesque innumerabiles. Ita iuxta fluvium Unstrût[u] dictum publico bello commisso, cruenta rex potitus victoria rediit[3]. Non multo post tempore duo prefati duces[v] Welfo[w] et Rudolfus, qua occasione dubium, principi rebellantes Saxonibus iunguntur. Gote-1096-1100. fridus[x, 4] autem Lotharingiae dux orientalem expeditionem

a) quae *om. C.* a*) est *om. C.* b) ipsum *A*.* c) in *om. A. B* 1. d) existenti *B.* e) unde de accedent. *B* 3. f) consequatur *A.* g) mutabilitate *A. A*. β. B.* h) Unde — malorum *om. A** 2. i) Sed — redeamus *eras. B*, qui pergit c.* 25. k) *rubram:* Regressus ad materiam *add. A*, et* De Saxonibus *etc. ut in indice add. A** 2. l) Cap̄ 9m *(pro* Capitulum octavum*) A.* m) *corr.* colligens *A** 1, *et ita A** 2. n) sing. *om. A*.* o) *ita A*;* Huerdebaldus *A;* et Uerdebaldus *β;* Zwerdeb. *B;* Iuerdebaldus, *alio atram. corr.* Zuendeb. *C* 1; Zuendeb. *C* 2. p) Bohem. *A* semper.* q) Guelfo *β.* r) Radolf. *plerumque β. B, et ita post;* Rŏdolfus *C* 1, *et ita post.* s) Godefr. *β.* t) Lotharingorum *A. β;* Lothoringorum *A*, et post semper* Lothor. u) *ita C* 1; Unsterrut (Unst'rut) *A;* Unstrut *β. A*. C* 2; Unstrǒt *B.* v) scilicet *add. β.* w) *ita h. l. A. A*. B;* Guelfo *β. C.* x) Gothefr. *h. l. B* 1.

1) *[Cf. supra c. 4, p. 16].* 2) *[III. (Gibbosus) dux Lotharingiae inferioris].* 3) *[Cf. Chron. VI, 34].* 4) *[IV], superius dicti sororis filius.*

aggressus, Hierosolimis ducatum populi Dei tenens, ibidem in pace quievit.

VII.[a] At Romanus pontifex Gregorius, qui iam[b], ut dictum est[1], principes adversus imperatorem concitabat, omnibus, ut alium crearent, latenter et manifeste scribebat. Igitur Rudolfus dux Suevorum ab eis rex 1077. factus diadema a Romana aecclesia accepisse traditur cum huiusmodi scripto:

Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo[c,2].

Huius Rudolfi[d] filiam quidam ex nobilissimis regni optimatibus Berhtolfus[e] nomine de castro Zaringen[f] habuit. Non multo post tempore Rudolfus[g] in publico bello a fidelibus *Ott. Chron. VI,* 35. imperatoris necatur et in aecclesia Merseburch[h] cultu[i] 1080. regio sepelitur. Fertur de imperatore, quod, cum pacatis paulisper his seditionum motibus ad predictam aecclesiam Merseburch[h] venisset ibique prefatum Rudolfum velut regem humatum vidisset, cuidam dicenti, cur eum, qui rex non fuerat, velut regali honore sepultum iacere permitteret, dixerit[k]: 'Utinam omnes inimici mei tam honorifice iacerent'. Occiso Rudolfo gener eius Berhtolfus[l] ducatum Sueviae[m] tamquam a[n] socero sibi[n] concessum usurpat[3].

VIII.[o] Ea tempestate comes quidam Fridericus[p] nomine, ex nobilissimis Sueviae comitibus originem trahens, in castro Stǒphe[q] dicto coloniam posuerat. Hic, cum esset consilio providus, armis strennuus[4], ad curiam imperatoris assumptus per multos dies ibidem militarat[r] strennuissimique ac nobilissimi militis officium implens[5] in omnibus periculis suis viriliter imperatori astiterat[s]. Videns ergo[t] princeps rei publicae tam dubium statum, vocato[u] ad se secreto prefato comite,

a) Capitulum nonum *A; nulla capitis distinctio hic in B* 1; *rubricas deinceps add. B* 3. b) ut iam *A. A**. c) Radulfo *β*. d) Radulfi *β*; Rǒdulf. *C* 1, *et ita post.* e) *ita B* 3 *plerumque;* Pertholdus *A;* Perchtoldus *A*, mox* Bertoldus *et* Berchtoldus, *infra vero etiam* Bertholfus *vel similiter;* Bertolfus *β. C* 1; Bertholfus *B* 1 *(sed infra etiam* Berht.). *C* 2. f) Zaringin *A. A*;* Zaring̃ *β;* Zaringe *B* 1. g) Radulfus *h. l. B* 1. h) Merseburc *C* 1. i) culto *B* 1. 3. k) dixit *β. B* 1. 3. l) Berthold. *A;* Bertolf. *β;* Bertholf. *C* 2. m) Swev. *β*. n) a *et* sibi *om. A. A**. o) Capitulum decimum *A.* p) Fred. *C* 1 *constanter.* q) *ita A. A** 1; Stoyphe *β. C;* Stoiphe *B.* r) *ita recte A. β. C;* militaret *A*. B* 1. 3. s) assistebat *A*, ubi rubrica additur:* De ducatu Suevorum. t) autem *A**. u) vocatum *C* 1.

1) *[Cf. supra c.* 2*].* 2) *[Cf. Sigeberti Chron., SS. VI, p.* 364; *Helmoldi Cron. Slavor. I,* 28, *ed.* 2, *rec. Schmeidler, SS. r. G. p.* 56; *Meyer v. Knonau, 'Jahrb. d. D. R. unter Heinrich IV. u. V.' III, p.* 630 *sq.* 638*].* 3) *[Immo demum a.* 1092, *mortuo Bertholdo duce, filio Rudolfi regis].* 4) *[Eadem fere verba Chron. VI,* 28, *p.* 291. *de Conrado II. imp.].* 5) *[Sallust. Cat. c.* 60, 4: strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. *Cf. Chron. IV,* 12, *p.* 199*].*

sic eum alloquitur: 'Virorum optime, quem inter omnes in pace fidelissimum et in bello fortissimum expertus sum, cerne, qualiter Romanus orbis tenebris involutus, fide vacuus, iuxta quod dicitur[1]:

Ultima caelicolum terras Astrea reliquit,

ad ausus nefarios factaque nefandissima concitatur. Nec parentibus reverentia nec dominis debita subiectio servatur. Sacramenta, quae tam iure poli quam iure fori principi a milite publice exhiberi solent, contempnuntur, factiosaque iuramenta[a], quae contra leges divinas et humanas in angulis fiunt, diabolo instigante pro sacrosanctis habentur. Nullus legibus, nullus divinis sanctionibus honor inpenditur. Cum enim omnis potestas a Deo sit, *qui potestati resistit, Dei*[b] *ordinationi resistit*[2]. Assurge igitur[c] huic tam pessimo morbo atque ad debellandos imperii hostes viriliter accingere. Neque enim priorum meritorum tuorum inmemor existo nec futurorum ingratus ero. Filiam quippe unicam[d, 3], quam habeo, tibi in matrimonio sortiendam tradam ducatumque Sueviae, quem Berhtolfus[e] invasit[f], concedam'. Sic itaque predictus Fridericus dux simul Suevorum et gener regis factus ad propria rediit et, ne multis morer, Berhtolfum[g,*] tandem pacem petere coegit. Quod[**, 4] tamen quidam
1098. sub filio suo Friderico factum tradunt. Conditio autem pacis[h] talis fuit, ut Berhtolfus[i] ducatum[k] exfestucaret, sic tamen, quod Turegum nobilissimum Sueviae oppidum a manu imperatoris ei tenendum remaneret. Hoc oppidum in faucibus montium versus Italiam super lacum, unde Lemannus fluvius fluit, situm imperatorum seu regum olim colonia fuit tantaeque iuxta maiorum nostrorum traditionem auctoritatis, ut Mediolanenses, si quando ab imperatore ad Transalpina vocarentur iudicia, ibi discuti vel iudicari de iure deberent. Unde ex eiusdem tam

*) bello temptatum[5] *add. β.*
**) Quod — tradunt *des. β.*

a) sacramenta *A**2. b) voluntati et ord. Dei *A**. c) ergo *β.* d) quam h. un. *C.* e) Berthold. *A;* Bertolf. *β;* Bertholf. *C.* f) habet *A. A**. g) Bertold. *A;* Bertolf. *β. C*1. h) talis fuit pacis *B.* i) Bertholdus *A;* Berhtoldus *h. l. B*1. 3; Bertold. *β;* Bertolf. *C.* k) duc. *deest B.*

1) *Ovid. Met. I,* 150. 2) *[Rom.* 13, 1: non est enim potestas nisi a Deo; 2: Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit*].* 3) *[Agnetem].* 4) *Haec post addita esse videntur.* 5) *[Cf. Ottonis Chron. VII,* 12, *p.* 324: bello temptatus*].*

in rebus quam honoribus habundantia in ipsius porta scriptum dicitur:

Nobile Turegum multarum[a] *copia rerum*[b].

A predicto etiam Lemanno fluvio[1] — unde Lucanus[2]:

Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno —

tota illa provincia Alemannia vocatur[3]. Quare quidam totam Teutonicam terram Alemanniam[c] dictam putant omnesque Teutonicos Alemannos vocare solent, cum illa tantum provincia, id[d] est Suevia, a Lemanno fluvio vocetur Alemannia, populique eam inhabitantes solummodo iure[e] vocentur Alemanni. Berhtolfus[f] iste, quamvis in hoc negotio imperio simul et iusticiae cesserit, tamen strennuissimus ac fortissimus fuisse tra-
*p. 358. ditur. Unde et adhuc ab *antiquioribus de ipso dicitur, quod, si quando nuncius aliqua tristia ipsi apportans, secundum[g] quod fieri assolet, hesitare voluisset, dixerit: 'Dic, dic! scio enim, quod semper[h] laeta tristia vel tristia precedunt laeta; quare tantumdem mihi est primo audire nubilosa, cum[i] postmodum[k] auditurus sim serena, quam primo auditis serenis post auditurus sim nubilosa'. Magnifica[4] vox et viro forti digna, qui nativorum volubilitatem sine litteris naturali percipiens ingenio nec in diebus bonorum immemor malorum elevatus nec in diebus malorum immemor bonorum[5] fuit fractus. Fridericus[l] autem ducatum Alemanniae exhinc sine contradictione habuit ac strennue diebus non paucis rexit.

VIIII.[m] Suscepit vero ex[n] nobilissima compare sua Agnete duos filios, Fridericum et Conradum, et ipse post multa virtutum suarum insignia[6] in senectute bona[7] diem ultimum claudens in monasterio Laureacensi in proprio fundo constructo[o] humatus est. At supra nominatus Berhtolfus[p], vacuum exhinc nomen ducis gerens, id quasi hereditarium posteris reliquit; omnes enim usque

a) multorum *A. A*. β. B* 1. *C* 1, *alio atram. corr.* multarum *C* 1. b) regum *A**. c) Allem. *A, et ita post.* d) id est *om. A**. e) *ita A. β. B* 2. 3; *deest in reliquis.* f) Berchtold. *A;* Bertolf. *β. C* 1. g) scilicet *A;* vel *A**. h) semper *deest A. A**. i) cum — nubilosa *om. A**. k) postea *A.* l) *hic incip. c.* 9. *A** 1. *B* 3. m) *nulla cap. dist. A. β. B* 1. n) *ita A. A*. β. C;* de *B.* o) constructum *β. B. C* 1. p) Bertold. *A;* Bertolf. *β. C.*

1) *De Limmat fluvio cogitat, Lucanus de lacu Lemanno.* 2) *Phars. I,* 396. 3) *Isid. Etym. IX,* 2, 94. 4) *[*Magnifica — digna *ad Cic. De off. III,* 1: Magnifica vero vox et magno viro ac sapiente digna *conformata].* 5) *[Cf. Eccli.* 11, 27; *supra c.* 5, *p.* 22*].* 6) *[Cf. Chron. III,* 20, *p.* 160, *l.* 29 *sq.].* 7) *Cf. Gen.* 25, 8: mortuus est in senectute bona.

ad[a] presentem diem duces dicti sunt, nullum ducatum habentes soloque nomine[1] sine re participantes — nisi quis ducatum esse dicat comitatum inter Iurum et montem Iovis, quem post mortem Willehelmi[b] comitis filius suus Conradus ab imperatore Lothario suscepit, vel a ducatu Carentano, quem numquam habuerunt[2], ducis eos nomine honorandos contendat[c] —, in aliis tamen rerum et honoris non parva pollentes magnificentia[d].

1105. X.[e] Mortuo Alemannorum[f] duce Friderico, Agnetem[g] ab ipso viduatam frater suus Heinricus[h], imperatoris Heinrici filius, in sua suscepit eamque Leopaldo Orientali marchioni, quod alias a nobis plenius dictum est[3], in uxorem dedit, filiis ipsius Friderico quindecim, Conrado duodecim[i] annos habentibus. Porro Fridericus, qui maior natu erat, patri in ducatum successerat. Circa
1106. idem tempus imperator Heinricus aput Leodium Belgicae urbem diem obiit; sepultisque[4] ibidem intestinis eius, corpus in Galliae civitatem Spiram deportatur ibique in aecclesia beatae Dei genitricis semperque[k] virginis Mariae, quam ipse miro[l] et artificioso, sicut hodie cernitur, construxerat opere, iuxta patrem, avum[m] imperatores cultu regio sepelitur[5]. Eique in regnum successit filius suus Heinricus, in ordine imperatorum quartus, regum vero quintus. Hic armis strennuissimus totum imperium ita in brevi suae subiecit ditioni, ut et omnes in Romano orbe positi subiectionis iugum humiliter portarent et vicini dominationem eius suspectam habentes metu obrigescerent.

XI.[n] Quot[o] ergo et quanta tam Romae quam in Italia fortia gesserit, quia in priori dicta sunt hystoria[6], supersedemus. Hoc tantum ad presens ponere sufficiat, quod, cum in summo statu positus, omnibus Gallicanis
Ott. Chron. VII, 15. trepidantibus, castrum Barrum[p] contra opinionem multorum

a) in *A. A**. b) Willelmi *A. β. C*1; Wilhelmi *A*. C*2. c) quis dicat *A. A**. d) *numerum* 9 *(omisso* 8, *cf. supra p.* 25, *n.* m*) adscribit β.* e) *novus versus coeptus et littera initialis* M *minio picta, sed non cap. novus numerus A.* f) Allemann. *A;* Alamannorum *h. l. B*1; Alemannorum seu Suevorum *B*2. g) Agnetam *A**. h) Henr. *A* saepius.* i) XII *A. β.* k) s. virg. *des. B.* l) m. et *des. A. A**. m) avumque *B*1. n) Capitulum undecimum *A; nulla cap. dist. B*1. o) quod *B*1 *semper fere; om. B*2. p) *sec.* r *alio atram. expunct. C*1; Barum *C*2.

1) *[Cf. Chron. V,* 13. 15. 21, *p.* 245, *l.* 1. 35. 249, *l.* 28*].* 2) *[Cf. Meyer von Knonau, 'Jahrb.' II, p.* 195, *n.* 15*].* 3) *Chron. VII,* 9. 4) *[Similia verba de Conrado II. Chron. VI,* 31*].* 5) *[Cf. Chron. VII,* 16 *fin. de Heinrico V].* 6) *Ibid. VII,* 14.

assultu cepisset ibique comitem Reginaldum[a] comprehensum 1113.
captivum abduxisset, iuxta eiusdem comitis arcem Munzun[b, 1]
dictam castra[c] posuit. Quam in altissimo monte sitam
naturaque locorum munitissimam dum nulla arte vel vi
capere valeret, patibulum erigi precepit, dicens, quod[d],
nisi velociter castrum redderetur[e], comitem ipsum
suspendio perimeret. Oppidani usque in alterum diem
inducias petunt. Illa in nocte comitissa[f] filium genuit.
Itaque oppidani convenientes infantulo recenter genito
sacramento fidelitatis astringuntur. Mane facto, cum
imperator rursum[g] ad deditionem castri oppidanos ex-
posceret, dominoque illorum comite coram ducto, suspen-
dium interminaretur, ipsi responderunt se propter mortem
illius castrum reddere nolle, presertim cum novum do-
minum, quem illa nocte uxor eius sibi[h] peperisset, ha-
berent. Qua de re inflammatus princeps predictum
comitem ad patibulum trahi iussit. Cumque a principi-
bus qui aderant, ne id faceret, rogaretur, ipsoque in
proposito perseverante[i], a quibusdam, ut saltem divina
animadversione a coepto[k] desisteret[l], diceretur, turbato
pre ira oculo, respondisse fertur: *Caelum caeli domino,* Ps. 113, 16.
terram autem dedit filiis hominum. Tandem tamen irratio-
nabili motu defervescente, cunctorum precibus augustus[m]
inclinatus a mortis sententia animum revocavit[n] pre-
dictumque comitem secum captivum ducens ad familiaria
domicilia rediit.

XII.[o] Non multo post[p] ipso in civitate Galliae 1114.
Maguntia[q] nuptias cum multorum principum astipula-
tione magnifice celebrante, imperium, ut alibi a nobis pro-
fusius dictum est[2], scinditur. Quae scissura illo tempore
tam[r] gravis fuit, ut preter Fridericum ducem fratrem-
que suum et Gotefridum[s] palatinum comitem Rheni[t]
*p. 359. vix aliqui ex principibus fuerint, qui prin*cipi suo
non rebellarent. Quot[u] et quanta ergo Fridericus
Suevorum[v] dux nobilissimus vel imperatore presente vel in
Italia morante stilo digna[w] tunc gesserit, quia in multo-

a) Reinaldum *C.* b) Muntzeún *A;* Munzeun *A*.* c) castrum *C.* d) quod *om. A. A*.* e) redderet *β.* f) cometissa *B* 1. g) rursum *deest C.* h) sibi *deest B.* i) persistente *A.* k) anim. accepto *B* 3. l) desistere *B.* — diceretur *om. C* 2. m) incl. aug. *A. A*.* n) inclinavit *A. A*.* o) *nulla cap. dist. B* 1. p) tempore *add. C.* q) Magotina *(sic) β;* Maguntina *B.* r) tanta fuit et t. gr. *A. A*.* s) Godefridum *A. β;* Gotfridum *B* 3. t) Reni *A. A*, semper fere.* u) Quanta et quot *A. A* (sed cf. I,* 11. 21*).* v) Swevorum *A** 1. *B* 1, *saepius.* w) tunc digna *C.*

1) *Mouzon.* 2) *Chron. VII,* 15.

rum adhuc habentur memoria, summatim dicemus. Ipse enim de Alemannia in Galliam transmisso Rheno[a] se recipiens totam provinciam a Basilea usque Maguntiam[b], ubi maxima vis regni esse noscitur, paulatim ad suam inclinavit[c] voluntatem. Nam semper secundum alveum Rheni[a] descendens, nunc castrum[d] in aliquo apto loco edificans vicina quaeque[e] coegit, nunc iterum procedens, relicto priore, aliud munivit; ut de ipso in proverbio diceretur[1]: *Dux Fridericus in cauda equi sui semper trahit*[f] *castrum.* Erat autem predictus dux in bellis fortis, in negotiis ingeniosus, vultu[g] et animo serenus, in sermone urbanus donisque tam largus, ut ob hoc multitudo maxima militum ad eum confflueret seque ad[h] serviendum illi ultro offerret.

XIII. Igitur omnibus circa Rhenum[i], ut supra dictum est, ad nutum suum inclinatis, Maguntino[k] archiepiscopo Alberto, omnium illius temporis *regni[l]* principum versutissimo et locupletissimo, eo quod pre-
1117. dictae factionis caput et auctor fuerat, bellum indixit; vastatisque cunctis in circuitu, tandem[m] ipsam civitatem cum infinita multitudine militum ac plebis[n] obsidione cinxit. Est autem predicta civitas magna et fortis super[o] Rhenum[p] posita et ex[q] ea parte, qua Rhenum attingit, spissa et populosa, ex[r] alio latere rarum habitatorem[s] habens vacua, muro tantum forti, non paucas turres habenti, circumdata. Porrecta*[,2] in inmensum in[t] longitudine, in lato angustior. Necessitas locum signavit. Nam ex ea parte, qua Galliae contigua est, monte mediocriter in altum sublato artatur[3]; ex alio vero latere, qua Germaniam respicit, Rheno. Unde fit, quod circa Rhenum nobilibus templis et edificiis vestita sit et versus montem vineis[u] aliisque usibus exposita. Vulgus, quod cum duce in obsidione fuit, ex illa parte, qua rara est civitas, predandi gratia eam assultu capere voluit.

*) Porrecta — exposita *(l. 32) des. β.*

a) Ren. *β.* b) Moguneiam *β;* Mogontiam *h. l. C* 1. c) declin. *A* (sed cf. infra l.* 16; incl. *etiam Chron. l. c.).* d) castra *A*.* e) quoque *β.* f) castr. tr. *A. A*.* g) vultuque *A*.* h) ad *om. A*;* illi ad serv. *A.* i) Renum *h. l. C* 1. k) Moguntino *β;* Magontino *B* 1. 3. l) regni *deest A. A*.* m) *e corr. C* 1; tand. et ipsam *C* 2. n) rusticorum *add. β.* o) et s. *A*.* p) Renum *β.* q) ex *deest B. C* 1. r) et ex *C.* s) inhabitatorem *A.* t) in *om. C* 2. u) vinetis (ti *alio atram. e corr.*) *C* 1, *et ita C* 2.

1) *[Cf. Agnell. Lib. pontif. eccl. Ravenn. c.* 37, *SS. Lang. p.* 302, *ubi similia]* 2) *[*Porrecta — signavit *ex Hegesipp. De bello Iudaico III, 5].* 3) *[Cf. ibid.].*

Timens autem nobilissimus dux, si irrationabili plebis 1117.
furori talis daretur licentia, sanctorum forte loca direptioni et flammae exponi, ne voluntas illorum[a] effectui[b] manciparetur, summopere laboravit. At episcopus civitatis, fidei ducis non rectam[c] recompensationem reddens, directis de civitate ad ipsum in dolo nunciis treugam postulat, diem, quando et ubi conveniant[d], petit, se ad gratiam imperatoris velle venire promittit, sicque ducem exercitum dimittere, obsidionem solvere ac ita cum paucis ad propria redire persuadet[e]. Episcopus solutam obsidionem, dimissum cernens exercitum, apertis portis, cum magna ducem[e*] insequens milicia ex inproviso[f] invadit[g]. Dux cum suis, quos adhuc[h] de tanto exercitu residuos[i] habebat, tunc primo[k] dolum sentiendo, non, ut assolet arma ex inproviso[f] corripientibus[l] accidere, mente[m] turbatus, sed ex presentia hostium amplius ad virtutem animatus, arma sumit in hostemque[n] ruit; viriliterque pugnantibus Alemannis[o], tandem ex parte Francorum comes Emicho[p. 1], qui caeterorum primipilarius erat, letali sauciatus vulnere[2] occubuit. Qua de re fracti animo Franci terga verterunt presidioque fugae se committunt. Quos fortissimus dux insecutus, occisis plurimis et captis, reliquos usque ad portas[q] civitatis cum episcopo suo triumpho potitus fugavit. Cives, qui parentes et amicos in illa caede amiserant, tanta cordis amaritudine affecti erant, ut pene in proprium episcopum velut huius concussionis auctorem irruerent.

XIIII. Idem etiam dux illustrissimus alia vice, dum 1116.
predictus[r] Albertus[s] episcopus cum Lothario Saxonum duce aliisque principibus in magna et valida militum manu castrum Linburch[t] in territorio Spirensi situm obsidione clausisset et iam[u], oppidanis fame et inedia astrictis[v], castrum[w] pene ad deditionem coegisset[x], militem colligens[y] supervenit predictosque principes obsidionem solvere fecit. Fertur pretaxatos oppidanos, dum

a) eorum *A**. b) manc. eff. *A* (effectu). *A**. c) recomp. rect. *A. A**. d) veniant *A**. e) prosuasit *A; persuasit A**. e*) ducem *om. β*. f) inprovisu *A. A**. g) invasit *C*. h) adh. *deest A. A**. i) resid. *deest B. C*. k) primum *A*. l) arrip. *C*. m) mente *om. β*. n) que *deest C*. o) Allem. *A*. p) Amicho *A. A*. β*. q) portam *B*1. r) prefatus *A. A**. s) Adilbertus *B*. t) Linburg *A. A*;* Lindeburg *β;* Lintburc *C*1. u) iam *deest A*, alio atram. in loco raso C*1. v) afflictis alias astrictis *A*. w) castrum *om. A**. x) coegissent *β. B*. y) cogens *A. A**.

1) *[de Leiningen]*. 2) letali vulnere *Verg. Aen. IX*, 580. *[Cf. infra IV, 55]*.

fame laborarent, quid facto opus esset[1], consilium inisse; dumque alii et alii sic et sic consulerent, Ůlricum[a] quendam de Horningen, natione Alemannum[b], vi mentis corporisque proceritate insignem, dixisse melius fore, ut pingues monachi — nam monachorum cenobium in eodem castro positum erat[c] — ederentur, quam castrum propter ciborum inopiam hostibus traderetur. Quo dicto cognito monachi perculsi cibaria, quae reposita habebant, publicaverunt cunctosque ibidem manentes milites usque ad liberationem castri in his quibus poterant alimentis paverunt. Quid plura? Pretaxatus dux, ut breviter dicam, per omnia patrem induens, tam fidus principi miles, tam utilis avunculo[d] amicus extitit, ut sua virtute honorem regni labe*factatum viriliter contra hostes (*p. 360.) decertando[e] tam diu sustentaret, donec membra a capite suo[f] dissidentia ad gratiam principis veniendo ad cor redirent[2]. Accepit autem Heinrici Noricorum ducis filiam[3] in[g] uxorem, ex qua postmodum Fridericum gloriosissimum, qui inpresentiarum imperator est, et Iuditham[h], quae modo Matheo Lotharingiorum duci copulata noscitur, genuit.

(*Ott. Chron. VII, 16.* 1125. *Maii 17. (Maii 23).*) XV. Imperator Heinricus[i], revocatis in pacem qui ei oppositi erant principibus, libere potitus imperio, aput inferius Traiectum Fresiae urbem in pentecoste[k] curiam celebravit. Ubi morbo correptus, rebus humanis exemptus, sepultisque ibidem interioribus, per ripam[l] Rheni ad superiora deportatus in civitate Spira patribus suis appositus est[m].

XVI.[n] At[o] imperatrix Mahtildis[p], Heinrici[q] regis Anglorum filia, regalia in potestate[r] sua habebat. Quam predictus Albertus Maguntinae[s] aecclesiae archiepiscopus ad se vocavit falsisque promissionibus ad sibi tradenda regalia induxit.

(16). XVII.[t] Igitur Albertus — nam id iuris, dum regnum vacat, Maguntini archiepiscopi ab antiquioribus esse tra-

a) Delricum *A. A*; Ulr. β. C;* Ǒdalricum *B.* b) Allem. *A.* c) fuerat *A**. d) amico alias avunculo *A.* e) tamdiu decertando *C.* f) suo *om. C* 1 *(versu exeunte).* 2. g) f. iuniorem ex *A**. h) Iuditam *β. C* 1. i) Hainr. *β.* k) pentecosten *A. B* 1. 3. l) Rh. ripam *B.* m) *numerus* 15 *adscriptus β.* n) *nulla cap. dist. A. A** 1. *B* 1. *C.* o) *littera initialis* A *minio picta β;* Ac *C* 2, *alio atram. corr.* At *C* 1. p) Mathildis *A. β. C.* q) Hainricus *(sic) β.* r) sua pot. *A. A**. s) Maguncie *A;* Mogont. *β;* Magontiae *mox corr.* Magontinae *B* 1. t) Capitulum XVI. *A.*

1) *[Ad hoc dictum cf. Lamperti Hersfeld. opera, SS. r. G. p.* 461, *ubi addas Oros. adv. pag. IV,* 6, 25. *VI,* 15, 3; *infra c.* 19. 33, *p.* 32*].* 2) *[Cf. Is.* 46, 8: redite . . . ad cor*].* 3) *[Iuditham].*

ditur — principes regni in ipsa civitate Maguntina[a] 1125. tempore autumpnali convocat, malorumque a duce Friderico sibi illatorum haut inmemor, cum predictus dux ad regnum *a[b] multis* exposceretur, ipse Lotharium ducem Saxonum[c], virum tamen ex probitatis industria omni honore dignum, plus familiaris rei, quantum in ipso erat, quam communi[d] commodo consulens, in regem a cunctis qui aderant principibus eligi persuasit. Quae res laudabiliter facta gravissimae tamen scissurae seminarium denuo fuit. Nam predictus princeps consilio eiusdem Alberti[e] Maguntini[f] episcopi, iuxta quod dicitur[1]:

Non missura cutem nisi plena cruoris hirudo[g],

nondum odio in heredes imperatoris Heinrici saciati, Fridericum ducem fratremque suum Conradum persequitur. Cuius rei gratia castrum Noricum, ubi ipsi pre- 1127. sidia posuerant et[h] tamquam iure hereditario possidebant, adiuncto sibi Boemorum duce Ulrico[i, 2] et Baioariorum[k] Heinrico[3] obsidione clausit. Dux autem Boemorum, eo quod barbari, qui cum ipso venerant, nec Deum timentes nec hominem reverentes[l, 4], omnia vicina depopulando nec etiam aecclesiis parcerent, a principe post aliquod tempus redire permissus est[m].

XVIII.[n] Itaque Fridericus dux fraterque suus Con- (17). radus militem colligunt ac data oppidanis die ac signo ipsi quadam die cum milicia sua castro appropinquant. Quod videntes oppidani, laeticiam cordis dissimulare non valentes, in voces magnas et cantus prorumpunt. Princeps, tutius iudicans alio in tempore prefatum castrum obsidione cingere quam infidae fortunae fidei se incaute committere, obsidionem solvit ac per Babenberch[o] transiens in civitatem Herbipolim se contulit. Oppidani cum ingenti clamore descendentes castra iam vacua irruunt et, si qua ibi remanserant, diripiunt dominosque suos

a) Maguntia *B* 1. 3. b) a multis *des. A. A**. c) Sax. — industria *om. A** 2. d) communi *om. B.* e) Adelberti *B* 1. 3. f) Magontini ₑ*B* 1. g) ᵥ*ita A. β. C;* hyrundo *B.* h) *ita codd.; supplendum videtur* quod. i) Ulrico *A;* Odelrico *B* 1. k) Baciwarorum *(sic) A.* l) dum *add. β.* m) *numerus* 17 *adscr. β.* n) Capitulum XVII. *A; littera initialis* I *minio picta β; nulla cap. dist. B* 1. 3. o) Babēberch *A;* Bamberch *A*;* Bavenberc *β. C* 1.

1) *Horat. Ars poet. v.* 476. 2) *[Sobeslavo].* 3) *[sc. Superbo, quamquam auctor, ut Giesebrecht sensit, eius patrem, postea Nigrum appellatum, intellexisse videtur; cf. c.* 19 *in.].* 4) *[Luc.* 18, 4: Deum non timeo nec hominem revereor; *cf. ibid. v.* 2*].*

cum magna laeticia suscipientes in castrum ducunt. Duces oppidum ipsum victualibus aliisque necessariis muniunt; sicque regem insequentes, illo[a] in civitate manente, tyrocinium, quod vulgo nunc turneimentum[b] dicitur[1], cum militibus[c] eius extra[d] exercendo usque ad[e] muros ipsos progrediuntur. Post haec[f] Rhenum transeunt in Spirensique civitate, cuius populus eos ob fidelitatem imperatorum, qui ibidem humati sunt, tamquam eiusdem sanguinis consortes, devote susceperat[g], 1128. presidia collocant. Quam princeps iuncto sibi Alberto Maguntino obsidione circumdat[h] multosque ibi dies consumens prevalere *tunc[i]* non potuit.

(18). XVIIII.[k] Porro Heinricus[l] Noricorum dux, supra nominati Heinrici ducis filius, ob gratiam principis, cuius filiam Gerdrudim[m] noviter in uxorem duxerat, Friderico duci, haut memor affinitatis, quae ex copula sororis suae Iudithae[n] inter ipsos erat, bellum indicit; coadunatoque 1127. ex Baioaria[o] non[p] parvo milite Alemanniam[q] ingressus non longe a Danubio super fluvium Werenza[r, 2] dictum castra[s] posuit. Quo comperto sepe dicti duces etiam[t] ipsi mili*tem colligunt nec longe ab eo castra metantur. *p. 361. At dux Noricorum missis exploratoribus, quod[u] hostium robur sit, inquirit. Quibus redeuntibus et ea quae viderant enarrantibus suos consuluit, quidque[v] facto opus[w] sit[3], perquirit[x]. Illi incautum fore, si hostes expectentur[y], iudicantes fugam consulunt. Tanta ergo *cum[z]* festinatione Norici hostes tamquam sibi iam imminentes declinaverunt, ut pontis angustias suspectas habendo infidis[a] predicti amnis[b] procellis, qui ex multitudine ymbrium plus solito excreverat, incaute se committerent, ipsoque non tam transvadando[c] quam trans-

a) et illo *B*. b) turnoimentum *A*. *β;* turn^{o}mentum *C* 1; tornamentum *A**. c) ei. mil. *β*. d) extra *om*. *A**. e) ad *om*. *B* 1. 3. f) hoc *β*. g) susceperant *A*. *A**. h) circumdāt, *signo compendii eraso A;* circumdant *A**. i) tunc *deest A*. *A**. k) Capitulum XVIII. *A*. l) Hainr. *β*. m) Gerdrudem *A*. *A*;* nov. Gerdr. *A*. n) Iudith *A*; deest β*. o) Bauwar. *A*. p) mil. non parvo *A*. *A**. q) Allem. *A*. r) Wernha *A;* Bern̄ha *A*;* Berenza *B* 2 *(ut semper fere* b *pro* w*)*. s) tabernacula locavit *C*. t) et *β*. u) quid *A**. v) quodque op. *(om.* facto*) A**. w) opus *om*. *β*. — sit *om*. *A*. *A**. x) requirit *C*. y) exspectarent *alio atram. corr.* exspectentur *C* 1. z) cum *deest A*. *A**. a) in inf. *C* 1; in Siridis *C* 2. b) annis *A**. *β*. *C* 1. c) transvadendo *A**. *B* 1, *corr.* transvadanda *B* 1 *(cf. infra I, 33, p.* 52, *n.* f*)*.

1) *[Cf. infra IV,* 11; *Thatcher in 'Mitth. d. Inst. f. Österreich. Geschichtsforschung' XXIII, p.* 640 *sqq.].* 2) *Wernitz.* 3) *[Cf. supra p.* 30, *n.* 1*].*

natando periculose transmisso, ad propria cum rubore remearent *.

XX.[a] Alio ** itidem[b] tempore predictus dux *Heinricus[c]* Alemanniam[d] ingressus ad propria ibi domicilia se contulit. 1129. (19). Erat enim natione Alemannus[d], ex antiqua et[e] nobilissima Gwelforum[f] familia originem trahens ac per hoc multas possessiones ex ea parte, qua Pyreneos[g] montes attingit Alemannia[h], iure hereditario habens, vir *** per omnia laudabilis, tam animi quam generis nobilitate insignis, in hoc solo facto tantum reprehensibilis. Missis itaque legatis ad Fridericum ducem Suevorum eum amice tamquam sororis suae maritum monet, ut ad gratiam principis redeat, durum esse dicens quempiam quantumcumque magnum vel probum principem totius imperii pondus solum sustinere; addit etiam[i] huius negotii se, si monitis eius acquiescere vellet, fidum fore mediatorem. Ubi ergo et qua die simul conveniant oreque ad os de hoc familiarius conferant, monasterium quoddam Zwivelton dictum constituitur. Dux Fridericus nil perperam expectans ad predictum locum cum paucis venit. Ille vero non simpliciter ambulans[1], quo loco nocte cubare vellet, latenter exploravit. Itaque sole ad inferius hemisperium[k] descendente, cum tenebrosis mentibus tenebrarum oportunitas se offerret, cubiculum, in quo dux iacebat, circumdatur, et quod non amicus, sed ut hostis advenerit, re et voce aperitur[l]. Quid faceret? Quo se verteret? Arma corriperet? Sed pene nullum, quo iuvaretur, habuit. Fugeret? Sed nullum cubiculi meatum sciens fugae presidium non invenit. Dolum itaque cognoscens ad divinae tantum gratiae se vertit adiutorium. Qua opitulante

*) *β eodem versu pergit:* Videns[2] predictus Hainricus dux se hoc modo prevalere non posse, ad dolum[m] vertitur, iuxta illud:

Dolus an virtus quis in hoste requirat?[n]

**) Igitur Alemanniam ingressus ad propria *(l. 4) etc. β.*

***) vir — reprehensibilis *(l. 11) des. β.*

a) Capitulum XIX. Incipit *A; nulla cap. dist. B* 1. 3. b) inde *C.* c) Heinr. *deest A. A*.* d) Allem. *A.* e) et *om. β.* f) Guelf. *β. C.* g) Pireneos *A*. B* 2. h) Allemanniam *A.* i) et *β.* k) emisp. *A*.* l) aper. *om. B.* m) solum *β.* n) *num.* 19 *adscriptus β.*

1) *[Cf. Prov.* 10, 9. 28, 18: Qui ambulat simpliciter; 11, 20: qui simpliciter ambulant*].* 2) *[Cf. infra p.* 34, *l.* 19 *sqq.]*.

1129. per abdita quedam cubiculi penetralia tunc sibi primo quasi caelitus ostensa aecclesiam introivit, turrim, quae aecclesiae contigua erat, ascendit. Hostes cubiculum irrumpunt et non invento duce claustra etiam monachorum ingrediuntur cunctasque[a] officinas ipsorum[b] ferro perscrutantur. Phebo ab inferis redeunte superioremque[c] aeris regionem[d] illuminare incipiente vicini quique fideles ducis, tam[e] teterrimo cognito[f] facto, aggregatim[g] in adiutorium eius advolant. Hostibus adhuc secretiora claustri rimantibus ignemque minantibus[h], Fridericus suos de turre adventare prospiciens, iam securus factus, Heinricum ducem exposcit eumque sic affatur: 'Contra fas, bone[i] dux, fecisti, qui me[k] in pace vocatum, pacis non ferens signa, inimicum te potius quam amicum ostendisti; nec te ab hoc facto propriae famae revocavit honestas nec carnis, qua coniungimur, affinitas. Ne autem malum pro malo reddere[1] videar, te tamquam amicum fideliter ammoneo, ne fideles meos[l], quos undique adventare cerno, expectes'. Excusatur tamen[m] a quibusdam hoc factum ducis non* solum ex hoc, quod eo in tempore inimici fuerunt, iuxta illud[2]:

Dolus an virtus quis[n] in hoste requirat?

sed et[o] ex eo, quod pro fidelitate regni et rei publicae quiete[p] principi eum tradere pacemque imperio instaurare volens hoc fecerit.

(20) XXI.[q] Dissensio igitur[r] inter Fridericum ducem Lothariumque imperatorem pene per X[s] annos protracta imperium quiescere non permisit. Qualiter autem ad ultimum pacatum fuerit, et quot et quanta virtutum insignia Lotharius reliquerit, in priore[t] hystoria dictum[3] sufficiat. Verum silentio preterire nolumus, quod predictus princeps adversam nimis circa regni primordia fortunam sensit. Quidam enim Otto[u] Maraviae comes

*) non solum — sed et ex *(l. 23) des. β.*

a) que *om. C.* b) eorum perscr. ferro *A. A*.* c) que *deest A. A*.* d) reg. aeris *A*; aeris *om. A*.* e) iam *C 2.* f) facto cogn. *B 1.* g) aggregati *B 3.* h) comminant. *A*.* i) dux bone *A*.* k) in pace me *B.* l) meos *om. A*.* m) tamen *om. C.* n) quis *om. A. A*.* o) et *deest C.* p) quietem *A. A*. β. B. C 1; dubites fere an auctor verba* principi eum tradere *posterius inseruerit.* q) Capitulum XX. Incipit *A.* r) ergo *β.* s) decem *C.* t) priori *A*. β, item in loco raso A.* u) Otho *β. B 3. C 1.*

1) *[1. Petr. 3, 9:* Non reddentes malum pro malo*].* 2) *Verg. Aen. II,* 390. 3) *Chron. VII,* 17 *sqq.*

*p. 362. ducatum Boemiae[a] *affectans principem adiit eique 1125. magnam pecuniam promittens ad hoc, ut Boemiam secum intraret ibique eum ducem crearet, inclinavit. Quod Ulricus[b], qui eundem ducatum tunc forte habebat, impedire volens nullo principem obsequio a coepto[c] revocare potuit. Igitur rex Saxoniam intrans militem in- 1126. staurat ducensque secum Ottonem[d] claustra silvarum, quae Boemiam et Saxoniam seiungunt, hyemali tempore ingreditur. Dux autem[e] Boemiae Ulricus[b] in ipsis silvarum abditis locis, septis undique silvis, super amniculum quendam[1] castra posuit. Rex cum suis propter nimietatem nivium a recta via exorbitans ac per devia silvarum oberrans ad predictum amnem forte venit, suis viae labore nimio et inedia exhaustis quiescere volentibus; barbari turbatum cernentes amnem hostes in proximo esse presentiunt[f] ex inprovisoque supervenientes Saxones, qui in prima acie erant, iam per nives deambulando fatigatos invadunt[g] ac paucis per fugam elapsis, quibusdam captis, caeteros crudeliter occidunt[g]. Videns (Febr. 18). hoc princeps suisque ex angustia viarum nullum presidium ferre valens, sevissima mentis amaritudine perculsus, rerum tamen, quas ab adolescentia gesserat, ac antiquae virtutis memoria quasi caelesti rore repletus in collem quendam cum paucis, quos adhuc[h] residuos habebat, se recepit. Quem prefatus dux, suis in circuitu [ipsius[i]] positis magnarumque arborum iactu et clausura reditum negantibus, tamquam clausum tenuit. Tandem Heinrico Saxoniae marchione[2], qui de sorore[3] ducis natus cum rege advenerat, mediante ad pedes imperatoris satisfactionem offerens humiliter dux venit hominiumque[k] sibi cum sacramento fidelitatis exhibens ducatum ab eo suscepit, captivos reddidit; sicque princeps, portatis secum eorum qui nobiliores erant funeribus, cum multo merore rediit.

a) Bohem. *A* (semper). β.* b) Udalricus *A*; Ǒlricus *B.* c) obs. accepto *A. B* 1, *radendo corr.* a cepto *A.* d) Othonem *β. B* 3. *C* 1; Otthonem *B* 1. e) autem *om. C.* f) cernunt *A. A**. g) invadit . . . occidit *A**. h) adh. *om. A**. i) ips. *deest β. B. C.* k) hominumque *A** 1 *(corr.). C* 1; homque *β.*

1) *[Tellnitz fluvium, qui Culmam vicum praeterfluit, intellegendum esse probavit D. Schäfer in dissertatione de Lotharii expeditione Bohemica, in libro 'Historische Aufsätze' Karolo Zeumer ab amicis dedicato p.* 79*].* 2) *[Marchiam nonnisi a.* 1131. *accepit].* 3) *[Uditha].*

(21). 1126. XXII.[a] Inter caeteros nobilissimus marchio Saxoniae Albertus captus fuerat. Tanta vero strages Saxonum et precipue nobilium et illustrium virorum ibi facta fuit, ut perpetui odii inter Saxones et Boemos fomes tunc accensus nondum extinctus sit. Otto[b] quoque, qui huius concussionis auctor fuerat, ambitionis suae penas luens ibidem necatus est. Sed, ut dicitur[1]:

Flebile principium melior fortuna sequetur,

sic et hunc principem melior fortuna secuta ad tantum
Ott. Chron. VII, 20. apicem provexit, ut, sedatis omnium tempestatum motibus, cum triumpho et victoria de Italia rediens in ipsis montibus vivendi finem fecerit[c]. Verum Fridericus dux, mortua uxore sua Iuditha[d] dissensionis tempore[2], Friderici comitis de Sarburch[e], fratris Alberti episcopi[3], filiam Agnetem[f] in uxorem duxit; ab eaque Conradum, qui palatinus comes Rheni[g] nunc esse noscitur, et Clariciam[h] Lodewici[h*] Turingiae[i] comitis uxorem accepit[k].

(22). *Ott. Chron. VII, 20. 22.* XXIII.[l] Defuncto imperatore Lothario ac in monasterio
1137. Lutre[4], quod in eius proprio fundo situm est, humato,
1138. principes regni aput Galliae oppidum Confluentiam, ubi Mosella[m] Rhenum influit, conveniunt et de eligendo principe[n] consilium ineunt. Igitur Conradus[o] Friderici ducis frater
(Mart. 7, 13). ab omnibus qui aderant exposcitur, ad regnumque levatus in palatio Aquis coronatur. Quod eo facilius fieri potuit, quod imperatoris Heinrici odium in mentibus plurium[p]
1137. iam deferbuerat Albertusque Maguntinus[q] archiepiscopus
(Iun. 23). iam *recenter[r]* vivendi finem fecerat. Accessit etiam ad huius negotii promotionem, quod Heinricus Noricorum dux pro nota superbiae pene omnium, qui in expeditione Italica cum Lothario imperatore fuerant, odium contraxerat.

ib. c. 22. Itaque[s] Fridericus dux Maguntiam[q], quae tunc pastore
1138. *(Apr.).* suo orbata vacabat, venit omnesque tam clericos quam laicos ad hoc, ut[t] Albertum iuniorem[5], uxoris suae, quam secundo acceperat, fratrem, eligerent, induxit, principe

a) Capitulum XXI. Incipit *A; nulla cap. dist. B* 1. 3. b) Otho *β. C* 1; Ottho *B* 1. c) fec. fin. *C;* uicerit *B* 2. 3. d) Iudita *C* 1; N. *β.* e) Sarbr̃ *A. A**; Sarbr *β;* Sarb'r *C* 1; Sarbur *C* 2. f) Agnetam *A**. g) nunc R. *C, alio atram. transpos.* R. n. *C* 1. h) Claritiam *β. C.* h*) Lodebici *B* 2; Lodov. *C* 2. i) Turinge *B* 2. 3. k) generavit *(ex archetypo, ut vid.) add. A. A*. β. B.* l) Capitulum XXIII. *(sic!) A.* m) Mosellā *B* 1. n) principem *A**. o) Chunr. *A (plerumque* Cunr.*)*. p) plurimum *C.* q) Magont. *B* 1. r) rec. *deest A. A**. s) *novum cap. inc. A**. t) ut *om. A. A**.

1) *Ovid. Met. VII,* 518. *[Cf. supra prooem. p.* 12; *infra IV,* 22*].* 2) *[Cf. supra c.* 21, *p.* 34, *l.* 26 *sqq.].* 3) *[I. archiepiscopi Moguntini].* 4) *Königslutter.* 5) *[II.* (1138 — 1141)*].*

ad hoc corroborandum adscito[1]. Qui patruum suum seniorem Albertum non exuens non bene gratus beneficiorum extitit nec plene fidum principi suo se[a] exhibuit. *p. 363. Qualiter vero Heinricus[b] dux *Noricorum predictae sublimationi principis contradixerit et quem finem ipse sortitus fuerit, 1139. (Oct. 20). quomodo etiam princeps tam de ipso quam de multis aliis triumphaverit, in priori hystoria[c] dictum[2] sufficiat.

XXIIII. (23). Circa idem tempus Iohannis regiae urbis imperatoris apocrisiarii, viri clarissimi, Romanorum principem adeunt, tam confederationis vinculum ob Rogerii Siculi insolentiam inter duo imperia, Hesperiae videlicet et Orientis, renovare cupientes quam in huius rei argumentum[d] aliquam regalis sanguinis puellam filio suo Manuel[e] in uxorem dandam postulantes. Princeps comparis suae sororem[3] potius illo destinavit, in huiusque rei confirmationem venerabilem Herbipolensem[f] episcopum Embriconem, virum prudentem et litteratum, in Greciam misit, Iohanne iam mortuo sedenteque in urbe 1143. (Apr. 8). filio suo predicto Manuel. Qui omnia sapienter et sollerter ordinans nuptias proxima post epiphaniam ebdomada 1146. Ian. 7–12. in urbe regia celebrari cum fastu et decore regio persuasit; et ipse non paucis ibi diebus ad promotionem huius et aliorum regni negotiorum manens, dum remigando ad patriam redire cogitaret, multis[g] Grecorum xeniis honoratus et oneratus, aput Aquilegiam[h] vita decessit. (Nov. 10). Super his autem negotiis inter utrumque principem huiusmodi directae inveniuntur epistolae. Quae ne omnes ponerentur, compendium in[i] causa fuit:

XXV.[k] 1142. *Conradus Dei gratia Romanorum imperator augustus*[l] *Iohanni eadem gratia Constantinopolitano imperatori salutem et fraternam dilectionem. Amicitiam, honorem*[m] *et gloriam, ut parentes nostri, videlicet*[n] *Romanorum imperatores, antecessores nostri, ad antecessores vestros, scilicet*[o] *regnum*[p] *et populum Grecorum, constituerunt, constituo et, sicut servaverunt, conservabo*[q]. *Non est gens*[r], *regnum aut*

a) se *om. β.* b) Hainr. *β.* c) hist. *β.* d) argumento *A**. e) Emanuel *A; deest β. C.* f) Erbip. *B* 3. g) multisque *A**. h) Aquileigiam *B* 1. i) in *om. A.* k) *nulla cap. dist. C* 1; *sequentem epistolam habet B**. l) aug. *deest A. A**. m) gl. et hon. *A**. n) videlicet — nostri *om. A.* o) sc. et *B.* p) regum *A;* regni et populi *A**. q) servabo *A. A**. r) regn. gens *A. A**.

1) *[Cf. Chron. VII, 22].* 2) *Chron. VII,* 23. 3) *Bertham; cf. Chron. VII,* 28.

1142. *populus, qui non noverit nostrae Romanae rei publicae vestram novam*[a] *Romam et dici et fore filiam, ex huius radice ramos et fructus eius processisse; propter quod hereditatem, quae a matre debetur filiae, constituimus aeternamque volumus, et eo amplius, quod, quae matri debetur, filiam velle cernimus, scilicet ut auctoritas materna precinat consilio, auxilio respondeat autem gloria et honore filiastina dilectio. Sint ergo res utriusque communes, utriusque amicus idem, idem*[b] *inimicus, sive in terra sive in mari, et cognoscat ac timeat matris virtutem et valentiam, qui non honoraverit filiam*[c], *sive Normannus*[d] *sive Siculus sive quis alter quicumque ubicumque. Neque enim obliti sumus vel ego vel principes imperii*[e] *nostri quoscumque hostium nostrorum incursus vel invasiones in imperium et magnificentiam Romanam. Sed cum divina clementia subveniet, retribuemus unicuique ipsorum secundum multitudinem*[f] *ipsorum*[g] *maliciae. Videbit ergo et audiet universa regnorum*[h] *latitudo, quam facili manu prosternentur*[i] *latrones, qui insurrexerunt in utriusque imperii nostri monarchiam, quia cooperante*[k] *Deo, si alas*[l] *excutiemus, hostem modo volitantem capiemus et cordis eius eviscerabimus audaciam, quae modo extollitur contra utriusque imperii nostri honorem et gloriam. Conservamus*[m] *igitur*[n] *quae iusta et amicabilia sunt ad vos, eadem vos ad nos, et tanto studiosius, quanto per coniugium sororis dilectissimae coniugis nostrae, imperatricis videlicet nobilissimae, et filii tui confederati sumus propinquius. Verum quia de nostris hylarescere*[o] *successibus dilectionis et nobilitatis tuae credimus experientiam, quid post discessum prudentissimorum apocrisiariorum tuorum in generali et sollempni curia cum universis imperii nostri principibus celebrata, cui eos interesse voluimus, Deo auxiliante actum sit, tibi sicut unico fratri nostro et*[p] *amico dilectissimo dignum duximus intimare. Noveris igitur*[q], *quod omnes, qui imperium nostrum offendisse videbantur, cooperante Deo potenter nostro*[r] *imperiali iure inclinavimus eosque in plenitudinem gratiae nostrae suscipientes universas imperii nostri partes habundanti pace ditavimus. Ad haec*[s] *Francia, Hyspania*[t], *Anglia, Dania*[u]

a) R. n. *A. A**. b) quod *A**. c) filiam — Normannus *om. β*. d) Northm. *B* 1; Norhtm. *B* 3. e) nostri imp. *C*. f) magnitudinem *A*. g) eorum *A*; et (alio atram. delet.)* ipsorum (impiorum *alio atram. delet.) C* 1. h) crecorum *alio atram. corr.* Grecorum *A;* Grecorum *A**. i) prosternerentur *B* 1. k) operante *B* 1. 3. l) alias *A. A*. B* 1. 3. m) *ita codd.* (Conservemus?). n) ergo *β;* ig. ad vos q. iusta et amic. sunt *A. A**. o) exhylarescere *A**. p) ac *A**. q) ergo *β*. r) in n. *β. C*. s) hec *A. B* 1. 3. *C* 1 (h̄); hoc *reliqui*. t) Hisp. *β;* et H. (Ispania *C* 1) *C*. u) Dacia *A? A**.

1142.

caeteraque regna imperio nostro adiacentia cottidiana legatione sua cum *p. 364. **debita reverentia et obsequio nos frequentant, ad ea quae imperii nostri mandata sunt se prompta esse tam obsidibus quam sacramentis affirmantes*[a]. *Nolumus etiam latere discretionis tuae prudentiam, quod domnus papa totaque Apulia, Italia et Longobardia de die in diem adventum nostrum desiderant et, ut nostra eis imperiali subveniamus potentia, cum omni devotione expostulant*[b]. *Huius rei gratia dilectissimum*[c] *et precordialem imperii nostri principem Embriconem*[d] *venerabilem Herbipolensem*[e] *episcopum, amicum tuum, ad exquirendam domni papae voluntatem Romam direximus. Cognita vero ipsius circa nos voluntate, communicato principum nostrorum consilio, ea quae ad utriusque imperii nostri honorem spectant per karissimos et prudentes nuncios nostros, Robertum*[f] *scilicet principem Capuanum, illustrem utique*[g] *virum ac nobilem nobisque fidelem, necnon Albertum*[h], *dilectum capellanum nostrum et in fide constantem, tuae significamus nobilitati. Hos igitur*[i] *tamquam nos audias et*[k] *quae tibi dixerint, sicut decet excellentiam tuam et sicut de te speramus et credimus, ad effectum perducas, et honestos ac*[l] *ydoneos*[m] *apocrisiarios tuos una cum nunciis nostris sine dilatione ad nos remittas. Preterea de Reutenis*[n], *qui ad contemptum imperii nostri, occisis hominibus nostris, pecuniam nostram sibi usurpaverunt, sicut convenit in causa amici et propinqui tui, et sicut nobis scripsisti, ita facias. Militibus quoque imperii nostri, Alemannis*[o] *scilicet*[p], *qui aput te sunt, sicut*[q] *decet magnificentiam*[r] *tuam, benignus existas. Nichilominus etiam te rogamus, ut hominibus imperii nostri, Teutonicis*[s] *videlicet, qui Constantinopoli*[t] *morantur, locum, in quem ad honorem Dei aecclesiam edificent, concedas, tum*[u] *respectu divinae remunerationis, tum etiam interventu ac peticione nostrae dilectionis. Recordari quoque debet tua discretio, quod nos in litteris prioribus, per prefatum capellanum nostrum tuae nobilitati presentatis, hoc idem a te pro Dei amore et honore petivimus, quia, si ipse qui dat salutem regibus*[1] *fuerit in medio nostri, certum est, quod non gaudebunt inimici nostri.*

a) obfirm. *A. A**. b) ex *supra lin. supplet. a scriba A*; postulant *B*. c) dilectum *B*. d) Enbr. *A*. e) Erbip. *B* 1. *B**. f) Rubertum *A. A**; Růbertum *B**. g) *alio atram. in marg. C* 1. h) A. *B* 1. 3; Aribertum *A. A**; Arnoldum *β. B**. i) ergo *β*. k) et *om. β*. l) *ita A. β. B. B**; et *A*. C*. m) idon. *A. β. B*. C*. n) Rut. *C* 2. o) Alam. *β. B* 1. *B**. p) *ita A. β. B. C*; scil. *deest A. A**. q) sicut *om. A**. r) excellentiam *C*. s) Teutun. *A**. t) Constantinopolim *B* 1. 3. u) cum *β*.

1) [*Ps.* 143, 10: Qui das salutem regibus].

1142. Febr. 12. *Datum*[a] *XVIII. Kalendas*[b] *Marcii*[1] *Ratisponae, in Christo feliciter. Amen*[c].

(24). *Iohannes in Christo Deo*[d] *fidelis rex porphirogenitus, sublimis, fortis, augustus, Cominos et imperator Romanorum, ad nobilissimum fratrem et amicum imperii mei. Nobilissime*[e] *et dilecte amice imperii mei, rex. Littera tuae nobilitatis, fraterni affectus signum, ad nostram delata mansuetudinem per prudentissimum apocrisiarium nobilitatis tuae multa nos laeticia replevit. Nam bona tuae*[f] *nobilitatis voluntas et cognationis amicabilis*[g] *affectio*[h] *et dilectio, quam demonstrasti et*[i] *per litteras et per verba et per opera ipsa erga nostrum*[k] *imperium, nostram*[l] *consequenter pietatem totam toto animo ad tuum amorem pertraxit. Quare etiam diversos fidelissimorum et familiarissimorum hominum suorum ad tuam nobilitatem emisit, recommunicare per eos volens nobilitati tuae totis de causis, propter quas et mandasti et scripsisti ei. Vult enim cum*[m] *Deo in omnibus amice sapere et cognationabiliter et fraterne ad tuam nobilitatem*[n] *et omnia agere secundum quod videtur ei, quae ad honorem sunt nobilitatis tuae. Quia vero prudentissimus dux Venetiae Petrus Polanus mediator a nobilitate tua in his causis assumptus est, sicut vir bonus et fidelis ambabus partibus, et hoc nobis placere dignum visum est. De causa Apuliae et Longobardiae prudentissimis apocrisiariis nostris quae nobis*[o] *visa sunt iussimus. Nam etsi quidam horum ad susceptionem magis nobilissimae cum Deo futurae nurus imperii mei missi sunt, tamen etiam communiter eis notum est*[p] *imperii mei velle. De causa, quae facta est*[q] *in Rossia, sicut imperio meo scripsisti, sicut convenit imperio meo facere in*[r] *causa amici et propinqui sui, sic et feci*[2]. *Sed de caballariis nobilitatis tuae, quod scripta tua nominatim comprehendebant, et magis de eo qui*[s] *defecit in viventibus ex eis, sic fecit imperium meum*[t], *ut scripsisti. Vale, nobilissime amice*[u] *imperii mei, rex*[v].

a) Dabt. *C* 1; Dat. — Amen *des. A. A*. B* (ubi etiam sequens exstat epistola).* b) Kal. Marc. *om. β;* Marcii *om. C.* c) Aliud exemplar *seq. A;* aa *add. β.* d) Deo *deest B;* rex deo fidelis (with superscript letters n and a over rex and fidelis), *litteris alio atram. superscriptis transpos. A.* e) Nob. *om. A*.* f) nob. tue *A.* g) et amic. *β. B. C.* h) aff. et *om. β.* i) et *deest A. A*.* k) nostrum imperium nostrum *A;* imp. nostr. *C.* l) cons. nostr. *A. A*.* m) in *C.* n) voluntatem *C.* o) a nobis *C.* p) est *om. C* 2. q) sunt *eadem, ut videtur, manu superscr. B* 1, *et ita B* 2. 3. r) in causa *om. β.* s) quod fecit in amice viv. *A, cf. n.* u. t) nostrum alias meum *(sed* nostrum *propter foramen non omnino certum) A.* u) am. *h. l. om. A; cf. n.* s. v) Aliud exemplar sequitur *add. A.*

1) *[Dies male indicata, sed Febr.* 12. *intellegunt etiam Giesebrecht, 'DKG.' IV*², *p.* 202. 466; *Bernhardi, 'Konrad III.' I, p.* 269, *n.* 18*].* 2) *[Cf. litteras Conradi supra p.* 39, *l.* 22—26*].*

Conradus[a] *Dei gratia* **vere*[b]* *Romanorum imperator* 1145. *augustus karissimo fratri suo Manuel*[c] *porphirogenito Comiano*[d], *illustri et glorioso regi Grecorum, salutem et fraternam dilectionem. Nobilitatis tuae litteras, ut a*[e] *tanto et tam caro amico nostro serenitati nostrae transmissas,* **gra-*
*p. 365. *tanter excepimus et viso earumdem tenore de incolomitate*[f] *et sublimitate tua admodum gavisi sumus. Sed auditis a Nikoforo*[g], *tuae*[h] *dilectionis prudenti apocrisiario, preter illa quae in litteris continebantur, quibusdam verbis duris et, ut verum fateamur, ab omni retro tempore inauditis et nostrae maiestatis*[i], *ultra quam lingua explere valeat, perturbata est mansuetudo, et est ammirata universa*[k] *imperii nostri latitudo. Unde vel a quo hoc*[l] *tam amarum verbum processerit*[m], *presertim cum inter caetera*[n] *huius mundi regna Grecorum regnum omni sapientia et discretione hactenus floruerit, admodum*[o] *mirati sumus. Si enim idem*[p] *nuncius tuus Nikoforus*[q] *unicum filium nostrum Heinricum in presentia nostra morti dedisset, ad maiorem iram maiestatis nostrae animum*[r] *provocare non poterat. Cumque iam*[s] *per triduum in hoc acervo*[t] *laborasset et rigorem nostri animi nullo ingenio nullaque sapientia ad suam voluntatem inflectere potuisset, vix tandem quarto*[u] *die aliis verbis dulcioribus excellentiam nostram*[v] *exhylaravit nostraeque*[w] *furore indignationis mitigato nobilitatis*[x] *tuae voluntatem nobis aperuit. Et quoniam ita nunc est et esse debet, quod tu, amicorum amicissime, uxorem accipies*[y] *dilectissimam*[z] *filiam nostram, sororem videlicet nobilissimae contectalis*[a] *nostrae, volumus*[b], *ut insit aeternum fedus perennis amicitiae, quam videlicet amicitiam presente*[c] *apocrisiario tuo ore et manuscripto firmari iussimus, ita videlicet, ut et*[d] *amici amicorum tuorum*[e] *et inimici simus*[f] *inimicorum tuorum. Proinde certa sit prudentia tua, quod, si*[g] *tuae nobilitati undecumque aliqua molestia*[h] *vel iniuria fuerit illata, non hanc tibi tantum, sed etiam nobis factam iure dilectionis reputamus, quoniam virtutis tuae nobilitas et maxime generosi sanguinis, quo in pignus perpetuae dilectionis confederati sumus, propinquitas*

a) Chůnr. *B* 3. b) *ita β. B* 2. 3. *B*, mox superscr. B* 1; *deest A. A*. C.* c) E. *β. C.* d) Cumiano *A. A*.* e) a *om. β, superscr. A.* f) incolum. *A. C.* g) Nykif. *A. β;* Nickif. *A*. B*;* Nykyf. *C.* h) dil. tuae *A*.* i) magestatis *B* 1 *semper fere.* k) universia, a *eras. C* 1. l) hoc *om. A.* m) miramur *add. C;* et *add. A. A*.* n) ċ *A;* circulum *A*.* o) adm. mir. sumus *des. C (cf. n.* m*).* p) idem *om. β.* q) Nykyf. *h. l. A; cf. n.* g. r) anim. *om. β.* s) iam *deest A. A*.* t) *ita codd. omnes* (a ceruo *β*) *et ed. pr. (C* 2*);* acerbo *corr. Pith.; cf. Giesebrecht, 'DKG.' IV²*, *p.* 469. u) quarta *A. A*.* v) nostr. *om. A. A*.* w) que *deest A. A*.* x) nob. tuae *alio atram. in margine C* 1. y) accipias, *una littera super sec.* a *scripta erasa A.* z) dilectam *A.* a) contoralis *A** 2, *et ita emendare voluit Cusp.* b) nolumus *B* 1. 3. c) *ita A. A*. B*;* presentem *β;* presentiae *B. C.* d) et *deest A. A*.* e) tuorum *om. A.* f) *alio atram. superscr. C* 1. g) si tuae *om. B.* h) ingenio *A. A*.*

1145. *nos invitat*[a], *ut te tamquam filium karissimum totius ulnis caritatis amplectamur et cuncta quae tibi placita sunt libenti animo faciamus. In qua re iustum arbitramur, ut eandem amicitiam*[b] *nobis et imperio nostro firmari facias, ut, completis omnibus honorifice, utrique imperio debitus honor exinde deferatur et pax et nomen Christi per universum mundum inde*[c] *magnificetur. Porro de quingentis militibus, quos nobilitas tua petiit, hoc tibi respondemus, quod non solum quingentos, sed etiam duo*[d] *vel tria milia, si necesse*[e] *habueris, tibi mittemus et, quod magis*[f] *est*[g], *antequam detrimentum aliquod honoris tui pati [te*[h]*] videremus, elaborata*[i] *totius imperii nostri fortitudine in propria*[k] *persona tibi, sicut precordiali filio et fratri carissimo, deficere et deesse non possemus. Preterea scripsit nobis tua nobilitas, quod magnos et caros nuncios sinceritati tuae mitteremus; in quo voluntati tuae acquievimus, quoniam quos cariores habuimus excellentiae tuae transmisimus, scilicet*[l] *carissimum et*[m] *precordialem nostrum Embriconem*[n] *venerabilem Wirziburgensem*[o] *episcopum, illustrem et magnum imperii [nostri*[o*]*] principem, qui est cor nostrum et anima nostra, necnon*[p] *dilectissimum*[q] *nostrum Robertum*[r], *illustrem et nobilem principem Capuanum. Misimus etiam quasi utrasque manus nostras germanos duos fratres, scilicet fratrem Bernonem, virum sapientem et religiosum, et fratrem ipsius Riwinum*[s, 1], *qui nobis valde carus est et familiaris, et nobilem*[t] *et honorandum principem imperii nostri Rogerium*[u], *illustrem comitem de Ariano*[v], *cuius fidem et constantiam sepius*[w] *experti sumus, et Gualterum*[x] *fidelem nostrum. Istis itaque ea quae in litteris non continentur industriae tuae referenda commisimus, quorum verbis fidem adhibeas et quae tibi dixerint tamquam a nobis dicta credas. De Ruthenis*[y, 2] *vero, pro quibus patri tuo dirae recordationis Iohanni imperatori per fidelissimum capellanum nostrum Adalbertum*[z] *et*[a] *per comitem Alexandrum de Gravina scripsimus, et de loco, in quo nostris Teutonicis ad*

a) invitant *B;* inuctant *β.* b) amic. *deest A. A*.* c) exinde *A. A*.* d) milia *add. B*1. e) est *h. l. perperam insert. A.* f) maius *β. C.* g) est *om. h. l. A; cf. n.* e. h) te *deest β. B. C.* i) *ita omnes codd.;* devorata *conicit Giesebrecht, 'DKG.' l. c., sed dubito, num emendatione opus sit.* k) fort. impropria *C*1. l) scil. *om. A. β.* m) et *erasum C*1, *deest C*2. n) Embrikonem *C*1. o) Wirzb. *(vel secundum formam litterae potius* Wirhb.) *A;* Wircib. *β. B*3; Wirzeb. *C*1. o*) nostri *deest β. B. C.* p) et *alio atram. add. C*1. q) *ita A. C. (β?);* dilectum *A*. B. B*.* r) Rődb. *B*3; Rőb. *B*.* s) Ribin. *A.* t) nobilis *codd.; corr. Giesebrecht l. c., quem cum H. Kohl probandum putamus.* u) Rog *A. β. C*1. v) Arino *β;* Adriano *C.* w) sepe *A. A*.* x) Gwalt. *β. B*1. y) Rőth. *B*.* z) Adilb. *B*1. 3. a) Adalb. comitemque Alex. *A.*

1) *[Fundatores monasterii Ebracensis; cf. SS. XV, 2, p.* 1040 *sqq.].*
2) *[Cf. ad ea quae sequuntur supra p.* 39, *l.* 22 *sqq.].*

honorem Dei aecclesiam[a] *edificare*[b] *volumus, et de nobilibus baronibus Apuliae, Alexandro videlicet Clarimontis, Philippi*[c] *de Surris*[d] *et Heinrico*[e] *comite et Senne Pustellis*[f], *ille noster precordialis Wirziburgensis*[g] *episcopus et caeteri familiares nostri voluntatem nostram tibi referent; quibus tamquam nobis credas. Super his omnibus fidelem apocrisiarium tuum Nikoforum*[h], *licet in principio legationis suae nos conturbaverit, tibi attentius commendamus, et quia constanter perduravit, ut eum remuneres, rogamus. Vale*[i]. 1145.

De[k] hoc hactenus.

XXVI. Creverat autem[1] Fridericus Friderici strennuissimi ducis filius miliciaeque cingulum iam sumpserat[m], nobilis patris futurus heres nobilior. Igitur bonae indolis virtutem non dissimulans, educatus, ut assolet, ludis militaribus, ad seria tandem tyrocinandi[n] accingitur (25).
*p. 366. *negotia, patre[o] adhuc vivente terramque suam plenarie tenente. Nam et comitem quendam nobilem Heinricum de Wolfradeshusen[p] hostem denuncians Baioariam[q] cum magna militum copia ingreditur. Norici et maxime comites et nobiles, velut tyrocinium[r, 1] celebraturi, quod modo nundinas[2] vocare solemus, in[s] predicti comitis castro se recipiunt. Itaque strennuissimus superveniens adolescens Noricos ante murum stantes ipsumque armatos expectantes non ut iocando, sed ut rem seriam agendo viriliter aggressus est, diuque[t] et fortiter utrisque pugnantibus, tandem, ut hostes castro se reciperent, coegit[u]. Versis in fugam Noricis ac ex angustia portarum artatis, comes quidam Conradus de Dachowe, tunc* nobilis comes, postea dux factus Croatiae et Dalmatiae[3]; qui incautius extra remanserat, ab hostibus circumdatus[v] (1146).

*) tunc — Dalmatiae *des. β.*

a) aeccl. *om. β.* b) *ita A. A*. β. B* 1. 3; edificari *B* 2. *C;* fabricare *B*.* c) *ita A. A*. β. B* (Phillipi 2). *C* 1 (Phillippi). 2. d) *sic A;* Surr̄ *A*. β. B. C* 1; Surre *C* 2. e) Heinricum comite *β;* Heinricum comitem *B* 1. f) *ita A** 2; Pustell' *A. A** 1. *C;* Pusteł *B* 1. 2; Pustelli *B* 3. g) Wirzeb. *vel* Wirheb. *A;* Wirzeb. *C* 1; Wircib. *β. B* 1. *h. l.* h) Nicof. *h. l. B* 1; Nycof. *B* 3; Nykyf. *A. C;* Hikiforum *(sic) β.* i) Vale *om. β; in B* sequitur I,* 48. k) De hoc hact. *des. β. C.* l) autem *om. C.* m) cinxerat *A. A*.* n) tir. *A;* tyrocinanda *B* 1. 2; tayrocinanda *β.* o) adh. patre *C.* p) Wolfradeshausn̄ *A;* Wolfradeshawsen *A*;* Wolfradehawsen *β;* Wolfrathusen *B.* q) Bauwar. *A.* r) *ita h. l. A. β. C;* tir. *A*. B.* s) in *om. A.* t) que *deest B* 1. 3. u) coegit *om. A. A*.* v) circumd. *deest C.*

1) *[Cf. de hoc loco, quem viri docti diverse interpretati sunt, Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 641, *n.* 1; *Bernhardi, 'Konrad III.' II, p.* 484, *n.* 42; *Simonsfeld, 'Jahrbücher d. d. R. unter Friedrich I.' t. I, p.* 8, *n.* 28, *alios].* 2) *[i. e. torneamenta; cf. Du Cange-Favre, Glossar. V,* 625; *Bernh. Clar. ep.* 386, *Migne, Patr. Lat. CLXXXII, col.* 581, *n.* 988*].* 3) *[Cf. infra IV,* 17*].*

(1146). capitur; sicque adolescens prefatum ducens comitem ad propria cum victoria revertitur. Cumque a multis sibi suaderetur, ut pecuniam magnam[a] ab eo extorqueret, ipse ex innata sibi nobilitate pravorum declinavit consilia. Nam, sicut fortiter captum, sic eum liberaliter dimissum ad propria redire sine pecuniae[b] exactione[c] permisit.

(26). XXVII. Post haec[d] Conrado duci, supradicti[1] Berhtolfi[e] ducis filio, bellum indicit, captoque[f] supra memorato Alemanniae oppido Turego[g], presidia ibidem posuit. Dehinc[h] iunctis sibi etiam quibusdam de Baioaria[i] nobilibus prefati ducis terram cum magna manu militum introivit atque ad ultima pene[k] Alemanniae procedens ad Zaringen usque, eiusdem ducis castrum, pervenit, nullo sibi obviante vel resistere valente. Non multo post etiam arcem ipsius quandam[2], quae cunctis adhuc cernentibus inexpugnabilis esse videtur, cepit et expugnavit ac contra multorum opinionem[l] fortissimum et ditissimum ducem tam acriter debellavit, ut ad patrem patruumque suum supplicem[m] eum venire ac pacem petere cogeret. Haec et alia tam ardua in ipsa puerili aetate gessit negotia, ut non inmerito cum multorum stupore de ipso
Luc. 1, 66. dici posset illud[n] evangelii[o]: *Quis putas puer iste[p] erit?*

(1147). (27). XXVIII. His diebus Arnaldus[q] quidam religionis habitum habens, sed eum minime, ut ex doctrina eius patuit, servans, ex[r] aecclesiastici honoris invidia urbem Romam ingreditur ac senatoriam dignitatem equestremque ordinem renovare ad instar antiquorum volens[3] totam pene Urbem ac precipue populum adversus pontificem suum concitavit. Unde ad[s] eorumdem temeritatis vel potius fatuitatis corroborationem ab eis ad principem
1149. [suum[t]] destinatum tale scriptum invenitur*:

*) *In marg. cod. Admunt., qui excerpta continet, manu aequali addita sunt:* qui non post multum tempus captus et suspensus est et corpus eius igni traditum.

a) multam *A. A*.* b) pecunia *β.* c) exact. *om. β.* d) hoc *A*.* e) *ita B* 2; Bertolfi *β, h. l. etiam A*. C;* Berth. *B* 1; Berchtoldi *A.* f) que *deest A. A*.* g) Thur. *A*.* h) Deinde *A. A*.* i) Bauwar. *A.* k) proc. Alem. pene *B* 1. l) _oppin. *B* 1. m) suplicem *C* 1. n) ill. evang. *om. A*.* o) ewangelicum *A;* euglu *β.* p) iste *om. A.* q) Arnoldus *A. A*.* r) ex *om. A.* s) et ad *C.* t) suum *deest β. B. C.*

1) *[Cf. supra c.* 7. 8, *p.* 23 *sqq.].* 2) *[Heyck, 'Gesch. der Herzoge von Zähringen' p.* 304 *sq. castrum nuper a Conrado supra Friburgum in monte qui Schlossberg vocatur exstructum intellegendum esse putat, cum quo sentit Simonsfeld l. c. p.* 10, *n.* 33*].* 3) *[Cf. infra II,* 28, *sed res illas hic perperam relatas esse constat].*

XXVIIII.[a] *Excellentissimo*[1] *atque preclaro Urbis*[b] *et* (28). 1149. *orbis totius domino*[c], *Conrado*[d] *Dei gratia Romanorum*[e] *regi semper augusto senatus populusque Romanus*[f] *salutem et Romani imperii felicem et inclitam gubernationem. Regali excellentiae per*[g] *plurima iam scripta nostra facta et negotia diligenter exposuimus, quomodo in vestra fidelitate*[h] *permaneamus ac pro vestra imperiali corona exaltanda et omni modo augenda cottidie decertamus. Ad quae quia regalis industria, ut postulavimus, rescribere dignata non fuit, plane tamquam filii et fideles de domino*[i] *et patre satis miramur. Nos enim quidquid agimus pro vestra fidelitate et honore facimus. Et quidem regnum et imperium*[k] *Romanum*[l], *vestro*[m] *a Deo regimini concessum, exaltare atque amplificare cupientes, in eum statum, quo fuit tempore Constantini et Iustiniani, qui totum orbem vigore senatus et populi Romani suis tenuerunt*[n] *manibus, reducere, senatu pro his omnibus Dei gratia restituto, et eis, qui vestro imperio semper rebelles erant quique tantum honorem*[o] *Romano imperio subripuerant, magna ex parte conculcatis, quatinus ea quae cesari et imperio pertinent*[p] *per omnia et in omnibus obtineatis, vehementer atque unanimiter satagimus atque studemus. Et ob huius rei effectum bonum principium ac*[q] *fundamentum fecimus. Nam pacem et iusticiam omnibus eam volentibus observamus, fortitudines, id est turres et domos potentum*[r] *Urbis, qui vestro imperio una cum Siculo*[2] *et papa resistere parabant, cepimus et quasdam in vestra fidelitate tenemus, quasdam* *p. 367. *vero*[s] *subvertentes solo coequavimus. Sed *pro his omnibus, quae vestrae*[t] *dilectionis fidelitate facimus, papa, Fraiapanes*[u] *et filii Petri Leonis, homines et amici Siculi, excepto Iordano*[v] *nostro in vestra*[w] *fidelitate vexillifero et adiutore*[3], *Tolomeus quoque et alii plures undique nos inpugnant, ne libere, ut decet, imperialem regio capiti valeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor gravis est*[4],

a) *habet B*, praemissa rubra:* Romanus senatus ad imp. Chǒnradum. b) tocius orbis et urbis *A. A*.* c) dom. *om. A.* d) Cunrado *A fere semper;* Cǒnrado *B* 1; Chǒnrado *B*.* e) Rom̃ *A. B*;* Rom̄ *β;* Rom̄. *C* 1; Romano *A** 1. *B* 1. 2, *corr.* Romanorum *A** 1. f) Rom̄ *C* 1. g) per *om. A. A*.* h) felicitate *B* 1. 3. i) patre et dom. *A. A*.* k) nostrum *add. A*, sed deest A. β. B. C. Wib.* l) *ita Wib.;* Rom̃ *A;* Rom̄ *β. B*. C* 1; Rom. *A*. B* 1; Romanorum *C* 2. m) a Deo vestro reg. *A*.* n) tenuere *C* 2. o) imp. Rom. hon. *A. A*.* p) pertinerent *β;* deberentur *C.* q) ad *B* 1. r) potencium *A.* s) vero *alio atram. versu exeunte suppl. C* 1. t) pro v. *Wib.* u) *alio atram. corr.* franiipánes *C* 1; Franiipanes *C* 2. v) Iordane *B* 1. 3. w) nostra *A. A*. β. B* 1. 3; n. f. in v. *C, sed signis ordo restitutus C* 1.

1) *Sequens epistola etiam inter Wibaldinas exstat, ed. Jaffé, Bibl. I, nr.* 214, *p.* 332. 2) *[Rogerio rege].* 3) *[Cf. Chron. VII,* 31*].* 4) *[Haec similia verborum Ciceronis, Or.* 10, 33: sed nihil difficile amanti puto].

1149. *licet inde plurima dampna sustineamus, pro vestro amore*[a] *et honore gratanter patimur. Scimus namque nos a vobis proinde premium sicut a patre accepturos vosque in eos sicut in*[b] *imperii hostes vindictam daturos. Cum tanta igitur*[c] *nostra in vobis fidelitas sit tantaque pro vobis sustineamus, precamur, ne spes ista nobis deficiat, neu regia dignitas nos, vestros fideles et filios, despiciat; neque, si in regalibus auribus aura sinistra de senatu et nobis flaverit, in eam intendat aut respiciat, quia, qui de nobis vestrae altitudini mala suggerunt, de vestra et nostra, quod absit, dissensione laetari volunt et utrosque, ut soliti sunt, callide opprimere moliuntur. Sed circa haec, ne fiant, regalis prudentia, ut decet, sollicita sit et provida, reminiscaturque vestra sollertia, quot et quanta mala papalis curia et dicti quondam cives nostri imperatoribus, qui fuerunt ante vos*[d], *fecerint*[e]; *et nunc deteriora vobis cum Siculo facere temptaverunt; sed nos Christi gratia in vestra fidelitate viriliter eis resistimus ac plures ex illis ab Urbe sicut pessimos hostes imperii, ut sunt, pepulimus. Appropinquet itaque nobis imperialis*[f] *celeriter vigor, quoniam quidquid vultis in Urbe obtinere poteritis et*[g], *ut breviter ac succincte loquamur, potenter in Urbe, quae caput mundi est, ut optamus, habitare, toti Italiae ac regno Teutonico, omni clericorum remoto obstaculo, liberius et melius quam omnes fere antecessores vestri dominari valebitis. Sine mora ergo*[h], *precamur, ut veniatis et interim*[i] *de statu vestro, quem semper desideramus salubrem et prosperum, de*[k] *his regalibus litteris aut nunciis nos laetificare dignemini. Sumus enim per omnia vestrae voluntati semper*[l] *obtemperare parati. Sciatis preterea, quia*[m] *pontem Mulvium*[n] *extra Urbem parum longe, per tempora multa pro imperatorum contrario destructum, nos, ut exercitus vester per eum transire queat, ne*[o] *Petri Leonis per castellum Sancti Angeli vobis nocere possint, ut statuerant cum papa et Siculo, magno conamine restauramus, et in parvi temporis spacio muro fortissimo et silicibus iuvante Deo complebitur. Concordiam autem inter Siculum et papam huiusmodi esse accepimus. Papa concessit Siculo virgam et anulum, dalmaticam et mitram atque sandalia*[p], *et ne*[q]

a) hon. et am. *A*. b) in *om.* *B* 1. c) ergo *β*. d) nos *A*. *A**. *β*. *B* 1. 3. *C* 1, *alio atram. superscr.* vel u (vos) *C* 1. e) fecerunt *A**. *B**. f) nobis celeriter regalis vigor *A*. *A**. g) ut et *B*. h) igitur *B*. i) iterum *B* 1. 3. k) *ita β. C;* reg. litt. aut nunc. nos de his *A* (hiis). *A**; reg. de his litt. aut nunc. *Wilm. Waitz;* et de his omnibus reg. litt. aut nunc. *Wib.* l) obt. semper *Wib.* m) quod *Wib.* n) *ita A. A** 1. 2. *C* 1, *corr.* Milvium *A** 1; Mubium *B* 1 (m *e corr., ut videtur*). 3; Mulnium *B* 2; Milvium *C* 2. *Wib.; om. β.* o) et ne *Wib.;* filii *supplendum esse iam monuit Kohl; cf. supra p.* 45, *l.* 29. p) scandalia *β*. *B* 1. 3. *B**. *C* 1. q) ut nullum *A*.

ullum mittat in terram suam legatum, nisi quem Siculus petierit; et Siculus dedit ei multam pecuniam pro detrimento vestro et Romani[a] *imperii, quod Dei gratia vestrum existit. Haec omnia sollicite vestra*[b] *animadvertat, optime rex, prudentia.* 1149.

Rex valeat, quidquid cupit optineat super hostes,
Imperium teneat, Romae sedeat, regat orbem
Princeps terrarum, ceu fecit Iustinianus.
Cesaris accipiat cesar, quae sunt sua presul, cf. Matth. 22, 21.
Ut Christus iussit, Petro solvente tributum[c]. cf. Matth. 17, 24 sqq.

Nos de caetero, legatos nostros, precamur, ut benigne recipiatis et quod vobis dixerint credatis, quia scribere cuncta nequivimus. Sunt enim nobiles viri, Guido[d] *senator, Iacobus filius Sixti*[e] *procuratoris et Nycolaus*[f], *eorum socius.*

At[g] christianissimus princeps huiusmodi verbis sive neniis prebere aures abnuit[h], quin immo venientes ad se ex parte Romanae aecclesiae viros magnos et claros, quorum unus Guido[d] Pisanus, eiusdem curiae cardinalis et cancellarius, erat, renovationemque antiquorum privilegiorum suorum postulantes honorifice suscepit et honeste dimisit.

XXX.[i] Ea tempestate ubique terrarum bellorum turbine orbem replente fermeque totum imperium seditionum motibus involvente — nam et in Alemannia inter predictum adolescentem Fridericum et prenominatum[1] ducem Conradum hoc dissensionis malum agitabatur; in Baioaria[k] inter Heinricum Leopaldi marchionis filium, eiusdem terrae ducem, et item Heinricum[l] Ratisponensem episcopum gravissimum bellum excitatum in dies augmentabatur; in Belgica[m] Gallia viris magnis et egregiis Alberone Treverorum *archiepiscopo et Heinrico Namucense comite debellantibus omniaque preda et incendio commiscentibus, maximum rei publicae dispendium expectabatur; Polunia[n] quatuor fratribus, tribus[2] cum quarto[3] pro ducatu contendentibus, maximam effusionem sanguinis minabatur, caeteris quoque[o] imperii provinciis huius mali non ex- (29). 1146. Ott. Chron. VII, 34. *p. 368.

a) Rom β. B1. b) vestra *om.* A*. c) triumphum A. A*. d) Gwido A*. B1. e) *ita* A. A*. β. C; Syxti B; S. fil. A. A*. f) Nic. β. C. g) Capitulum XXX. Incipit. A. h) renuit A. i) Capitulum ad idem A. k) Bauwaria A *semper fere, h. l.* B1. l) Hainr. β. m) Bellica B1. 2. n) Polonia A. C2; Polimia *vel* Polunia C1; Polinia? β; Polimia *reliqui.* o) quoque *om.* A. A*.

1) *[Cf. supra c. 27, p. 44].* 2) *[Boleslao, Mescone, Heinrico sive Casimiro].* 3) *[Wladislao II, eorum seniore. Cf. Chron. VII, 34, p. 368. et n. 5].*

1146. torribus [1], — repente per [a] dexteram excelsi tanta [a] facta est mutatio [2], ut, sopitis omnibus his bellorum tempestatibus, in brevi totam terram quiescere et innumerabiles [b] ex Gallia et Germania contra inimicos crucis crucibus acceptis miliciam profiteri cerneres. Sed, antequam huius tam inauditae mutationis hystoriam [c] attingamus, pauca de priori turbulentia premittenda sunt.

(30). XXXI. Igitur eo tempore, quo predictus [d] Heinricus Noricorum dux cum prenominato Heinrico Ratisponensium [e] episcopo civibusque suis ac Stirensi [f] marchione Odoacro [g] gravissimam guerram [h] agitabat, quidam milites de Orientali marchia egressi Pannoniam latenter ingrediuntur ac noctu castrum Bosan*, quod
1108. olim imperator Heinricus [3] obsidione cinxerat, ex inproviso [i] aggressi capiunt, quibusdam comprehensis, nonnullis occisis, aliis per fugam elapsis [4]. Quod audiens Ungariae [k] rex Geiza [l], Beli regis filius, premissis quibusdam comitibus *suis [m]*, qui, quare vel qualiter hoc factum fuerit, inquirerent, ipse eosdem [n] subsecutus ad liberationem castri cum magna Ungarorum properat [o] multitudine. Comites, qui precesserant, ab oppidanis, cuius rei causa tam gravem regi intulerint iniuriam, sollerter percunctantur. Qui responderunt se nec [p] pro Romanorum principe nec pro duce suo hoc fecisse, sed
Ott. Chron. VII, 21. 34. pro domino suo Boricio [q]. Erat autem [r] Boricius Colomanni [s] quondam regis Ungariae filius, predictum regnum Ungariae, ut in prioribus cronicis dictum est [4], iure hereditario repetens ac ob hoc adipiscendum utrosque principes, Romanorum scilicet ac Grecorum, frequenter sollicitans multosque ex militibus nostris ad favorem suum pecunia inducens. Igitur rex Ungariae [t] superveniens castraque ponens oppidum cinxit, diversis instrumentis tormentorumque generibus adhibitis ac sagittariis oppido circum-

*) quod et Bresburc [u] *add. C [cf. etiam indicem, supra p. 7, n. b].*

a) per *et* tanta *om. A**. b) invariabiles *C.* c) hist. *β. C.* d) dictus *A**. e) Ratisponen̄ *A. A*;* Ratispon̄ *β.* f) Styr. *β. C.* g) Odacro *A. A**. h) gweram *A. B* 1. i) inprovisu *A. A**. k) rex Ung. *C.* l) *ita A*. B* 1. 2. *C* 1; Gerha *A;* Gerza *B* 3. *C* 2; Gauzio *β.* m) suis *deest A. A**. n) eos *A. A**. o) mult. prop. *B* 1. p) non *A.* q) Boritio *β. C* 2. r) autem *deest A. A**. — Boritius *β. C.* s) Cholomanni *B* 1. 2. t) Ungarorum *A. A**. u) Bresburg *C* 2.

1) *[Cf. Chron. VII, 34].* 2) *[Ps.* 76, 11: haec mutatio dexterae Excelsi*].* 3) *[V; cf. Chron. VII,* 13, *p.* 325*].* 4) *Cf. Chron. VII,* 21. 34.

fusis. Teutonici[a], eo quod dux in superioribus Baioariae 1146.
partibus moraretur, princeps vero in remotis regni maneret[b] locis, cum nullum liberationis suae solatium haberent, de facienda cum Ungaris pace pertractare incipiunt. Ita, ne multis morer, mutuo colloquentes, accepto a rege sub iureiurando promisso trium milium[c] librarum in pondere, castrum sibi reddunt, ipsique ad propria redeunt. Rex autem Ungarorum dampnum sibi a Teutonicis illatum graviter ferens, ducem Noricum habens suspectum hostem denunciat exercitumque maximum per totam regni sui latitudinem colligit. Sed antequam de egressione huius gentis dicamus, breviter quedam de ipsius terrae situ nationisque ritu prelibanda videntur.

XXXII. Haec enim[d] provincia, eo quod circumquaque silvis et montibus et precipue Apennino[e] clauditur, ex[f] antiquo Pannonia dicta[1], intus planitie campi latissima, decursu fluminum et[g] amnium conspicua[2], nemoribus diversarum ferarum generibus plenis[h] conserta, tam innata amenitate faciei laeta quam agrorum fertilitate locuples esse cognoscitur, ut tamquam paradysus Dei vel Egyptus spectabilis[i] esse videatur. Habet enim pulcherrimum, ut dixi, naturaliter spectaculum, sed ex barbarae gentis ritu[k] menium vel aedium rarum ornatum terminosque non tam montium vel[l] silvarum quam cursu maximorum fluviorum septos. Attingitur ab oriente, ubi Sowa[m] famosus fluvius Danubio recipitur, Bulgaria, ab occidente Maravia et Orientali Teutonicorum marchia, ad austrum Croatia, Dalmatia, Hystria[n] vel Carinthia, ad septentrionem Boemia, Polunia[o], Rutenia[p], inter austrum et orientem Rama[q], inter aquilonem et item[r] orientem Pecenatorum et Falonum[3] maximam venationum copiam habente[s], sed vomere ac rastro pene experte campania. Crebras vero barbarorum irruptiones passa, haut mirum, si moribus aut lingua agrestis manet et

a) Teoton. *A.* b) reman. *A. A*.* c) milium *om. A. A*.* d) autem *A. A*.* e) Appenn. *C.* f) ab *A.* g) et *om. A*.* h) plenis *deest A. A*.* i) expect. *A*.* k) ritu *om. C.* l) quam *A*.* m) Sawa *B* 1. 3; Saua *B* 2. n) Histr. *A*; historia *β.* o) Polimia *codd.* p) Reutenia *β*; Ruthenia *B*; Ruttenia *C* 2. q) Roma *A*. C* 2. r) item *deest A*.* s) habentem *B.*

1) *[Cf. Isidor. Etym. XIV* 4, 16; *infra II,* 13*].* 2) *[Ad* planitie — conspicua *cf. Oros. II,* 6, 8: haec *(Babylon)* campi planitie undique conspicua, natura loci laetissima; *Chron. II,* 11; *infra I,* 47. *II,* 34. *III,* 37*].* 3) *Cf. Chron. VI,* 10. *et ea, quae Müllenhoff ad hunc locum notavit in 'Zeitschr. f. D. Alterth.' X, p.* 165. *W.*

insulsa. Nam primo, quod alibi latius[a] a nobis dictum est[1], Hunorum, qui iuxta Iordanum[b, 2] *ex incubis et meretricibus *p. 369. orti fuerant, direptioni patuit, postmodum Avarorum crudis et immundis carnibus vescentium conculcationi, ad ultimum Ungarorum a Scythia[c] egressorum, qui et adhuc eam incolunt, relicta est possessioni. Sunt autem predicti Ungari facie tetri, profundis oculis, statura humiles, moribus et lingua barbari et feroces, ut iure fortuna culpanda vel potius divina pacientia sit[d] admiranda, quae, ne dicam hominibus, sed talibus hominum monstris[3] tam delectabilem exposuit terram. In hoc tamen Grecorum[e] imitantur sollertiam, quod nullam rem magnam sine crebra *et[f] longa* consultatione adgrediuntur. Denique cum vilissima in vicis vel oppidis ibi, id[g] est ex cannis tantum, rara ex lignis, rarissima ex lapidibus habeantur habitacula, toto estatis vel autumpni tempore papiliones inhabitant; ad curiam regis[h] sui, singulis ex primoribus sellam secum portantibus, conveniunt ac de suae rei publicae statu pertractare et discutere non negligunt, hyemis algore in domiciliis, quae[i] habent, id ipsum facientes. At omnes sic principi suo obsecuntur, ut unusquisque, ne dicam manifestis illum contradictionibus exasperare, sed et occultis susurriis lacerare nefas arbitretur. Hinc est, ut, cum predictum regnum per LXX vel amplius divisum sit comitatus, de omni iusticia ad fiscum regium duae lucri partes cedant, tercia tantum comiti remaneat, nullusque in tam[k] spacioso ambitu, rege excepto, monetam vel theloneum[l] habere audeat. Quod si aliquis ex comitum ordine regem vel in modico offenderit vel etiam de hoc quandoque non iuste[m] infamatus[n] fuerit, quilibet infimae condicionis lixa a curia missus eum, licet satellitibus suis stipatum, solus comprehendit, in vinculis ponit, ad diversa tormentorum genera trahit. Nulla sententia a

a) a nobis lat. *A. A**. b) Sorbarnum *corr.* Sordanum *B* 1, *et ita B* 2. c) Schicia *A*; Scithia *β. C* 1. d) adm. sit *B*. e) imit. Gr. *A*. f) et longa *des. A. A**. g) id est *om. β*. h) regni *A**. i) qui *C*. k) magno *add. β*. l) theolonium *A. β*; theoloneum *A**. m) q. iniuste *A**. n) diffamatus *A*.

1) *Chron. IV*, 16. 2) *[Cf. Iordanis Get. c.* 24, *Auct. ant. V*, 1, *p.* 89*]*. 3) *[Cf. epistolam (Remigii Autissiodorensis?) ad Dadonem episc. Virdunensem, d'Achery, Spicil. XII*, 355: per talia hominum monstra; *Hrotsvith. Gesta Ottonis v.* 384, *Opp. ed. P. de Winterfeld, SS. r. G. p.* 215; *Dümmler, 'Gesch. d. Ostfränk. Reiches' ed.* 2. *III, p.* 449, *n.* 1*]*.

principe, sicut aput nos moris est, per pares suos expo scitur, nulla[a] accusato excusandi licentia[b] datur, sed sola principis voluntas aput omnes pro ratione habetur[1]. Si quando vero exercitum rex ducere voluerit, cuncti sine contradictione quasi in unum corpus adunantur; coloni quidem, qui in vicis morantur, novem decimum, vel etiam septem octavum vel infra, si necesse fuerit, cum subpellectili ad bellum necessaria instruunt, caeteris pro cultura terrae domi relictis. Qui vero de militum ordine sunt, nulla occasione nisi gravissima domi remanere audebunt. At in ipsa regis acie hospites, quorum ibi magna copia est et qui aput eos principes dicuntur, latus principis ad muniendum ambiunt. Omnes pene tetri tetris in armis procedunt, nisi quod iam ab hospitibus, quos nunc solidarios dicimus, educati vel ab eisdem etiam geniti, quandam, non innatam, sed quasi extrinsecus affixam virtutem trahentes, principes tantum et hospites nostros impugnandi peritia armorumque splendore imitantur. Sed de predictae gentis ritu haec dicta sufficiant.

XXXIII. Igitur rex ad portam Mesiam[c, 2] LXX[d] (32). pugnatorum[e] milia vel amplius habens erupit, in campoque 1146. inter portam[f] prefatam et fluvium Lithahe[g, 3], qui Teutonica[h] lingua Virvelt[i], quod nos vacantem campum[k] dicere possumus, castra posuit. Dux etiam cum suis non longe ex altera parte eiusdem fluvii[l], qui imperii Romani et regni illius ex uno Danubii latere — nam ex altero[m] Maraha fluvius[n] — limes est, suos convocans, itidem castra metatur, missis[o] exploratoribus, qui statum hostium diligenter inquirendo ediscerent. Altera die rex (*Sept.* 11). in predicto campo ad quandam ligneam aecclesiam accedit, ibique ab episcopis — nam eo usque in puerilibus annis positus nondum militem induerat — accepta[p] sacerdotali benedictione ad hoc[q] instituta armis accingitur. Post haec[r] acies[s] ordinat, militem instaurat, positis in

a) nulli *A. A**. b) datur lic. *A**. c) Messiam *A. A**. d) septuaginta *C* 1. e) vel ampl. pugn. milia *A. A**. f) pref. portam *B*. g) Lithe *A*; Litthe *A**; Litahe *β*; Lithaihe *B* 1. h) Theut. *h. l.* *B* 1. *C* 1. i) Viervelt *A. A**; Lervelt *proposuit Cusp., quod posteriores edd. perperam addiderunt*. k) campum *om. A. A**. l) parte ad fluvium *A**. m) altera parte *A. A**. n) est fl. *A**. o) missique *A*; missisque *A**. p) acceptaque *A. A**. q) hec *A*. r) hoc *A**. s) ord. acies *A. A**.

1) [*Cf. Iuvenal. Sat.* 6, 223: sit pro ratione voluntas]. 2) *Prope Wieselburg?* 3) *Leitha.*

1146. capite duabus alis, in quibus sagittarii, quatinus vim hostium[a] eminus repellerent, erant, et e regione una magna acie, cui avunculus suus Bela dux[b] preerat, in propria legione, ut aiunt, plus quam XII milia equitum retinens. Dehinc fluvium Litahe[c] ex inproviso[d], exploratoribus ducis non bene, propter quod missi erant, observantibus, transvadando[e] permeat, apposito mox in vicinis igne. Dux itidem acies instituerat et iam, quid facto opus esset[1], consultabat, frustra exploratores, qui aut dolo aut pigricia tardabant, expectans. Cumque alii pugnandum, nonnulli ex alio latere amnis Viscahe[f. 2], super quem residebat a termino ad duo tantum Teutonica miliaria distantem, expectandum atque robur hostium[a] melius explorandum consulerent[g], subito fumus apparens ignis *et*[h] hostium[a] certum signum dedit, quibusdam ex nostris putantibus ac dicentibus ab hostibus in fugam versis propria castra ignibus data esse. Itaque[i] dux — est enim manu fortis, mente audax, *sed *p. 370.
morae impaciens — subito arma corripit et, secus quam disciplina militaris et ordo exposcit, non pedetemptim incedens, sed precipitanter advolans in hostem ruit, suis gregatim adventantibus et dirupto legionum ordine confuse venientibus. Denique ex prepetis cursus nimia velocitate sagittariorum impetum, qui in duabus precedentibus[k] alis positi erant, prevenit ac illas cum duobus[l] comitibus, qui eisdem preerant, ferme[m] funditus delevit. Post haec illas duas magnas acies, regis scilicet et[n] avunculi sui ducis, impegit, ex regis legione nullo egrediente, sed tamquam in modum silvae fixa immobiliter manente. Iam iam Ungari de fuga cogitabant dorsaque vertere volebant, et ecce Teutonici, qui in posterioribus alis ducem suum sequebantur, fugam ineunt, duce ignorante vel ea quae fiebant ex pulveris multitudine, qui illis in partibus siccitatis tempore maximus esse solet, conspicere non valente. Barbari tunc primo vires[o] sumunt ducique tamquam a suis destituto circumfunduntur. Dux tunc demum terga hosti dare compellitur ac tam

a) ostium *C* 1. b) dux *deest A. A*.* c) *ita A. A*. β. C;* Litha *B.* d) inprovisu *A;* improvisu *A*.* e) transvadendo *A*; cf. supra p.* 32, *l.* 41, *n.* c. f) *ita β. C;* Vischahe *A. A**; Vischae *B.* g) consuluer(unt) *C* 1; consuluere *C* 2. h) et *deest A. A*.* i) Igitur itaque *A*.* k) preced. *deest A. A*.* l) cum com. duob. militibus *A*.* m) ferme *om. β.* n) et *om. β.* o) sum. vires *β.*

1) *[Cf. supra p. 30, n. 1].* 2) *Fischa.*

pugnacis dexterae[a] quam pulveris aerem obducentis be- 1146. neficio belli periculis exemptus in vicinum oppidum Hyenis[b, 1], quod olim a Romanis inhabitatum Favianis[2] dicebatur, declinavit. Ungari usque ad[c] predictum fluvium tantum[d] Viscahe[e] hostes persequentes ad propria redeunt. Cecidit in hoc prelio virorum nobilium et illustrium pars magna, vulgi vero multitudo innumerabilis, maior tamen, ut dicitur, ex[f] Ungaris. Cuius rei et tam dedecoris[g] facinoris ultio nondum facta Deo opitulante a victrice presentis imperatoris dextera[h] futura expectatur.

XXXIIII. Circa idem tempus Rogerius Siculus, (33). aptatis in Apulia, Calabria, Sicilia triremibus et bire- 1147. mibus, quas modo galeas seu sagitteas[i] vulgo dicere solent, aliisque navibus bellicis[k] onerariis, classem in[l] Greciam destinat, prefectis eis ducibus strennuis et in navali prelio gnaris. Armatis itaque navibus Greciae fines ingrediuntur ac Mutino[m, 3] sine inpedimento gravique negotio capto ad Gurfol[4] usque, fortissimum Greciae castrum, procedunt[n, 5]. Quod dum[o] nulla capere vi[p] prevalerent[q], ad[r] dolos et ingenia se vertunt. Igitur premissis quibusdam, ut dicitur, qui se quempiam mortuum humandi gratia deferre simularent[6] — est enim in predicta arce castri, sicut Grecis mos est, congregatio clericorum seu monachorum —, idem castrum irruunt, arcem occupant, Grecis eiectis presidiisque suis ibidem locatis. Inde ad interiora Greciae progressi Corinthum[s], Thebas, Athenas, antiqua nobilitate celebres, expugnant ac maxima ibidem preda direpta opifices etiam qui sericos pannos texere solent ob ignominiam imperatoris illius suique principis gloriam captivos deducunt. Quos Rogerius in Palermo[t] Siciliae metropoli collocans artem

a) dextr. *A. C.* b) *ita A. A.* β. B* 1. 3; Hienis *C* 1; Bieñ *B* 2; Viennis *proposuit Cusp.* c) in *A.* d) tantum *om. B* 1. e) *ita A. β. B* 2. 3. *C;* Vischahe *A*. B* 1. f) de *B.* g) dedecorisi *corr.* dedecorosi *B* 1, *et ita B* 2. 3 (dedecori?). h) dextra *A. β. C.* i) sagiteas *B* 2. 3. *C* 1; sagittas *C* 2. k) bell. *om. β.* l) cl. magnam dest. *A. A*.* m) Mut. sine *om. β.* n) preced. *B* 1. 3. o) cum *A*.* p) vi *om. B* 3; vi cap. *A. A*.* q) prevalent *B* 1. r) etiam ad *B* 2. s) Chor. *β.* t) Palerno *B* 1.

1) *Cum ita Otto scripsisse videatur, nescio an de Vienna cogitaverit. [Cf. etiam Giesebrecht, 'DKG.' IV*[2]*, p.* 232; *Bernhardi, 'Konrad III.' II, p.* 501*].* 2) *[Cf. tamen Eugippii V. Severini rec. Mommsen, SS. r. G., cum tabula Norici; Wattenbach, 'DGQ.'*[7] *I, p.* 55, *n.* 4; *O. Redlich, 'SB. der Wiener Akad. der Wiss.' CLIX* (1908), 2. *p.* 4*].* 3) *[Methone].* 4) *[Korfu].* 5) *Cf. Ann. Cav., SS. III, p.* 192; *Romoaldi Ann., SS. XIX, p.* 424; *[Bernhardi l. c. p.* 618, *n.* 65; *Caspar, 'Roger II.' p.* 376 *sqq.].* 6) *[Simili dolo a.* 860. *Normanni usi traduntur; Dudo I,* 5—7, *ed. J. Lair, 'Mém. de la soc. des antiq. de Normandie,* 3. *sér.' III, p.* 132 *sqq.].*

1147. illam texendi suos edocere precepit, et exhinc predicta ars illa, prius a Grecis tantum inter[a] Christianos habita, Romanis patere coepit ingeniis. Sed ut ad id, unde paulisper digressi fuimus[b, 1], stilus redeat[2], de pacis serenitate, quae post hanc orbis conflictationem contra multorum opinionem[c] subito reluxit, breviter aliqua dicenda erunt[d].

(34). 1145. XXXV. Eugenio[e] in urbe *Roma*[f] sedente, Conrado[g] in eadem, Lodewico[h] in occidentali Francia regnantibus, imperante in urbe regia Manuel, Hierosolimis[i] Folkone[*, 3], Lodewicus dum occultum[k] Hierusalem[l] eundi desiderium haberet, eo quod frater suus Philippus eodem voto astrictus morte preventus fuerat, diutius protelare nolens propositum, quibusdam ex[m] principibus suis vocatis, quid in mente volveret, aperuit. Erat illo in tempore in Gallia cenobii Clarevallensis abbas *quidam*[n] Bernhardus dictus, vita et moribus venerabilis, religionis[o] ordine conspicuus, sapientia litterarumque scientia preditus, signis et miraculis clarus. Hunc principes[p] vocandum, ab eoque, quid de hac re fieri oporteret, tamquam a divino oraculo consulendum decernunt[p]. Vocatur prefatus abbas, consiliumque ipsius super predicti exposcitur principis voluntate. Ille[q] de tam grandi[r] negotio ex propriae auctoritatis arbitrio responsum dare frivolum iudicans, ut ad Romani pontificis audientiam et examen deferatur, optimum esse respondit[s]. Itaque missa ad Eugenium legatione totum illi negotium aperitur. Qui antecessorum suorum exempla revolvens, quod

*) *Sequentia ita in epitomen redegit B*:* Facta est maxima expeditio Ierosolimitana, quae bonum et optatum habuit principium, sed malum et periculosum habens exitum. Fuerunt autem in eadem expedicione Chŏnradus Romanorum imperator fratrisquę sui filius dux Fridericus, qui inpresentiarum est imperator, et episcopi — Heinricus *ex c.* 42. *desumpta.*

a) inter chr. *om. β.* b) sumus *A. A*.* c) oppin. *B* 1. d) ert, r *e corr. C* 1; essent *C* 2. e) *pergit B*.* f) Roma *deest A. A*.* g) Cunr. *A fere semper;* Cŏnrado *C* 1. h) Lodevico *A. A*;* Lodovico *C* 2, *et ita post.* i) Iheros. *A* constanter.* k) occulte *C* (oculte *C* 1). l) Ierusalem *A* (irl'm). *β. B* 1. m) ex *deest A*.* n) quidam *deest A. A*.* — Bernardus *β;* Bernardus *C.* o) *ita A, et deinceps. β. C;* rellig. *B* 1, *plerumque.* p) princeps . . . decernit *A;* princeps . . . decrevit *A*;* princeps . . . decernunt *β.* q) Ille *om. A.* r) ille *h. l. insert. A.* s) respondet *β, recte, ut videtur.*

1) *[Cf. supra c.* 30, *p.* 48*].* 2) *[Cf. Oros. II,* 12, 1; *infra II,* 28. *necnon I,* 52. *II,* 24*].* 3) *[Immo Balduino III. Idem error etiam in Chron. VII,* 28, *p.* 355, *n.* 2*].*

*p. 371. videlicet *Urbanus[1] huiusmodi occasione transmarinam aecclesiam duasque patriarchales sedes, id est Antiochiam[a] et Hierosolimam[b], ab obedientia Romanae sedis scissas in pacis unitatem receperit, votis predicti regis pro dilatando Christianae religionis ritu annuit, auctoritate[c] predicandi animosque cunctorum ad hoc[d] commovendi prenominato abbati, qui aput omnes Galliae ac Germaniae populos ut propheta vel apostolus habebatur, concessa. Unde eius scriptum tale ad regem principesque[e] suos directum invenitur: 1145.

XXXVI. *Eugenius*[f, 2] *episcopus, servus servorum Dei, karissimo in*[g] *Christo filio Lodewico*[h], *illustri*[i] *et glorioso Francorum regi, et dilectis*[k] *filiis principibus et universis Dei*[l] *fidelibus per Galliam constitutis salutem et apostolicam benedictionem. Quantum predecessores*[m] *nostri Romani pontifices pro liberatione orientalis aecclesiae laboraverint, antiquorum relatione*[n] *didicimus et in gestis eorum scriptum repperimus. Predecessor etenim*[o] *noster felicis memoriae papa Urbanus tamquam tuba caelestis*[p] *intonuit et ad ipsius deliberationem*[q] *sanctae Romanae aecclesiae filios de diversis mundi partibus sollicitare curavit. Ad ipsius siquidem vocem ultramontani et precipue Francorum regni fortissimi et strennui bellatores et illi etiam de Italia caritatis ardore succensi convenerunt et maximo congregato exercitu, non sine magna proprii sanguinis effusione, divino eos auxilio comitante, civitatem illam, in qua salvator noster pro nobis pati voluit et gloriosum ipsius sepulchrum*[r] *passionis suae nobis*[s] *memoriale dimisit, et quam plures alias, quas prolixitatem*[t] *vitantes memorare supersedimus, a paganorum spurcicia liberarunt*[u]. *Quae per gratiam Dei et patrum vestrorum*[v] *studium, qui*[w] *per intervalla temporum eas defendere et Chri-* (35).

a) Anthiochiam *A. β. B* 1. b) Irlos. *A;* Iheros. *β.* c) auctoritatem *B.* d) hoc *om. A*.* e) que *om. B* 1. f) *hanc habet epistolam B*; v. infra c.* 46, *n.* g) in Chr. *des. C.* h) Lud. *A*;* Ludevico *A.* i) illustrique gl. *β.* k) suis fil. *A*.* l) Christi *A*.* m) decessores *C* 1. n) relaxatione *B* 1. 3. o) enim *A*.* p) cael. *deest C.* q) *ita β. C et S;* liber. *A. A*. B.* r) quod *add. Bocz.* s) mem. nobis *B.* t) propter prol. *A. A*.* u) liberaverunt *B* 1; liberarent *C* 2; liberavit *Bocz.* v) nostr. *A.* w) quod *A*. B.*

1) [II]. 2) *[De tempore huius encyclicae Kugler, Giesebrecht, K. Neumann, alii longius disputarunt; cf. etiam Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 519, *n.* 38; *R. Hirsch, 'Studien zur Gesch. K. Ludwigs VII. von Frankreich' (Leipz.* 1892*) p.* 104 *sqq.]. Aliud exemplar* universis Dei fidelibus per Galliam constitutis *directum, datum vero* trans Tiberim Kal. Martii, *ex codice epistolarum S. Bernhardi ed. Boczek, Cod. Moraviae I, p.* 241, *Jaffé [ed.* 2. *nr.* 8796. 8876*]. Fine destitutum legitur in cod. Sletstadensi coaevo, cuius lectiones S indicavimus.*

1145. *stianum nomen in partibus*[a] *illis dilatare pro viribus studuerunt, usque ad nostra tempora a Christianis detentae sunt, et aliae urbes infidelium ab ipsis viriliter expugnatae. Nunc autem nostris*[b] *et ipsius populi peccatis exigentibus, quod sine magno dolore et gemitu proferre non possumus, Edissa*[c] *civitas, quae nostra lingua Rohais dicitur, quae etiam, ut fertur, cum quondam in oriente tota terra a paganis detineretur*[d], *ipsa sola sub Christianorum potestate Domino serviebat, ab inimicis crucis Christi capta est, et multa Christianorum castella ab ipsis occupata. Ipsius quoque civitatis archiepiscopus cum clericis suis et multi alii*[e] *Christiani ibidem interfecti sunt, et sanctorum reliquiae in infidelium conculcationem*[f] *datae sunt et dispersae. In quo quantum aecclesiae Dei et toti Christianitati periculum immineat, et nos cognoscimus et prudentiam*[g] *vestram latere non credimus. Maximum namque*[h] *nobilitatis et probitatis indicium fore cognoscitur, si ea quae patrum strenuitas acquisivit a vobis*[i] *filiis strennue defendantur. Verumtamen, si, quod absit, secus contigerit*[k], *patrum fortitudo in filiis imminuta*[l] *probatur. Universitatem itaque vestram in Domino commonemus, rogamus atque precipimus et in peccatorum remissionem iniungimus, ut qui Dei sunt et maxime potentiores et nobiles*[m] *viriliter accingantur et infidelium multitudini, quae se tempus victoriae super nos adeptam laetatur, sic occurrere et aecclesiam orientalem, tanta*[n] *patrum vestrorum, ut prediximus, sanguinis effusione ab eorum tyrannide liberatam, ita defendere et multa captivorum milia confratrum nostrorum*[o] *de ipsorum manibus eripere studeatis, ut Christiani nominis dignitas vestro tempore augeatur et vestra fortitudo, quae per universum mundum laudatur, integra et illibata servetur.*

cf. 1. *Mach.* 2. *Sit vobis etiam in exemplum bonus ille Mathatias*[p], *qui pro paternis legibus conservandis se ipsum cum filiis et parentibus suis morti exponere et quicquid in mundo possidebat relinquere nullatenus dubitavit atque tandem divino cooperante auxilio, per multos tamen labores, tam ipse quam sua progenies de inimicis viriliter triumphavit. Nos autem vestrorum quieti*[q] *et eiusdem aecclesiae destitutioni paterna sollicitudine providentes illis, qui tam sanctum tamque pernecessarium opus et laborem devotionis intuitu suscipere et perficere de-*

a) ill. part. *A**. b) vestris *β;* nostr. temporibus pop. ips. *A. A**. c) Edessa *S. Bocz.* d) detinetur *β. C* 1. e) alii multi *β*. f) conculcationes *B*. g) vestram provideneiam *A;* vestr. prud. *A**. h) namque *deest A. A**. i) nobis *A. A*. B* 1. *B*;* bonis *S. Bocz., quod fere praeferendum credas.* k) contingerit *B* 1. l) imm. esse *S. Bocz.* m) nobiliores *A**. n) patr. vestr. tanta *A**. o) vestrorum *A. A**. p) Matath. *A. C* (ta *alio atram. superscr. C* 1); Mathathias *A*. β;* Mathias *B* 3. q) inquieti *A*.

1145. *creverint, illam peccatorum remissionem, quam prefatus predecessor noster papa Urbanus instituit, auctoritate nobis*[a] *a Deo concessa concedimus et confirmamus atque uxores et filios eorum, bona quoque et possessiones sub sanctae aecclesiae, nostra etiam*[b] *et*[c] *archiepiscoporum, episcoporum*[d] *et aliorum prelatorum aecclesiae Dei protectione manere decernimus*[e]. *Auctoritate*[f] *etiam apostolica prohibemus, ut de omnibus, quae, cum crucem acceperint, quiete possederint, nulla deinceps questio moveatur, donec de ipsorum reditu vel obitu certissime cognoscatur. Praeterea, quoniam illi* **qui* *p. 372. *Domino militant nequaquam in vestibus preciosis nec cultu formae nec canibus vel accipitribus vel aliis quae portendant lasciviam debent intendere, prudentiam vestram in Domino commonemus, ut, qui tam*[f*] *sanctam opus incipere decreverint*[g], *ad haec*[h] *non*[i] *intendant, sed in armis, equis et caeteris, quibus*[k] *infideles expugnent, totis viribus studium et diligentiam adhibeant. Quicumque vero aere premuntur*[l] *alieno et tam sanctum iter puro corde inceperint, de preterito usuras non solvant, et si ipsi vel alii pro eis occasione usurarum astricti sunt sacramento vel fide, apostolica eos auctoritate absolvimus. Liceat eis etiam terras sive caeteras possessiones suas, postquam commoniti propinqui sive domini, ad quorum feudum pertinent, pecuniam commodare aut noluerint*[m] *aut non valuerint, aecclesiis vel personis aecclesiasticis vel aliis quoque fidelibus libere sine ulla reclamatione inpignerare. Peccatorum remissionem et absolutionem iuxta prefati predecessoris nostri institutionem omnipotentis Dei et beati Petri apostolorum principis auctoritate nobis a Deo concessa talem concedimus, ut, qui tam sanctum iter devote inceperit*[n] *et perfecerit*[n] *sive ibidem mortuus fuerit*[n], *de omnibus peccatis suis, quibus corde*[o] *contrito et humiliato*[1] *confessionem susceperit*[n], *absolutionem obtineat*[n] *et sempiternae retributionis fructum ab omnium remuneratore*[p] *percipiat*[q]. *Data Vetralle, Kal. Decembris*[r]. Dec.

a) a Deo nobis ***A. A****. b) etiam *om. β*. c) et *om.* ***A. A****. d) *alio atram. versu ex. suppl. C* 1. e) decrevimus *A*. f) Auctoritate — cognoscatur *(l. 10) om. S.* f*) tam *om. β*. g) decr. nullatenus in vestibus variis aut grisiis, sive in armis aureis vel argenteis intendant (intrudant *S*), sed in talibus armis *S. Bocz.* h) hoc *A. A**. i) non *om. B* 1. 3. k) q. vehementius inf. *S. Bocz.* l) al. prem. *A. A**. m) non voluerint *A**. n) inceperint et perfecerint . . . mortui fuerint . . . susceperint . . . obtineant *A. A**. o) *hucusque S.* p) remuneratione *B* 1. 2. 3, *corr.* remuneratore *B* 1; bonorum rem. *Bocz.* q) obtineant *A. A**, *ubi* D. V. K. D. *des.* — Datum *C* (Dat *C* 1). r) *pergit B* c.* 42.

1) *[Ps.* 50, 19: Cor contritum et humiliatum, Deus, non despicies*]*.

(36). XXXVII. Igitur, ut ad narrationis seriem redeamus[a], Bernhardus[b] abbas venerabilis concessa sibi apostolicae[c] sedis auctoritate non abusus gladio verbi Dei fortiter accingitur, ac excitatis ad transmarinam expeditionem multorum[d] animis, tandem curia generalis aput
1146. Verzelacum[e] Galliae oppidum, ubi beatae Mariae Magdalenae ossa recondita sunt, indicitur, convocatis ex diversis Galliae provinciis obtimatibus[f] virisque illustribus. Ibi Lodewicus[g] Francorum rex crucem a pretaxato abbate cum multa mentis alacritate sumens miliciam transmarinam professus est cum Theodorico[h] Flandrense et Heinrico[i] Theobaldi[k] Blesensis filio comitibus aliisque de regno suo baronibus virisque nobilibus.

(37). XXXVIII. Inter haec Radolfus[l] monachus, vir quidem religionis habitum habens religionisque severitatem sollerter imitans, sed litterarum noticia sobrie imbutus, eas partes Galliae quae Rhenum[m] attingunt ingreditur multaque populorum milia ex Agrippina, Maguntia, Warmatia[n], Spira[o], Argentina aliisque vicinis civitatibus, oppidis seu vicis ad accipiendam crucem accendit, hoc[p] tamen doctrinae suae non vigilanter interserens, quod Iudei in civitatibus oppidisque passim[q] manentes tamquam Christianae[r] religionis hostes trucidarentur. Quod doctrinae semen in multis Galliae Germaniaeque civitatibus vel oppidis tam firmiter[s] radicem figens germinavit, ut, plurimis ex Iudeis hac tumultuosa seditione necatis, multi sub principis Romanorum alas tuitionis causa confugerent. Unde factum est, ut non pauci ex ipsis huiusmodi inmanitatem fugientes, in oppido[t] principis quod *Noricum[u] seu* Norinberch[v] appellatur aliisque municipiis eius ad conservandam vitam se reciperent.

(38). XXXVIIII.[w] At prefatus Clarevallensis abbas huiusmodi doctrinam precavendam docens ad Galliae Germaniaeque populos nuncios seu litteras[1] destinavit, in quibus ex auctoritate sacrae paginae luculenter ostendit

a) *sequentia usque ad finem c. 39. leguntur etiam in cod. Monacensi Clm.* 472 *(f.* 124*r), cuius lectiones, etsi parvi pretii sint, M. indicavimus.* b) Berardus *β;* Bernard. *A** 1. *C. M.* c) ap. s. *des. A. A**. d) mult. *om. A. A**. e) Verhelaicum *A;* Verczelaicum *A*;* Verzelicum *(sive* Verzilicum?*) β.* f) opt. *M.* g) Ludov. *M.* h) *ita A. C* 1. *M;* Theoder. *A*. B. C* 2. i) Henr. *M.* k) Teob. *β.* l) Rud. *A. A*. C* 2 (Rudolphus); Radulf. *M.* m) Ren. *β, et ita post. C* 1. n) Warmazia *B* 3. *M.* o) Spyr. *C* 1. p) Haec *B* 1. q) passim *deest A. A**. r) Christ. *om. A**. s) fortiter *A.* t) opidum *A**. u) *ita A. A*. β. C;* N. seu *des. B.* v) *ita A. A*;* Norenburc *β;* Nörenberk *B* 1. 3; Nürenberk *B* 2; Norenbc *C* 1. *M;* Norenberg *C* 2. w) *nulla cap. dist. B* 1.

1) *[Cf. infra c. 43].*

1146. Iudeos ob scelerum suorum excessus non occidendos, sed dispergendos fore. Unde et psalmigraphi testimonium induxit in LVII.[a] psalmo dicentis: *Deus ostendit mihi*[b] (Ps. 58, 12.) *super inimicos meos, ne occidas eos.* Et item[c]: *Disperge illos in virtute tua.*

(39). XL.[d] Igitur innumerabilibus in occidentali Gallia ad transmarinam expeditionem excitatis, Bernhardus[e] predicationis vomere[f] movendum orientale Francorum regnum aggredi disponit, tam ob hoc, ut animum principis Romanorum sacrae exhortationis verbo ad accipiendam crucem emolliret, quam ut Radolfo[g] occasione Iudeorum crebras in civitatibus seditiones populo[h] contra dominos suos moventi silentium imponeret. Audiens hoc princeps *generalem*[i] curiam in nativitate Domini (Dec. 25.) aput civitatem Spiram celebrandam indixit. Quo veniens predictus abbas principi cum Friderico fratris sui filio aliisque principibus et viris illustribus crucem accipere (*p. 373.) persuasit, plurima in publico vel [etiam[k]] occulto[1] *faciendo miracula. Maguntiam quoque veniens[1] Radolfum[m] in maximo favore populi morantem invenit. Quo accersito premonitoque, ne contra monachorum regulam per orbem vagando propria auctoritate verbum predicationis assumeret, tandem ad hoc eum, ut sibi promissa obedientia in cenobium suum transiret, induxit, populo[n] graviter indignante et, nisi ipsius sanctitatis consideratione revocaretur, etiam seditionem movere volente.

1147. XLI.[o] Inter haec Fridericus dux[p] nobilissimus in Gallia manens gravi infirmitate detinebatur, acrem in mente contra dominum et fratrem suum Conradum regem indignationem gerens, quod filium suum Fridericum, quem ipse tamquam primogenitum ac nobilissimae prioris comparis[q] suae filium unicum, committendo ipsius gratiae cum filio suo parvulo[2] secundam[r] uxorem, totius terrae suae heredem fecerat, crucem[s] permiserat accipere. Quem predictus abbas visitandi gratia adiit[3] et benedicens

a) quinquagesimo septimo *A. C*1; quinquagesimo VII⁰ *β;* quinquagesimo VII. *M.* b) mihi *om. M.* c) iterum *A**. d) *nulla cap. dist. B*1. e) Bernardus *β fere semper;* Bernardus *C.* f) *ita A. β. B. C*1; nomiue *A** 2? *C*2; nomen *A** 1? g) Radulfo *β. B*1. 3; Rudolfo *A. C*2. h) populi *recte Jaffé, 'Conrad III.' p.* 100 *n., emendasse videtur, quem etiam Kohl probat. Sed nonnumquam Otto vel eius librarius in casibus ponendis errarunt.* i) gener. *deest A. A**. k) etiam *deest β. B. C.* l) oculto *C*1. m) Rudolf. *A. C*2; Radulf. *C*1. n) populoque *B*1. o) *nec littera initialis minio picta nec novus versus, sed signum initii capitis C*1. p) nob. dux *A. A**. q) suae comp. *A. A**. r) *ita codd. et ed. pr. (C2);* ex secunda uxore *sine causa corr. Pith.* s) ac cr. *A. A**.

1) *[Quod tamen iam mense Novembri factum est].* 2) *[Conrado; cf. supra c. 22, p. 36].* 3) *[Cf. Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p. 665 sq.].*

1147. (Apr. 4. sive 6). ei in orationes[a] recepit. Ipse tamen vim doloris non sustinens[b] non multis post diebus vivendi finem fecit ac in monasterio, quod sanctae Walpurge[c] vocatur, in terminis Alsatiae sito[1], humatus est; successitque ei in ducatu filius suus Fridericus.

(40). XLII. Post haec princeps Baioariam[d] ingreditur
Febr. ibique[2] mense Februario generalem curiam celebravit, ducens secum vice Clarevallensis abbatis Eberacensem abbatem Adam, virum religiosum et honeste eruditum. Qui missarum ex[e] more sollempnia celebrans invocataque sancti[f] spiritus gratia ambonem ascendit ac lectis apostolicae sedis et Clarevallensis abbatis litteris, brevi exhortatione facta omnibus[g] qui aderant prefatam miliciam profiteri persuasit. Neque enim[h] persuasibilibus humanae sapientiae verbis vel artificiosae iuxta precepta[i] rethorum orationis circuitus insinuatione[k] egebat, cunctis qui aderant, ex priori rumore excitatis, ad accipiendam crucem ultro accurrentibus. Acceperunt eadem hora crucem tres episcopi, videlicet Heinricus[l] Ratisponensis, Otto Frisingensis, Reginbertus Pataviensis, et dux Noricorum Heinricus[m], frater regis, de ordineque comitum, nobilium, virorum illustrium innumerabiles. Tanta etiam, mirum dictu, predonum et latronum advolabat multitudo, ut nullus sani capitis hanc tam subitam quam insolitam mutationem ex dextera excelsi[3] provenire non cognosceret [et[n]] cognoscendo attonita mente non ob-
1146. stupesceret. Gwelfo[o] quoque Heinrici prioris ducis frater,
Dec. 25. de nobilissimis regni optimatibus, in ipsa nativitatis dominicae nocte in propria villa Bitengou[p, 4] eandem miliciam cum multis professus fuerat. Sed[q] et dux Boemorum Labezlaus[r] et Stirensis[s] marchio Odoacer[t] et Carinthiae

a) suas *add.* *B* 1. b) senciens *A*. *A**. c) *ita* *A*. *β*. *C* 1; Balpurge *A**; Waltp. *B* 1. 3; Baltp. *B* 2; Walpurgis *C* 2. d) Bauwar. *A semper fere.* e) soll. ex more *C*. f) spir. sancti *A**. g) p e n e omn. *C*. h) enim *deest* *A**. i) preceptum *A* (pceptum). *A**. k) insin. *om.* *β*. l) *pergit B* (v. supra p.* 54, *n.* *). m) H.9 *A*. n) et *deest* *β*. *B*. *C*. o) Guelfo *β*. *C*. p) Witengov *A**; Bitengov *β*; Bittengov *B* 1. q) in ipsa fuit expeditione et dux *B**. r) Labeslaus *A**; Ladeslaus *B* 2; Iabezlaus *C* 1; Iabeslaus *C* 2. s) Styr. *β*. *C*. t) *ita* *A*. *A**. *β*. *C*; Othakker *B* 1; Odoacerus *B* 2. 3.

1) *Prope Hagenau; v. Jaffé, 'Conrad III.' p.* 115, *n.* 34. *W. [Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' p.* 36 *sq.* 536. 868; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 663 *sqq.]*. 2) *[Sc. Ratisponae]*. 3) *Cf. Ps.* 76, 11: Haec mutatio dexterae excelsi*]*. 4) *Cod. Hirsaug. [ed. E. Schneider p.* 42*] refert de donatione, quam fecit Welf,* cum . . . in expeditione Hierosolimitana iam positus esset . . . coram multitudine clericorum et laicorum, quos in natali Domini congregaverat in loco qui dicitur Bitingowe. *Est Peiting prope Schongau; cf. [Stälin, 'Wirtemberg. Gesch.' II, p.* 266. 273*]; Adler, 'Herzog Welf' p.* 139 *sq.*

illustris[a] comes Bernhardus[1] non[b] multo post cum magno 1147. suorum comitatu cruces acceperunt[c]. Saxones vero, quia quasdam gentes spurciciis idolorum[d] deditas vicinas habent, ad orientem proficisci abnuentes cruces itidem easdem gentes bello[e] attemptaturi assumpserunt, a nostris in hoc distantes, quod non simpliciter vestibus assutae, sed a rota subterposita in altum protendebantur.

XLIII.[f] Exemplar autem epistolae Clarevallensis ab- (41). batis in orientale Francorum regnum destinatae tale est[2]:

Dominis et patribus karissimis, archiepiscopis, episcopis 1146. *et universo clero et populo orientalis Franciae et Baioariae Bernhardus*[g] *Clarevallensis vocatus*[g*] *abbas spiritu fortitudinis*[3] *habundare. Sermo mihi ad vos de negotio Christi, in quo est*[h] *utique salus vestra*[i]. *Haec dico, ut excuset indignitatem personae*[k] *loquentis auctoritas Domini, excuset et*[l] *consideratio propriae utilitatis. Modicus quidem sum, sed non modice cupio vos in visceribus Christi*[m] *Ihesu. Ea mihi*[n] *nunc ratio scribendi ad vos, ea causa, ut universitatem vestram litteris audeam convenire. Agerem id libentius viva voce, si, ut voluntas non deest, suppeteret et facultas.* Ecce 2. Cor. 6, 2.
*p. 374. nunc, ***fratres,* tempus[o] acceptabile, ecce nunc dies salutis[p] *copiosae!* Commota est *siquidem* et contremuit Ps. 17, 8. terra, *quia coepit Deus caeli*[q] *perdere terram suam. Suam*[r], *in qua*[s] *visus est et annis plus quam triginta homo cum hominibus conversatus est; suam utique, quam illustravit miraculis, quam dedicavit sanguine proprio, in qua primi resurrectionis flores apparuerunt*[t]. *Et nunc peccatis nostris exigentibus crucis adversarii caput extulere sacrilegum, depopulantes in ore gladii*[4] *terram benedictam, terram promissionis. Prope est, si non fuerit qui resistat*[5], *ut in ipsam Dei viventis irruant civitatem, ut officinas nostrae redemptionis evertant, ut polluant loca sancta, agni inmaculati pur-*

a) marchio *A. A* perperam.* b) cum maximo comitatu *B*, qui pergit c.* 46 *(p.* 64, *n.* k*).* c) accepere *C* 2. d) idol. *deest B.* e) bello *deest A. A*.* f) *nulla cap. dist. B* 1; Exempl. — est *rubro scr. A** 2. g) Bern̄ardus *β;* Bernardus *A** 2. *C.* g*) voc. *deest A. A*.* h) ut. est *B* 1. 3. i) nostra *(nescio an melius) A. β.* k) loq. pers. *A. A*.* l) eciam *A. A*.* m) I. Chr. *A*.* n) nunc mihi *A*.* o) acc. temp. *β. B;* t. acc. fr. *A. A*.* p) dies salutis, copiosae salutis *C.* q) caeli *om. β.* r) Suam *om. β.* s) *hic aliqua omissa; cf. S. Bernhardi Opp. ed. Mabillon I, col.* 328: Suam, inquam, in qua est verbum Patris sui docere visus et a. t) apar. *C* 1.

1) *[de Trixen; cf. Giesebrecht, 'DKG.' IV*[2]*, p.* 475*].* 2) *Plura exstant exemplaria huius epistolae encyclicae diversis inscripta; cf. K. Neumann, 'Bernhard v. Clairvaux und die Anfänge des zweiten Kreuzzuges' p.* 29 *sqq.; Kugler, 'Neue Analecten' p.* 9 *sqq.* 3) *[Cf. Is.* 11, 2: spiritus consilii et fortitudinis*].* 4) *[*in ore gladii *saepissime in Biblia Vulg.].* 5) *[Iudith* 16, 17. *Dan.* 4, 32: non est qui resistat, *simile saepius in Biblia Vulg.].*

1146. *purata cruore*[1]. *Ad ipsum, proh dolor! religionis*[a] *Christianae sacrarium inhiant ore sacrilego lectumque ipsum invadere et conculcare conantur, in quo propter nos vita nostra obdormivit in morte. Quid facitis, viri fortes? Quid facitis,*
cf. Matth. 7, 6. *servi crucis? Itane*[b] *dabitis*[c] *sanctum canibus et margaritas porcis? Quam multi illic peccatores confitentes peccata*[d] *cum lacrimis veniam optinuerunt, postquam parum*[e] *gladiis eliminata est spurcicia paganorum! Videt hoc malignus et invidet, dentibus frendet et tabescit*[f][2]. *Excitat*[g] *vasa iniquitatis*[3] *suae, ne ulla quidem iam pietatis signa aut vestigia relicturus, si quando forte, quod Deus avertat! optinere valuerit*[h]. *Verum id quidem omnibus saeculis deinceps inconsolabilis dolor, quia irrecuperabile dampnum, specialiter autem generationi huic pessimae*[i] *infinita confusio et obprobrium sempiternum. Quid tamen arbitramur, fratres? Numquid abbreviata *est*[k]** manus Domini aut impotens facta est ad salvandum*[4]*, quod ad tuendam *et*[l] *restituendam* sibi hereditatem suam exiguos vermiculos vocat? Numquid non potest mittere angelorum plus quam XII*[m] *legiones*[5] *aut certe tantum dicere verbo*[6]*, et liberabitur terra? Omnino subest ei, cum voluerit, posse*[7]. *Sed, dico vobis, temptat vos dominus Deus vester. Respicit super filios hominum, ut*[n]*, si forte sit qui intelligat*[8] *et requirat et doleat vicem eius*[9]. *Miseratur enim populum suum Deus et lapsis graviter providet remedium salutis. Considerate, quanto ad solvendos vos*[o] *artificio utitur, et obstupescite; intuemini pietatis abyssum et confidite, peccatores! Non vult mortem vestram, sed ut convertamini et vivatis*[10]*, quia sic querit*[p] *occasionem, non adversum vos*[q]*, sed pro vobis*[q] et caetera. In quibus et

a) Chr. rel. *A. A**. b) Ite ne *A**. c) datis *A*. d) sua *add. A*. e) *ita codd. omnes et ed. pr. (C 2);* patrum *recte emend. Pith.; cf. Mab. l. l.* f) tabescet *A. β, melius.* g) *Giesebrecht dubitavit, an* Excutit *legendum sit.* h) illa sancta sanctorum *add. Mab.* i) impiissimae *Mab.* k) est *deest A. A*, post add. B* 1. l) et rest. *des. B;* et *om. β.* m) duodecim *C* 1. n) ut *deest Mab., delendum putavit Giesebrecht.* o) nos *A. A*. B* 1. 3. p) querit *om. A** 2. q) nos . . . nobis *A*.

1) [1. *Petr.* 1, 19: sanguine quasi agni immaculati]. 2) [*Ps.* 111, 10: Peccator videbit et irascetur, dentibus suis fremet et tabescet]. 3) [*Gen.* 49, 5: vasa iniquitatis]. 4) [*Is.* 50, 2: numquid abbreviata et parvula facta est manus mea, ut non possim redimere? 59, 1: Ecce non est abbreviata manus Domini, ut salvare nequeat]. 5) [*Matth.* 26, 53: An putas, quia non possum rogare patrem meum, et exhibebit mihi modo plus quam duodecim legiones angelorum?] 6) [*Matth.* 8, 8: Sed tantum dic verbo]. 7) [*Sap.* 12, 18: subest enim tibi, cum volueris, posse]. 8) [*Is.* 57, 1: quia non est qui intelligat; *Ps.* 13, 2: ut videat, si est intelligens aut requirens Deum]. 9) [1. *Reg.* 22, 8: Non est qui vicem meam doleat ex vobis]. 10) [*Ezech.* 33, 11: nolo mortem impii, sed ut convertatur impius a via sua et vivat].

circa eandem oratorum more vel ordine versatur materiam; 1146. et quod Iudei non sint occidendi, ratione probat et auctoritate. Unde est[a] illud: *Beatam dixerim generationem, quam apprehendit[b] tam uberis[c] indulgentiae tempus, quam invenit superstitem annus iste placabilis Domino*[1] *et vere iubileus. Diffunditur enim haec benedictio in universum mundum, et ad signum vitae convolant universi. Quia ergo fecunda est terra vestra virorum fortium et robusta noscitur iuventute referta, sicut laus est vestra in universo*[d] *mundo et virtutis vestrae fama replevit orbem*[e], *accingimini et vos viriliter et felicia arma corripite!* Et de Iudeis sic: '*Deus*', Ps. 58, 12. *inquit aecclesia*, '*ostendit mihi super inimicos meos, ne*[f] *occidas eos*'[2]. *Vivi quidam*[g] *apices nobis*[h] *sunt, representantes iugiter dominicam passionem;* et plura alia in hunc modum.

XLIIII. Igitur non solum ex Romano imperio[i], sed (42). etiam ex vicinis regnis, id est occidentali Francia, Anglia*, Pannonia, innumeris populis ac nationibus hac expeditionis fama ad sumendam crucem commotis, repente sic totus[k] pene occidens siluit, ut non solum bella movere, sed et[l] arma quempiam *in[m] publico* portare nefas haberetur[n].

XLV. At[o] Conradus Romanorum rex principes (43). 1147. convocans in oppido orientalis Franciae Franconefurde, quod Latine vadum Francorum dici potest, eo quod Karolus[p] ad debellandos Saxones cum Francis proficiscens vadum illo Mogi fluminis, qui Maguntiae[q] Rheno illabitur, invenisse dicitur, generalem curiam celebrat. Ibique filio suo Heinrico adhuc puero per[r] electionem principum rege constituto, in palatio Aquis eum dominica medianae quadragesimae regem inungi ac coronari Mart. 30. iubens regni participem legit. Ad predictam curiam Heinricus[s] Heinrici, de quo supra dictum est[3], Nori-

*) Scotia[t], Hibernia[4] *add. β.*

a) est *om. A** 2. b) apprehend' *C* 1; apprehendet *C* 2; ad prehendendam *A.* c) verbis *A. A*. β. B* 1. d) universum mundum *A. A**. e) universum orbem *Mab.* f) n. *A. A**, *ubi* occ. eos *om.* g) *corr.* quidem *A.* h) nobis *om. A. A**. i) imp. *om. A.* k) illo tempore *add. B**. l) et *om. A**. m) in publ. *des. A. A**. n) *in B* sequitur c.* 65, *sed alio loco c.* 46. *legitur.* o) Et *β. B* 1. 2. p) Karulus *A** 1; Carolus *A** 2. q) Magontine *B* 1. 3. r) rege per el. princ. const. *B.* s) Hainr. *β.* t) Scoria *β.*

1) *[Is.* 61, 2: ut praedicarem annum placabilem Domino*].* 2) *[Cf. supra c.* 39*].* 3) *[Cf. c.* 23*].* 4) *[Cf. quae Otto in Chron. VII,* 2, *p.* 311, *l.* 7. *ex Ekkehardo hausit].*

1147. corum ducis filius, qui iam adoleverat[a], venit, ducatum
Noricum, quem patri suo non iuste abiudicatum asserebat, iure hereditario reposcens. Quem princeps multa prudentia et ingenio inductum usque ad reditum suum suspendens quiete expectare persuasit.

(44). *XLVI. Itaque hyemalis algoris austeritate de- *p. 375.
tersa, cum veris benigna humiditate ex telluris partu flores et herbae procrearentur camporumque viriditas laetam terrae faciem monstrans orbi arrideret, Conradus rex a Norico castro cum[b] suis procinctum movens, per Danubium
Maii 29. iturus, Ratisponae naves ingreditur, ac in ascensione Domini in Orientali marchia iuxta burgum qui Ardacher[c, 1] vocatur castra ponens suos, qui iam adventabant, duobus seu tribus diebus expectavit. Inde usque ad terminos ferme regni sui procedens non longe a fluvio Viscahe[d] man-
Iun. 8. sionem locavit, celebratoque ibi sancto pentecoste[e], cum universis pene copiis suis[f] Litahe[g] transiens in Pannonia tentoria fixit, aliis per Danubium navigantibus, aliis per terram euntibus. Tantam autem post se multitudinem[h] traxit, ut et flumina ad navigandum camporumque latitudo ad ambulandum vix sufficere videretur[i]. Quem[k] Francorum rex Lodewicus[l] non multo post cum suis subsecutus est, ducens secum ex nostris Lotharingos, quorum principes seu[m] primores erant Stephanus Metensis, Heinricus Tollensis[n] episcopi, Reginaldus Munzunensis, Hugo Waidemotensis[o, 2] comes, et de Italia Amedeum[p] Taurinensem fratremque eius Willehelmum[q] marchionem de Monte-ferrato, avunculos suos*, et[r] alios[s] quam plures.

*) *B* addit:* cum Theoderico Flandrense et Heinrico Theobaldi Blesensis filio comitibus aliisque de regno suo baronibus virisque nobilibus[3]. Invenitur autem tale scriptum a summo pontifice Eugenio ad regem Ludevicum (*c.* 36).

a) aboleuerat *B* 3. b) proc. cum suis *A. A**. c) Ardacker *A*. d) *ita A. A** 1. *β. C;* Vischahe *B*. e) pentecosten *A;* penthecosten *A**. f) suis *alio atram. superscr. C* 1; *supplendum* fluvium, *cf. supra c.* 33, *p.* 51, *l.* 23. 52, *l.* 5. g) Lithahe *B* 1. 3. h) tr. mult. *A*. i) posset *A. A**. k) *B* ita pergit:* Fuit autem principium huius expeditionis Ludowicus rex Francorum nobilissimus, ducens *etc.* l) Ludev. *A;* Ludow. *A**. m) seu prim. *om. β*. n) Tŏllensis *C* 1. o) Wademonensis *A. A*;* Waidemor. *β;* Waidemorensis *B;* Waldemontensis *recte proposuit Wilken, 'Kreuzzüge' III, p.* 96, *n; cf. etiam Giesebrecht, 'DKG.' IV*², *p.* 477. p) Amodeum *B*. q) *sic B* 1; Gwillemum *A;* Gwilhelm. *A*;* Gwillih. *B*;* Guillelm. *β. C* 1; Guilh. *C* 2. r) et *deest A. A**. s) aliosque *A*.

1) *Ardacker, in dextra Danubii infra fluvium Ensam situm. W.* 2) *Vaudemont.* 3) *[Cf. supra c. 37, p. 58].*

1147.

XLVII.[a] Verum quia peccatis nostris exigentibus, quem finem predicta expeditio sortita[b] fuerit, omnibus notum est, nos, qui[c] non hac vice tragediam[1], sed iocundam scribere proposuimus hystoriam[d], aliis vel alias hoc dicendum relinquimus. Qualiter etiam Saxones vicinas, ut dixi[2], gentes aggressi principibus inter se discordantibus ad propria remeaverint, a memoria eorum qui adhuc supersunt nondum excidit. Attamen[e], ne Friderici principis, qui inpresentiarum est, fortuna, quae ei ab adolescentia etiam in periculis gravibus usque ad[f] presentem diem numquam ad plenum nubilosum vultum ostendit, silentio tegatur, unum de omnibus et pro omnibus, quae nobis in eadem via acciderunt, casum* ponere volui[g].

(45).

Permeata[h] magno labore viarumque difficultatis dispendio post[i] Pannoniam Bulgaria emensaque transmisso Hebro superiore Tracia[k], cum iam per aliquot dies in[l] locis fertilissimis per inferiorem Traciam[k] cum multa mentis laeticia ambulantes urbi regiae accederemus, VII. Idus Septembris, id est proxima[m] ante nativi- *Sept.* 7. tatem beatae Mariae feria[n], vallem quandam iuxta oppidulum Cherevach[o, 3] dictum, campi viriditate laetam, amniculi cuiusdam[4] medio decursu conspicuam[5], attingimus. Cuius loci amenitate capti omnes illo tentoria figere iocundumque Dei genitricis semperque virginis ortum cum magna iocunditate celebraturi ibidem[p] ea die pausare disponimus, solo cum suis duce Friderico avunculoque eius Welfone — nam Lotharingiorum legio nondum se nobis iunxerat — in latere cuiusdam montis e regione[q] iuxta nos castra metante. Erat in vicino

*) unamque a quodam mediocri[6] prolatam oracionem[7] *add. β.*

a) *nulla cap. dist. B. C* 2. b) secuta *A. A**. c) nosque non *A.* d) hist. *β. C.* e) *novum cap. inc. B* 1. f) in *A. A**. g) *numerus* 47 *adscript. β.* h) *praecedit* Capitulum XLVIII. *A; novus versus et littera initialis minio picta β. C* 1 *(cf. infra p.* 67, *n. o).* — Permeatu *A** 1; Permeato *B* 1. 3. i) post *om. A**. k) Thrac. *C* 1. l) per inf. Tr. in locis fert. *A. A**. m) prox. *om. A. A**. n) *eras., alio atram.* v'g (virginis) *rescriptum A.* o) Gherevach *B* 1. p) ea die ib. *C.* q) reglore *B* 3.

1) *[Cf. Ottonis epist. ad Fridericum imp. Chronicae praemissam, p.* 3*].* 2) *[Cf. c.* 42, *p.* 61*].* 3) *In planitie Choroebachica, unde haec corrupta nominis forma.* 4) *[Melas fluvius intellegendus].* 5) *[Cf. supra p.* 49, *n.* 2*].* 6) *[Forsitan Otto ipse intellegendus].* 7) *[In indice, supra p.* 8: Brevis n a r r a t i o de eventu huius expeditionis; *cf. 'N. Archiv' XXXVI, p.* 700*].*

1147. mare[a] Proponticum, quod modo Brachium Sancti Georgii[b] ab indigenis dicitur, duoque[c] super litus eius, unde mercatum expectabamus, oppida parva, Salumbria[d.1] et Natura. Hoc mare olim Ellespontiacum[e] a nota Frixis et Helles fabula[2], vel Proponticum velut[f] ante-Ponticum dicebatur, eo quod a Pontico mari duorum maximorum fluminum[g], Tanais[h] et Danubii, impetu propulsum, quasi tenuiter fluens, **ut[i] volunt**, in Adriatico seu Tyrreno[k] mari iuxta Troiam antiquam recipiatur. Fateor, toto expeditionis tempore numquam laetiora habuimus[l] tabernacula, numquam, quantum ad sensus iudicium, maiorem
Sept. 8. ambitum occupaverant tentoria. *Et[m]* ecce circa vigiliam matutinam nubecula quedam parva exorta ymbrem[n] mitem produxit. Quem subito tantus pluviarum ventorumque[o] impetuosus turbo subsecutus est, ut concussis et solutis seu ad terram deiectis tabernaculis gravissime, qui post matutinorum laudes lectis nos receperamus[p], excitaret. Clamor totum vicinum replens aerem attollitur[q]. Amniculus enim — an ex refluxione proximi maris ymbriumve[n] multitudine an ex cataractis[r] ruptis in caelo ex supernae maiestatis ultione, **incertum**[s] — tantum intumuerat ex tumoreque preter morem inundaverat, ut totum cooperiret exercitum. Quid ageremus? Divinam id animadversionem potius *quam *p. 376.
naturalem inundationem *esse[t]* considerantes amplius attoniti fuimus; ad equorum tamen robur convolamus, unusquisque, prout poterat, amnem transire gestiens. Videres alios natantes, alios equis adherentes, alios, ut periculum[u] effugerent, per funes miserabiliter trahi, alios*[3]

*) nonnullos etiam vim aquarum non sustinentes miserabilius[4] mergendo aquis suffocari *(pro* alios — suffocarentur, *p.* 67, *l.* 8*) β.*

a) mare *om. A. A*.* b) Georii *B* 3. *C.* c) duo quoque *A*.* d) Salubria *A*. C* 2. e) Helesp. *A;* Hell. *A*;* Ellesponticum *B.* f) P. dic. v. Antep. *A*.* g) *ita A. A*. β. C;* fluviorum *B.* h) Tanays *B* 2. 3. i) ut vol. *des. A. A*. β.* k) Tirreno *A;* Terreno *A*;* Thirreno *C* 1; Thyrreno *C* 2. l) huiusmodi *β;* huius modi *B.* m) Et *deest A. A*.* n) imbr. *A. β. C* 1. o) vent. *om. A. A*.* p) recuper. *A*;* reciper. *C.* q) extoll. *A. A*.* r) caractis *A*, corr.* catar. *B* 1. s) *ita β. B;* inc. *deest A. A*. C.* t) esse *deest A. A*.* u) periculis *A*.*

1) *Ita legendum esse recte monuit Giesebrecht, 'DKG.' IV[2], p.* 479. *Oppida sunt Selymbria et Athyra.* 2) *[Cf. Isidor. Etymol. XIII,* 16, 8*].* 3) *[*alios — suffocarentur *ad Hegesipp. De bello Iudaico IV,* 15. *conformata].* 4) *[Cf. infra IV,* 57*].*

in flumen inordinate ruentes, ex[a] eo quod aliis inpreme- 1147.
ditate implicarentur[b], dimergi[c] plurimosque[c*], quod pos-
sent pretergredi, estimantes fluminis ictu abripi, caudi-
cibus[d] opprimi vique gurgitum[e] absorptos animam red-
dere in flumine, nonnullos natandi indoctos, ubi natantes
apprehendissent, ut evaderent, tenere sicque astrictos
defatigare, donec resupini, cessantibus brachiorum remi-
giis, utrique submersi suffocarentur. Aliqui ergo de
nobis in tentoria Friderici ducis, quae sola ab hac tam[f]
perniciosa clade penitus illesa manebant, nos transtuli-
mus ibique sacra missarum sollempnia audiendo[g], non
cum gaudio, sed cum multa cordis[h] amaritudine, nostro-
rum luctum et gemitum audientes, *Gaudeamus* cecinimus.
Denique alii amnem cum magno timore ac labore trans-
meabant, alii adunatis rhedis aliisque, quae[i] habere
poterant, instrumentis adhibitis, contra impetum aquae
quasi desperati repagulum ponebant, transitum inunda-
tionis prestolantes. Quantum vero dampnum tam in
personis quam in rebus et utensilibus ad tam longam
viam necessariis exercitus noster ibi acceperit, dicere
non oportet. Cerneres[k] sequenti die[1], cum mitigatis *Sept.* 9.
aquis terrarum facies appareret[l], omnibus nobis hac et
illac dispersis, tam tristissimum tabernaculorum nostro-
rum aspectum, quam perendie[1] poteras videre laetissi-
mum, ut non inmerito, quanta divinae celsitudinis esset[m]
potentia quamque humanae iocunditatis nichil firmi
habens velox momentum, luce clarius appareret. Sed[n]
de his hactenus.

XLVIII.[o] Fuit illis in diebus in Aquitania Galliae (16).
civitate Pictavis episcopus Gilebertus[p] nomine. Hic[q] ex
eadem civitate oriundus, ab adolescentia usque ad ulti-
mam senectutem in diversis Galliae locis phylosophiae
studium colens, re et nomine magistri officium admini-
strarat[r] noviterque[s] ante hos dies ad culmen pontificale 1142.
in prefata civitate sublimatus fuerat, consuetus ex in-

a) ex *deest A. A**. b) implicarent *B.* c) demergi *C. (Heges.).* c*) populosque *C.* d) *ita A. A*. B* 1. 2. *(Heges.); alio atram. mut.* cauticibus *C* 1; cautibus *B* 3? *C* 2. e) gurgitis *A. A*; sed* gurgitum *etiam Hegesipp.* f) tam *deest C.* g) audientes *C.* h) amar. cordis *C.* i) quae *om. A. A*. β.* k) cernere *B* 1. 3. l) apparet *B* 1. 3. m) esset pot. *om. β.* n) Sed — hactenus *deest β.* o) *num. deest A, numeri vice antecedit* Capitulum ad idem; *cf. supra p.* 65, *n.* h. p) Gislebertus *B.* q) *sequentia habet B**. r) administrat *B* 1. 3. *B**. s) *ita β. C;* noviter *A. A*. B.*

1) *[Cf. Bernhardi, 'Konrad III.' II, p.* 614, *n.* 59; perendie *non ex* pridie *depravatum, sed pro* nudius tertius *positum videtur].*

genii subtilis magnitudine ac rationum acumine multa
1147. preter communem hominum[a] morem dicere*. Is igitur[b], cum quadam vice conventum de sua diocesi clericorum magnum celebrans sermoni, quem forte gratia exhortandi habebat, quedam de fide sanctae trinitatis intersereret, a duobus archidiaconibus suis, id[c] est Arnaldo[d] et Kalone, tamquam contra katholicae[e] normam aecclesiae doctrinam instituens ad summi pontificis Romanaeque sedis[f] examen interposita appellatione vocatur. Sic utrique[g] viam carpunt Romanoque pontifici Eugenio ab Urbe in Gallias tendenti Senis civitate Tusciae occurrunt[1]. Quibus Romanus antistes auditis causaque viae cognita[h], breviter respondit se Gallias introire ibique de hoc verbo, eo[i] quod propter litteratorum virorum copiam ibidem manentium oportuniorem examinandi facultatem haberet, plenius velle cognoscere. Archidiacones in Gallias redeunt ac[k] consulto Bernhardo supra memorato abbate eum in commodum causae suae *adversus[l] episcopum* inclinant.

(47). XLVIIII. Erat enim predictus abbas tam ex Christianae religionis fervore zelotipus quam ex habitudinali mansuetudine quodammodo credulus, ut et magistros, qui humanis rationibus saeculari sapientia confisi nimium inherebant, abhorreret et, si quidquam ei Christianae fidei absonum de talibus diceretur, facile aurem preberet. Ex quo factum est, ut non multo[m] ante hos dies ipso auctore primo ab episcopis Galliae, post a Romano pontifice[n] Petro Abailardo[o] silentium impositum fuerit.

Petrus[p] iste ex ea Galliae provincia, quae nunc ab
1079. incolis Brittannia dicitur, originem trahens — est enim predicta terra clericorum acuta ingenia et artibus applicata habentium, sed ad alia[q] negotia pene stolidorum ferax, quales fuerunt duo fratres Bernhardus et Thedericus[r], viri doctissimi — is, inquam, litterarum studiis aliisque[s] facetiis[t] ab ineunte etate deditus fuit, sed

*) Sed unde orta sit predicta altercatio, breviter intimamus *add. B**.

a) morem hom. *A. A**. b) ergo *β*. c) id est *om. C2*. d) Arnoldo *β. A**. e) cath. *β. C*. f) *alio atram. superscr. C1*. g) uterque *A*. h) causaque recognita *A*. i) eo *om. A**. k) ac *om. A**. l) adv. ep. *des. A. A**. m) multum *A. A**. n) supra memorato *add. B**. o) Abaiolardo *B*. p) *novum cap. soli inc. A* (Capitulum LI. incipit, *sed cf. infra p.* 69, *n.* x) *atque A* (cf. ind.)*. q) neg. alia *A. A**. r) Theodoricus *A. β;* Theodricus *A**. s) que *om. B1*. t) *ita recte β. C1* (faceciis). 2; facetus *A. A**; facet' *B1*. 3.

1) *[Mense Ianuario exeunte vel Februario ineunte; Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. II, p. 39]*.

tam arrogans suoque tantum ingenio confidens[a], ut[b] vix
ad audiendos[c] magistros ab altitudine mentis suae hu-
miliatus descenderet. Habuit tamen primo preceptorem
*p. 377. Rozelinum quendam[d], qui *primus nostris temporibus in
logica sententiam vocum[e] instituit, et post ad gravissi-
mos viros, Anshelmum[f] Laudunensem, Guillelmum[g] Cam-
pellensem[h] Catalaunensem[i] episcopum, migrans ipsorum-
que dictorum[k] pondus tamquam subtilitatis acumine va-
cuum iudicans non diu sustinuit. Inde magistrum in-
duens Parisius venit, plurimum in inventionum subtilitate
non solum ad phylosophiam[l] necessariarum, sed et pro
commovendis ad iocos hominum[m] animis utilium valens.
Ubi occasione quadam satis nota non bene tractatus
monachus in monasterio sancti Dyonisii[n] effectus est. 1119.
Ibi die noctuque lectioni ac meditationi incubans de acuto
acutior, de litterato efficitur litteratior, in tantum, ut
post aliquod tempus ab obedientia abbatis *sui[o]* solutus
ad publicum prodiret[p] docendique rursus[q] officium as-
sumeret. Sententiam ergo vocum[e] seu nominum in naturali
tenens facultate non caute theologiae admiscuit. Quare de
sancta trinitate docens[r] et scribens tres personas, quas
sancta aecclesia non vacua nomina tantum, sed res distinc-
tas suisque proprietatibus discretas[s] hactenus et pie cre-
didit et fideliter docuit, nimis adtenuans, non bonis usus
exemplis, inter caetera dixit: *Sicut eadem oratio est propositio,
assumptio et conclusio, ita eadem essentia est pater et filius et
spiritus sanctus.* Ob hoc Suessionis provinciali contra eum 1121.
synodo sub presentia Romanae sedis legati congregata, ab
egregiis viris et nominatis magistris Alberico Remense et
Letaldo[t] Novariense Sabellianus hereticus iudicatus, libros,
quos ediderat[1], propria manu ab episcopis igni dare coactus
est, nulla sibi respondendi facultate, eo quod disceptandi
in[u] eo pericia ab omnibus suspecta haberetur, concessa.
Haec sub Lodewico[v] seniore[2] Francorum[w] rege facta sunt.

L.[x] Post haec, dum rursus pluribus diebus legeret (48).
maximamque post se sociorum multitudinem traheret,

a) confisus *A. A**. b) ut vix *om. A*;* vix *post add. B* 1. c) audiendum *A**. d) quend. *om. A*. e) vocis *A*. f) Anselmum *C;* Anselinum *β*. g) *ita A. β. B*. C* 1; Guilh. *C* 2; Gwilh. *B* 1; Gwilleh. *B* 3. h) Camp. *om. A** 2; Cap. *B* 1. i) Catalau *A. B* 1. 3; Catalaum *C* 1; Cathalaū *A*;* Catallum *β;* Catalauni *B* 2. *C* 2. k) dictorumque ips. *A*. l) phil. *A. β. C*. m) an. hom. *C*. n) Dion. *A. β. C*. o) sui *deest A. A**. p) rediret *A. A**. q) off. rurs. *A. A**. r) doc. *om. B* 3. s) discretis *C*. t) Leutaldo *C*. u) per. in eo *A. A**. v) Lodev. *A, et ita post;* Ludewico *B* 1. 3. w) rege Fr. *A*. x) Capitulum LI. incipit *A*.

1) *[Tractatum scilicet de unitate et trinitate divina, ed. R. Stölzle, Freib. i. B.* 1891, *ubi non eadem verba quae supra l.* 25—27; *sed cf. p. XXIV,* 73 *sqq.].* 2) *[VI].*

sedente in urbe Roma Innocentio, in Francia vero Lodewico[a] superioris Lodewici[b] filio[1] regnante, ab episcopis
1140. abbateque Bernhardo denuo ad audientiam aput Senonas evocatur, presentibus Lodewico[c] rege Theobaldoque palatino comite et aliis nobilibus de populoque[d] innumeris. Ubi dum de fide sua discuteretur, seditionem populi timens apostolicae sedis presentiam appellavit. Episcopi vero simul et abbas, missa ad Romanam aecclesiam legatione[e] ac eis, pro quibus impetebatur, capitulis, dampnationis eius sententiam[f] in litteris expetiverunt[g], quarum exemplar hoc est:

Reverentissimo[h] *domino et dilectissimo patri, Dei gratia summo pontifici Innocentio S.*[2] *Remensis archiepiscopus, Iohelinus*[i] *Suessionis*[k], *Gau.*[3] *Catalaunensis*[l], *A. Anebanensis*[m. 4] *episcopi* debitae subiectionis voluntarium obsequium. Auribus occupatis ad plurima verbum facimus breve de prolixo negotio, pro eo maxime, quod id ipsum plenius et diffusius continetur in litteris domni Senonensis. Petrus Abailardus*[n] *Christianae fidei meritum evacuare nititur, dum totum, quod Deus est*[o], *humana ratione arbitratus comprehendere, ascendit usque ad caelos et descendit usque ad abyssos*[5];
Is. 7, 11. *nichil est quod lateat eum, sive* in profundum inferni sive in excelsum supra. *Homo est magnus in oculis suis, disputans de fide contra*[p] *fidem, ambulans in magnis et mirabilibus*[q] *super se*[6], *scrutator maiestatis*[7], *heresum fabricator. Iam dudum fecerat librum de sancta trinitate, sed sub legato Romanae aecclesiae igne*[r] *examinatus est, quia inventa est in eo iniquitas*[8]. *Maledictus qui reedificat ruinas Iericho*[9]! *Surrexit a mortuis liber ille, et cum eo multorum hereses,*

*) Bernhardus Clarevallensis *add. B**.

a) Lodov. *C* 2, *et ita post.* b) Lŏdewici *C* 1. c) Ludew. *h. l. etiam A**. d) que *om. B* 1. e) legationem *β. B* 1. f) sent. *om. A**. g) expetierunt *A;* reportaverunt *β. C;* ut supra dictum est exp. *B**, *qui pergit c.* 52, *sequentem vero epistolam habet alio loco.* h) Reverendissimo *A. β. C* 2, *praemissis verbis* Capitulum LII. incipit. *A.* i) *alio atram. corr.* Iozelinus *C* 1, *et ita C* 2. k) Swessionis *B. B*ᶜ. l) Catalamensis *A;* Catalanensis *A*;* Catalauēn *β;* Cautalaunensis *B.* m) *ita β. B* 1. 3. *B*. C;* Aban. *A. A**; Anaban. *B* 2. n) Abaelard. *h. l. A. A*. β;* Abaielardus *B;* Bailardus *C* 1. o) est *deest B.* p) contra fid. *alio atram. in marg. suppl. C* 1. q) in mir. *B.* r) igne *deest B.*

1) *[VII].* 2) *Samson.* 3) *Gaufredus.* 4) *Lege:* Atrebatensis; *Alvisus.* 5) *[Ps.* 106, 26: Ascendunt usque ad coelos et descendunt usque ad abyssos*].* 6) *[Ps.* 130, 1: neque ambulavi in magnis neque in mirabilibus super me*].* 7) *Prov.* 25, 27: qui scrutator est maiestatis. 8) *[Ezech.* 28, 15: inventa est iniquitas in te*].* 9) *[Ios.* 6, 26: Maledictus vir . . . qui . . . aedificaverit civitatem Iericho*].*

qui dormierant, surrexerunt et apparuerunt multis[1]. *Denique* 1140.
iam extendit palmites suos usque ad mare et usque Ps. 79, 12.
Romam[a] propagines eius. *Haec*[b] ***est** gloriatio hominis illius, quod liber suus in curia Romana habet, ubi caput suum*[c] *reclinet*[2]; *hinc confortatus et confirmatus est error eius*[d]. *Proinde cum fiducia predicat verbum iniquitatis usquequaque. Propterea, cum in conspectu episcoporum super his eum argueret abbas Clarevallensis zelo iusticiae et fidei armatus, ille nec confessus est nec negavit*[3], *sed a die et*[e] *loco et iudice, quem ipse sibi elegerat, sine lesione, sine gravamine, ut prolongaret iniquitatem*[4], *sedem apostolicam appellavit. Episcopi, qui propter hoc unum convenerant, vestrae reverentiae deferentes nichil in personam eius egerunt, sed tantummodo capitula a sanctis olim*[f] *patribus condempnata medicinali necessitate, *ne morbus serperet, adiudica-*
*p. 378. *verunt*[g. 5]. *Quia ergo homo ille multitudinem trahit post se et populum, qui sibi credat, habet, necesse est, ut huic morbo*[h] *celeri medicina occurratis.*

Sero[6] enim medicina operatur[i],
Cum mala per longas invaluere[k] moras.

Processimus nos in hoc negotio, quousque ausi sumus; tuum, beatissime pater, est[l] *de caetero providere, ne aliqua hereticae pravitatis macula decor aecclesiae contaminetur. Tibi commissa est sponsa Christi, o amice sponsi*[7]. *Tuum est eandem uni viro virginem castam exhibere Christo*[m. 8].

Rescriptum[n] vero Innocentii tale[o. 9].

Innocentius episcopus, servus servorum Dei, venerabili- 1141.
bus fratribus Heinrico Senonensi[10] *et*[p] *S.*[q] *Remensi archiepiscopis eorumque suffraganeis et karissimo in Christo filio*

a) ad R. *A**. b) Hoc *B*;* Haec — reclinet *des. B;* est *deest B*. C.* c) suum *deest β.* d) illius *A. A*. C* 2. e) et a *C* 1; a *C* 2. f) patr. olim *A. A*.* g) *ita codd.; Kohl* igni *supplere, Scheffer-Boichorst* abiudicaverunt *emendare voluit, quorum neutrum probare velim, sed nescio an aliud quid exciderit; cf. infra I,* 56. *II,* 2. h) malo *A. A*;* morbo *post add. B* 1. i) paratur *C. Ovid.* k) conval. *C. Ovid.* l) *ita A. A*. C;* tuum beat. pat. est tutum est *β;* tuum est b. p. *B.* m) *numerus* 50 *adscr. β.* n) *praecedit* Capitulum de eodem *A.* o) est *add. β.* p) et *om. C.* q) Reinaldo *C.*

1) *[Matth.* 27, 52. 53: multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt . . . et apparuerunt multis*].* 2) *[Matth.* 8, 20: Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet*].* 3) *[Ioh.* 1, 20: Et confessus est et non negavit*].* 4) *[Ps.* 128, 3: prolongaverunt iniquitatem suam*].* 5) *[Patet episcopos capitula illa papae misisse, ut ea condemnaret; cf. p.* 70. 73*].* 6) *Ovid. De rem. amoris* 91. 7) *[Cf. Ioh.* 3, 29*].* 8) *[2. Cor.* 11, 2: Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo*].* 9) *Exstat etiam inter Abaelardi et Bernhardi Opera, ex quibus pauca notavimus (Op.).* 10) *Cf. supra p.* 70, *l.* 18*].*

1141. _B. Clarevallensi abbati salutem et apostolicam benedictionem._
Eph. 4, 5. _Testante apostolo, sicut_ unus[a] Dominus, una[b] fides _esse_
dinoscitur, in qua tamquam immobili fundamento, preter
quam nemo potest[c] _aliud ponere_[1], _firmitas katholicae aeccle-_
siae[d] _inviolata consistit. Inde est, quod beatus_ *_Petrus_[e]*
apostolorum princeps pro eximia huius fidei confessione[f]
Matth. 16, 18. _audire meruit:_ Tu es, *_inquam_[g]*, Petrus, et super hanc
petram edificabo[h] aecclesiam meam, _petram_[i] _utique firmi-_
tatem fidei et katholicae unitatis soliditatem manifeste de-
cf. Ioh. 19, 23. 24. _signans. Haec siquidem est inconsutilis tunica redemptoris_
nostri, super quam[k] _milites sortiti sunt, sed eam dividere_[l]
Act. 4, 25. 26. _minime potuerunt. Contra quam in inicio_ fremuerunt
(Ps. 2, 1. 2). gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges
terrae, et principes[m] convenerunt in unum[n]. _Verum_
apostoli duces dominici gregis et eorum successores apostolici
viri ardore caritatis et zelo rectitudinis succensi fidem de-
fendere et eam in cordibus populorum proprii sanguinis
effusione plantare non dubitaverunt. Demum cessante per-
Matth. 8, 26. _secutorum rabie_ imperavit _Dominus_[o] ventis, et facta est
in aecclesia tranquillitas magna[p]. _Sed quia hostis humani_
1. Petr. 5, 8. _generis semper_ circuit, querens quem devoret, _ad im-_
pugnandam[q] _sinceritatem fidei fraudulentam hereticorum_
fallaciam subinduxit[r]. _Contra quas_[s] _veri aecclesiarum rec-_
tores viriliter insurgentes eorum prava dogmata cum ipsorum
auctoribus condempnarunt. In magna *_namque_[t]* _Nicena_
synodo Arrius hereticus est[u] _dampnatus. Constantinopoli-_
tana synodus Manicheum hereticum debita sententia con-
dempnavit. In Ephesina synodo Nestorius condignam sui
erroris condempnationem[v] _recepit. Calcedonensis quoque_
synodus Nestorianam heresim et Euticianam cum Dioscoro
et eius complicibus iustissima sententia confutavit. Martianus[w]
preterea, licet laicus, christianissimus tamen imperator, katho-
licae fidei amore[x] _succensus, predecessori nostro sanctissimo_

a) una fides unus Dominus _A. A*._ b) ita una _Op._ c) aliud potest _C._ d) aeccl. _om. A. A*._ e) Petrus _deest A. A*._ f) a Domino ac Salvatore nostro _add. Op._ g) _ita β. B. C; deest A. A*;_ inquit _Op. Waitz._ h) p. e. s. hanc p. _per compend. scr.;_ edif. aeccl. meam _om. A._ i) Petrum _A._ k) qua _A. A*._ l) min. div. _A*._ m) principes — unum _om. A._ n) ad D. _add. B_ 1. o) Dom. _deest C._ p) maris _A._ q) expugnandam _C._ r) induxit _A. A*._ s) quos _Op. recte._ t) namque _deest A. A*._ u) dampn. est _A. A*._ v) dampnacionem _A;_ dampnum normē (dampnationem?) _A*._ w) _praecedit_ Capitulum aliud de eodem _A; initialis littera_ M _punctis rubris distincta C_ 1. x) amore _om. A*._

1) [1. _Cor._ 3, 11: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere praeter id quod positum est].

papae Iohanni[1] *scribens adversus eos qui sacra mysteria profanare contendunt inter cetera sic loquitur dicens:* Nemo clericus vel militaris vel alterius cuiuslibet conditionis de fide Christiana publice conetur in posterum tractare. Nam iniuriam facit iudicio[a] reverentissimae[b] synodi, si quis semel iudicata et recte disposita revolvere et iterum disputare contendit; et in contemptores huius legis tamquam in[c] sacrilegos pena non deerit. Igitur[d], si quis clericus erit, qui publice tractare de religione ausus fuerit, a[e] consortio clericorum removebitur[f]. *Dolemus*[g] *autem, quoniam, sicut litterarum vestrarum inspectione et missis a fraternitate vestra nobis errorum*[h] *capitulis cognovimus, in novissimis diebus, quando instant periculosa tempora*[2], *magistri P. Abailardi*[i] *pernitiosa doctrina et predictorum hereses et alia perversa dogmata katholicae fidei obviantia pullulare coeperunt. Verum in hoc maxime consolamur et omnipotenti Deo gratias agimus, quod in*[k] *partibus vestris pro patribus tales filios suscitavit et in tempore apostolatus nostri*[l] *in aecclesia sua tam preclaros voluit esse pastores, qui novi*[m] *heretici studeant calumpniis obviare et inmaculatam sponsam*[n] *uni viro virginem*[n*] *castam*[n] *exhibere Christo*[3]. *Nos*[o] *itaque, qui in kathedra sancti Petri, cui a Domino dictum est:* Et[p] tu aliquando conversus confirma fratres tuos, *licet indigni, residere conspicimur, communicato fratrum nostrorum episcoporum cardinalium*[q] *consilio, destinata nobis a vestra discretione capitula et universa ipsius Petri perversa*[r] *dogmata sanctorum canonum auctoritate cum suo auctore dampnavimus eique tamquam heretico perpetuum silentium imposuimus. Universos quoque erroris sui sectatores et defensores a fidelium consortio sequestrandos et excommunicationis vinculo innodandos esse censemus. Datum*[s] *Laterani XII. Kal. Augusti*[t].

1141. — *2. Cor.* 11, 2. — *Luc.* 22, 32. — *Iul.* 21. (16).

a) rev. syn. iud. *A. A**. b) reverendissimo *A.* c) in *om. A.* d) ergo *β.* e) a *om. β.* f) ammov. *A**. g) *praecedit* Capitulum aliud *A; littera initialis maior puncto rubro distincta C*1. h) err. vestrorum c. *A. A**. i) *ita C;* Abaelardi *A. β;* Abaeelardi *A** 2; Abaiolardi *B.* k) in part. *om. A. A**. l) nrī, n *e corr. A;* ūri *A*. B* 3, *corr.* nrī *B* 1. m) novi *om. A. A**. n) sponsam *om. A. A**. n*) virg. castam *om. A. A**; et c. *Op.* o) *praecedit* Capitulum *A; littera initialis maior puncto rubro distincta C* 1. p) Et tu *om. β.* q) card. *om. A. A**. r) perv. *deest C.* s) Dat̄. *B* 1. 3. *C* 1; Dat. — Augusti *des. A. A*. B*;* 17. Kal. *Op., quod praeferendum est (Jaffé-Loewenfeld* 8148*).* t) *numerus* 51 *adscr. β.*

1) *[Error manifestus; verba infra allata in edicto imperatorum Valentiniani III. et Marciani a.* 452. *ad cives Constantinopolitanos dato, Mansi, Coll. Concil. VII, col.* 475, *inveniri animadvertit Kohl].*
2) */2. Tim.* 3, 1: In novissimis diebus instabunt tempora periculosa/.
3) */Cf. supra p.* 71, *n.* 8/.

(49). LI.[a] Petrus[b] dampnationem sui dogmatis a Romana aecclesia confirmatam cognoscens ad Cluniacense cenobium se contulit, apollogeticum[c] scribens et[d] predictorum capitu*lorum partim verba, ex toto autem sensum negans, *p. 379. qui sic incipit[1]: *Ne iuxta Boetianum illud*[2] *proemiis nichil afferentibus tempus teratur*[e], *ad rem ipsam veniendum est, ut innocentiam meam ipsa rerum veritas potius quam verborum excuset prolixitas.* Haec[f] autem pauca de multis contra eum[g] posita sufficiant capitula: Quod pater sit plena potentia, filius quedam potentia, spiritus sanctus nulla potentia. Quod spiritus sanctus non sit de substantia patris. Quod spiritus sanctus sit anima mundi. Quod Christus non assumpsit carnem, ut nos a iugo diaboli liberaret. Quod non peccaverunt qui Christum
1142. ignoranter crucifixerunt. Ipse vero non multis post
(Apr. 21). diebus coram fratribus suis fidem suam humiliter exponens in eodem[3] vitam finivit cenobio[h].

(50). LII.[i] Igitur, ut ad id, a quo digressa fuit[k], re-
1147. deat oratio[4], pretaxati archidiacones*[5], ascito sibi tantae auctoritatis et estimationis viro, abbate Bernhardo, episcopum Gilebertum[l] eadem, qua predictum Petrum, via dampnare adtemptabant. Sed nec eadem causa nec similis erat[m] materia. Iste enim ab adolescentia magnorum virorum disciplinae se subiciens magisque illorum ponderi quam suo credens ingenio, qualis primo fuit Hylarius[n] Pictaviensis[o], post Bernhardus Carnotensis, ad ultimum Anshelmus[p] et Radulfus[q] Laudunenses, germani fratres, non levem ab eis, sed gravem doctrinam hauserat, manu non subito ferulae subducta[6], a scientia haut[r] censura morum vitaeque[s] gravitate discordante, non iocis vel ludicris, sed seriis rebus mentem applicarat. Hinc[t] erat, ut tam gestu quam voce pondus servans,

*) Arnoldus et Kalonus *add. B*.*

a) *numerus deest, exstat solum* Capitulum aliud *(rubr.) A.* b) *littera initialis maior nigra, rubra linea distincta C* 1. c) *ita A. B* 3. *C* 1; appolog. *A**. *B* 1; apolog. *C* 2. d) et *deest C.* e) teratur *corr.* tardetur *A** 1, *et ita A** 2. f) *praecedit* Capitulum *A.* g) eum pos. *om. A. A**. h) *numerus* 52 *adscr. β; sequitur c.* 53 *B**, *ubi c.* 52 *alio loco exhibetur.* i) Capitulum LIII. incipit *A.* k) fuit or. red. *A;* est or. red. *A**. l) Gilibertum *C;* Giselbertum *B* 1. m) fuit *A. A**. n) Hil. *β. C.* o) Pictaū *A.* p) Anselmus *β* (Anselinus?). *B**. *C* 1. q) Rudolfus *A. A**; Radolfus *B* 1. 3. *B**. r) aut *B.* s) que *om. A. A**. t) *novum cap. inc. B* 1. 3.

1) *Qui deperditus est; fragmenta collegit Cousin, Abaelardi Opera II, p.* 730 *sqq.* 2) *[Boeth. De syll. categ. I. in.:* Sed ne prooemiis nihil afferentibus tempus teratur*].* 3) *[Immo in coenobio S. Marcelli prope Chalon-sur-Saône].* 4) *[Cf. supra p.* 54, *n.* 2*].* 5) *[Cf. supra I,* 48, *p.* 68*].* 6 *[Iuvenal.* 1, 15: manum ferulae subduximus*].*

1147. sicut in factis gravem[a], sic in dictis se ostenderet difficilem, ut numquam puerilibus, vix[b] autem eruditis et exercitatis quae ab eo dicebantur paterent[c] animis. Is itaque primo Autisiodorum[d], post Parisius*) vocatus est. Erant inter caetera quae illi obiciebantur de divina maiestate quatuor[e] capitula[1]: Quod[f] videlicet assereret divinam essentiam non esse Deum. Quod[g] proprietates personarum non essent ipsae personae. Quod theologicae personae in nulla predicarentur propositione. Quod divina natura non esset incarnata. Et preter haec alia minora[h], id est[2]: Quod meritum humanum attenuando nullum mereri **diceret**[i] preter Christum. Quod aecclesiae sacramenta evacuando diceret nullum baptizari nisi salvandum; et caetera in hunc modum[k].

(51). LIII.[l] Itaque presidente cum cardinalibus, episcopis aliisque viris venerabilibus et eruditis in iam dicta civitate Parisius summo pontifice Eugenio, predictus episcopus Gisilbertus[m] consistorio presentatur de his capitulis responsurus. Producuntur contra eum duo magistri, Adam de Parvoponte, vir subtilis et Parisiensis aecclesiae canonicus recenter factus, Hugo de Campo[n]-florido, cancellarius regis, asserentibus eis et quasi sub sacramento pollicentibus[n*] se aliqua ex his de proprio eius ore audisse, non sine multorum qui aderant admiratione, viros magnos et in ratione disserendi exercitatos pro[o] argumento iuramentum afferre[p].

(52). LIIII.[q] Ibidem dum[r] hinc inde multa sibi obicerentur, pluriumque inpulsionibus[s] ad responsionem de re tam ineffabili cogeretur, intra[t] caetera dixisse traditur: 'Audacter confiteor patrem alio esse patrem, alio Deum, nec tamen[u] esse hoc et hoc'[3]. Cuius dicti obscuritatem tamquam verborum profanam novitatem tam

*) examinandi causa *add. B**.

a) *ita A. β. B. B*; deest A*. C.* b) vix *om. A**. c) pateret animus *A. A**. d) Anisiodorum *A;* Autissiodorum *B*. C* 1; Antissiod. *β;* Antisiod. *C* 2. e) IIII *A. β.* f) *A* rubro add. in marg.:* Articuli heretice pravitatis. g) quae (q̄) *A;* Quod proprietas *β;* que proprietas *corr.* et quod proprietates *A** 1, *et ita A** 2. h) maiora *A. A**. i) dic. *deest A. A*. β. B* 1. 3. k) *numerus* 53. *adscr. β; sequitur c.* 29. *B**. l) Capitulum LIIII. *A; nulla cap. dist. B* 1. 3. m) *ita h. l. A. A*. β. B. B*. C* 1; Gilib. *C* 2; Pictaviensis episcopus *add. B**. n) Ponte fl. *A. A**. n*) *ita codd.* o) iuram. pro arg. *β.* p) *numerus* 54. *adscr. β.* q) Capitulum LV. *A; nulla cap. dist. A**. r) hinc inde dum *A**. s) inpulsationibus *C.* t) inter(int') *A, nescio an melius.* u) inde *β;* esse tamen *A. A**.

1) *Cf. quae Mansi XXI, col.* 711. *ex codice Sirmondi habet.* 2) *[Haec non nisi in 'Sententiis divinitatis' a Gilbertista quodam compositis leguntur, tract. IV,* 33, *p.* 80*. *V,* 3, *p.* 150**; cf. B. Geyer, 'Die Sententiae divinitatis', Münster* 1909, *p.* 26 *sq.* 41 *sq.]*. 3) *[Cf. infra c.* 55, *p.* 80, *n.* 2*]*.

1147. inpacienter magister Iohelinus Suessionensium[a] episcopus excepit, ut iuxta proverbium medium[b] vitando incurreret ripam; nondum enim auctoritatem[c] illam Augustini legerat vel fortassis lectam[d] intellexerat, qua de eodem altissimo loqui gestiens secrete[e] inter caetera dicit[1]: _Sic aliud est Deo esse, aliud subsistere, sicut aliud [est[f]] Deo esse, aliud patrem_ *_esse_[g]* _vel dominum_[h] _esse. Quod enim est ad se dicitur, pater autem ad filium, et dominus ad servientem creaturam._ Ait ergo predictus episcopus: 'Quid est[i] quod dicis, esse Deum nichil est?' Erat quippe quorumdam in logica sententia, cum quis *diceret So- *p. 380. cratem esse, nichil diceret. Quos prefatus episcopus sectans talem dicti usum[k] haut premeditate ad theologiam verterat. Quo verbo omnium pene auditorum ab illo in se retorsit spicula[2]. Post haec sedato clamore, cum a circumstantibus rogaretur episcopus Gisilbertus[l], ut, quare in theologia personas in tantum distingueret, aperire vellet, breviter respondit[m]: 'Quia omnis persona res est per se una'[3]. Et ita non sine magno[n] multorum qui aderant stupore conventus ea die solvitur. Alia rursus[o] die in causam ductus pulsatusque de novitate dictionis, eo quod in prosa de sancta trinitate tres personas tria singularia vocaverit, N.[4] Rotomagensis archiepiscopus causam adgravavit, dicens Deum potius debere[p] dici unum singulare quam tria singularia, non tamen sine multorum scandalo, cum Hylarius[q] in libro[r] de synodis dicat[5]: _Sicut duos deos dicere profanum est, ita singularem et solitarium dicere sacrilegium est;_ et[s] item in eodem[6]: _Nichil solitarium ex divinis sacramentis ad suspicionem audientium et ad_[t] _occasionem blasphemantium proferamus._

Episcopus[u] vero Pictavinus[v] in prefatis dictis suis
(53). simplicem[w] se habuisse sensum[w] testabatur, affirmans

a) Swessionum _B_ 1. b) med. _deest β._ c) illam Aug. auct. _A;_ ill. auct. _A*._ d) non _add. B*._ e) secreto _A. C._ f) est _deest β. B. C. Aug._ g) esse _deest A. A*._ h) vel deum _in marg. alio atram. add. C_ 1. i) hoc _add. B_ 1. k) ausum _B_ 1. 3. l) _ita B;_ Gisebertus _A. A*;_ Gisilbertur _β;_ Gilebertus _C_ 1; Gilibertus _C_ 2. m) Subtilis eius responsio _h. l. rubro in marg. A*._ n) magno _deest A*._ o) die rursus _A. A*._ p) deb. _om. A. A*._ q) Hil. _β. C._ r) in sindis _A. A*._ s) Item (et _deest_) _β._ t) ad _deest A. A*._ u) _eodem versu pergit β; novum cap. inc. rel.;_ Capitulum LVI. incipit _A; A* praemittit rubram:_ Alia responsio eiusdem, _quam in indice frustra quaeras._ v) Pictaviensis _C._ w) simplices . . . sensus _A._

1) _De Trinitate VII,_ 4 (9), _Opera ed. Bened. VIII, p._ 860. 2) _Verg. Aen. XI,_ 676: contorsit spicula. 3) _[Gilb. Comm. in Boethii l. contra Eut. et Nest. c._ 3: Omnis enim persona adeo est per se una _etc.]._ 4) _[Hugo]._ 5) _Haec in libro de synodis ita non invenimus; cf. Opera ed. Bened. p._ 1174 _C._ 1178 _E._ 1182 _B; [Ottonis Chron. VIII,_ 34, _p._ 455_]._ 6) _L. l. p._ 1190 _C._

per singularia non theologicas personas, sed ipsarum excellentiam[a] intellexisse, secundum quod antonomasice Paulum solemus[b] vocare apostolum vel gloriosam Dei genitricem virginem singularem, eo quod nec est nec fuit nec erit talis virgo, quae videlicet simul sit mater et virgo; ea rationis proportione trium personarum excellentiam se considerasse, cum tria singularia diceret, asserebat, cum nec sit nec fuerit nec futurus sit talis pater, qui scilicet sit pater et Deus, atque in eundem[c] modum talis filius, talis[d] spiritus sanctus[e]. Quia[f] vero personam in theologia tamquam rem per se unam prenominatum virum intellexisse diximus[1], in ipsius sensum paulisper introire libet, quatinus[g] eiusdem iudicium dictionis facilius posteris pateat. Ad cuius intelligentiam haec divisio premittenda videtur.

LV.[h] In naturis proprietas[i] substantialis alia universalis, alia est singularis vel individualis vel[k] particularis; individualis alia personalis, alia non. Personam autem a personalitate *quasi*[l] denominative sumptam voco, non[m] quam Greci ab anteponendo prosopon, Latini a personando dicunt, sed eam, quam Boetius in libro de persona et natura contra Euticen et Nestorium disputans a Grecis ypostasin[n], non ethimologiam *vocis*[o], sed rei rationem secutus, personam vocavit, secundum hoc[p] et sic eam diffiniens[2]: *Persona est rationalis*[q] *naturae individua substantia.* Universalem vero dico non ex eo, quod una in pluribus sit[r], quod est inpossibile[3], sed ex hoc, quod plura in similitudine[s] uniendo[t] ab assimilandi unione universalis quasi in unum versalis dicatur. Qualis est a plurium similitudine maior corporeitas, minor animalitas, minima vel ultima humanitas significata[u]. Unde Boetius[4]: *Species est forma individuorum et ultima similitudo. Post hanc enim non similitudo, sed*[v] *dissimilitudo potius occurrit.* Ex quo patet alterum membrum, quare

a) exc. ips. *B* 1. 3. b) voc. sol. *A**. c) eodem modo *A. A**. d) et *add. B* 1. e) *numerus* 54. *iterum adscr. β (cf. p.* 75, *n.* p*).* f) *littera initialis* Q *minio picta β.* g) quatenus *β. C.* h) *nulla cap. dist. β. C;* Capitulum LVII. incipit *A; hoc loco A* rubram habet:* Excursus theologicus, *cf. ind.* i) substant. propr. *A;* substantialibus propr. *A**. k) vel part. ind. *om. A**. l) quasi *deest A. A**. m) numquam Gr. *B.* n) ypostasyn *B* 1. o) vocis *deest B.* p) vel h. *A.* q) rationabilis nec ind. *A**. r) sit *om. A**. s) similitudinem *β. B* 1. t) *ita β. B*. C* 1; veniendo *A. A**; vivendo *B. C* 2. u) consign. *A**. v) sed diss. *om. A. A**.

1) *[Cf. supra p.* 76, *l.* 18 *sq.].* 2) *Opera l. l. p.* 1206 *(liber contra Eutychen et Nestorium ed. Peiper c.* 3, *p.* 193*).* 3) *[Cf. Prantl, 'Gesch. d. Logik im Abendlande' II*[2]*, p.* 230*].* 4) *Cf. Comm. in Porphyrium, Opera p.* 56, *ubi similia, neque tamen haec leguntur verba.*

videlicet singularem, individualem vel particularem dixerim proprietatem, eam nimirum, quae suum subiectum non assimilat aliis, ut humanitas, sed ab aliis[a] dividit, discernit, partitur, ut ea, quam ficto nomine solemus dicere Platonitas[b], a dividendo[c] individua, a partiendo particularis, a dissimilando singularis dicta. Nec opponas, quod potius a dividendo dividuam[d] quam individuam[d] dici oporteat; nam cum suum subiectum non solum ab aliis dividat vel dissimilet, sed etiam in sua individualitate et dissimilitudine tam[e] firmiter manere faciat, ut nec sit nec fuerit nec futurum sit aliud subiectum[f], quod secundum eiusmodi proprietatem illi assimilari queat, melius individuum privando[g] quam dividuum ponendo vocatur, eiusque oppositum, quod se[h] dividendo pluribus communicat et communicando dividit, rectius dividuum dici debet[i]. Sed notandum, quod individuum et singulare non sunt ad se convertentia; nam omne individuum singulare, sed non omne singulare individuum. Haec enim albedo singulare est, sed non [est[k]] individuum. Denique in naturis nullum simplex individuum esse potest. Item non omne individuum personale[l], sed omne personale individuum secundum premissam subdivisionem, qua dictum est individuum aliud personale, aliud non, quod ex anteposita personae diffinitione facilius patebit. Cum enim omne[m] esse ex forma sit, quilibet[n] subsistens rem et nomen a sua capit forma. Item, cum omnis diffinitio alterius sit et alteri conveniat, non sine rationis via altero pro altero uti licet. Persona igitur[o] a suo esse, *quod ficto nomine personalitas dici *p. 381.
potest, vocabulum trahit, sed in diffinitione individua substantia tantum persona non dicitur nisi[p] cum adiunctione rationalis naturae. Cuius rei causa videndum[q] est aput Grecos, qui dicendi inopes non sunt[1], aliud usyan[r], aliud usyosin[s], aliud ypostasin[t] vocari. At nos usyan[u] essentiam, usyosin[v] subsistentiam dicere possumus,

a) eis *A. A**. b) *ita codd.* (Platonicas *C* 2); *cf. infra l.* 29. c) ad uidendo *B* 3. d) dividua — individua *A melius*. e) man. fac. tam firm. *A. A**. f) subiectum aliud *A*. g) predicando *B*. h) se *om. C*. i) debet *supra deletum* potest *C* 1. k) est *deest β. B. C*. l) inpers. *A. A**; pers. est *B* 1. 3. m) omne esse *om. β*. n) *ita β. B* 1. 3. *B**. *C* 1, *sed prius* i *erasum C* 1; q̊dlibet, q̊d *alio atram. in loco raso A*; quodlibet *C* 2. o) ergo *β*. p) nisi *om. β*. q) videnda *A**. r) usiam *β*; usiā *C* 1; usian *C* 2; usyam *B* 2. s) usiosin *A. A*. β. C (et ita post)*; usyon *B*. t) ypostasyn *A. B*. u) usyā *A*; usiam *β*; usyam *B* 2. v) usyo syn *B* 1; usiosyn *B* 3.

1) *[Boeth. l. contra Eut. et Nest. c.* 3: Neque enim verborum inops Graecia est, ut M. Tullius alludit *etc.]*.

ypostasin[a] ex Latini eloquii penuria uno non valentes verbo exprimere. Nam cum tam aput nos quam aput illos substantia vel ypostasis[b] a substando notetur[c], in hoc est differentia[d], quod nostra substantia ad cuncta quae substant est vaga, eorum vero ypostasis ad ea tantum quae in rationali substant natura est accommoda. Quare Latinus interpres, cum verbum ex verbo non posset exprimere, maluit sensum ex sensu retinendo personam potius quam substantiam transferre. Unde et personae predicta[1] adhibetur diffinitio: *persona est rationalis naturae individua substantia*[e]. Patet igitur[f], quod non omne[g] individuum est persona, quia non omnis individua substantia est rationalis natura; sicut esse huius berilli singularis, vel, ut consortio rationis utar, ipse berillus vel est individuum vel individua substantia, non tamen rationalis natura. Quamvis, etiamsi rationalis naturae[h] esset, tamen nondum plenarie berillus individua substantia dici posset. Neque enim individuam substantiam dicere solemus eam rem singularem, quae cum alia itidem re singulari ad aliquod totum constituendum[i] convenire valens[k] non est per se una. Nam per se unum est, quod nec actu nec natura potest, potuit, poterit cum alio ad constituendum aliquod totum concurrere. Ex quo fit, ut haec anima, quae substantia est *et[l]* rationalis naturae, tamen, quia hoc modo non est per se una vel individua, eo quod cum hoc corpore ad constituendum hunc hominem conveniat, non videatur dici persona[m], cum[n], secundum quod ostensum est, ab ea removeatur diffinitio haec: *persona est rationalis*[o] *naturae individua substantia*[p]. Quare et diffinitum iuxta logicorum regulam[q]: a quocumque diffinitio et diffinitum. Hic leo etiam, quamquam prefato modo res sit[r] per se una et individua, tamen, quia rationalis natura non est, secundum strictam personae acceptionem persona dici nequit. Restat, ut hic angelus et hic homo tantum plenarie[s] in naturalibus[t] persona[u] vocentur. Predictus[v]

a) ypostasyn *A. B.* b) ypostasys *B* 1. c) vocetur *A. A*, cf. infra p.* 80, *n.* f. d) distantia *B* 1. e) subst. *om. A. A** 1. f) ergo *β.* g) omne *om. B.* h) *ita codd. (pro* natura? *cf. l.* 13. 16. 33*).* i) const. conveniens non *A;* instit. conveniens non *A*.* k) valens *om. A. A*.* l) et *deest A. A*.* m) persone *B* 3. n) dum *A. A*.* o) ratio *A. A*, ubi* nat. ind. subst. *om.* p) substantie *B* 3. q) reg. *om. B.* r) sit *om. B* 1. 3. s) plene *A*.* t) natur. *om. B* 1. 3. u) personae *C;* persona — naturalibus *(p.* 80, *l.* 1*) om. β.* v) Capitulum LVIII. incipit *A; novum inc. cap. A*, nulla rubra praemissa.*

1) *[Cf. supra p.* 77, *l.* 25*].*

ergo episcopus duas in naturalibus regulas[a] ponens, quae tales sunt: diversorum subsistentium diversas esse subsistentias, diversarum personarum diversas esse personales proprietates, unam a[b] theologia exclusit, alteram admisit. Priorem enim, qua totidem dicuntur subsistentiae quot subsistentes, cum ab orthodoxis[c] inter Arrium et Sabellium dividentibus tres personae et una credatur essentia, penitus amovit[d], alteram admittens, cum nulla personalis proprietas in sancta trinitate patris sit quae filii vel[e] e converso. Ex quo personam a premisso naturalium usu, non ab eo quod prosopon vocatur[f], ad theologiam transsumptam asserebat, illud Hylarii[g] frequenter inducens[1]: *Absit, ut idem nunc se patrem, nunc se filium larvali similitudine mentiatur.* Inde eas personas etiam per se unas dicebat. Quod autem alio patrem dixit, alio Deum esse, nec tamen esse[h] hoc et hoc[2], hunc sensum habuit[i]: Deus in substantia[k] predicatur[l], pater ad aliquid, quae diversa predicamenta esse etiam in theologia, ex libro Boetii, quem de sancta trinitate scripsit, probatur[3], nec propter[m] hoc recte concludi, si est alio pater, alio Deus, ergo est hoc et hoc, cum hoc non recte concludatur, nisi prius concesso, quod utraque de Deo predicentur in substantiam, ut[n] cum dicimus: 'Deus est bonus, sapiens, omnipotens'[4]. Haec enim cum predicentur in substantiam, si diversa essent, procul dubio Deus esset hoc et hoc. Cum vero idem sit Deum esse sapientem, quod bonum, ut bene contra usum naturalium liceat dicere: 'Est sapientia bonus, bonitate sapiens', acsi ita in naturalibus procederem: 'Haec margarita est albedine candida, candore alba', non est hoc et hoc, sed est hoc. Quid senserit, posui; quid sentiendum sit, iudicent alii. Sed haec hactenus[o]. Nunc[p] ad hystoriae[q] seriem revertamur[r].

(54). 1147. LVI.[s] Cum[t] ita per aliquot dies iam sepe dictus episcopus coram summo pontifice de fide sua in civitate Parisius discuteretur, sentiens papa, utpote vir cautus et

a) reg. *om. B.* b) ā̄t *A;* autem *A**. c) ortod. *A. β* (ortodoxi). *C.* d) ammovit *B* 1. 2. e) et *A. A**. f) devocatur *A** 1. *β. B*;* denotatur *A. A** 2, *cf. supra p.* 79, *l.* 3. g) Hil. *C.* h) esse *deest C.* i) habet *B.* k) *Kohl h. l. ut l.* 23. 25. *legendum censet* in substantiam. l) p̄r *A. A*. β;* pater *B* 1. 3. *B**. m) per *A. A**. n) et *B* 1. o) act. *C* 1; De his hactenus *B**. p) Nunc — revertamur *des. A. B**. q) hist. *β. C.* r) redeamus *C.* s) Capitulum LIX. *A.* t) Dum *C* 2.

1) *Cf. Hilarii de Synodis librum, Opera l. l. p.* 1164; *ubi tamen non eadem verba.* 2) *[Cf. supra c.* 54, *p.* 75; *Boeth. l. de Trin. c.* 2. *et Comm. Gilberti].* 3) *[Cf. ib. c.* 4—6. *ac lib. de praedic. person. et Comm. Gilberti].* 4) *[Cf. Gilb. Comm. in Boeth. l. de praed. pers.].*

religiosus, causae dificultatem, protelandam eam usque 1147. ad universale concilium adiudicavit. Erat enim in pro- 1148. xima medianae quadragesimae dominica apud illius *Mart.* 21. Galliae metropolim Remis generale indictum concilium, tam ex eo, quod pretaxatus papa persecutionem populi *p. 382. sui *declinando in Galliis morabatur[1], quam ob hoc[a], quod[b] quidam pene[c] laicus, heretici honorem in vaccis populorum[2] affectans, examini aecclesiae reservandus in vinculis tenebatur[d]. Iste in angulis Galliae, id[e] est circa Brittanniam et Guasconiam[f], eo quod remotis ibi a[g] corde Franciae populis simplicitas vel potius, ut ita dixerim, stulticitas, cui facile error obrepere solet, habundat[3], verbum predicationis assumpserat Eumque tamquam Dei filium se nominans multam post se rudis populi traxit multitudinem, dicens, quod ipse esset, per quem[h] omnis oratio concluditur, cum dicimus: *Per eum*[i·4].

LVII.[k] Igitur volvente tempore, cum eadem me- (55). *Mart.* 21. diana quadragesima adveniret, dumque nos[1] a Turcis[m] dispersi Hierusalem[n] tendentes per altum navigaremus equor, in basilica beatae[o] Dei genitricis semperque virginis Mariae Remis, presidente summo pontifice Eugenio, sedit concilium. Productus fuit ibi, ut fingere liceat, cum scriptulis suis predictus Eum, vir rusticanus et illitteratus nec heretici nomine dignus, ac pro contumaci fatuitate vel fatua contumacia *sua*[p] puniendus Sigerio[5] abbati Sancti Dyonisii[q], qui regni[r] negotia ob absentiam regis in occidentali Francia iuxta illius cenobii prerogativam amministrabat, commissus ab eoque artae custodiae mancipatus vitam in brevi finivit[6]. Venerunt ad predictum concilium cum bulla aurea nuncii iunioris Romanorum[s] regis Heinrici, tam de sublimatione sua ad imperium[7] Romano pontifici significantes quam de

a) hoc *om.* *B* 1. b) quod *om.* *β.* c) pene *deest* *A**. d) reservabatur vel tenebatur *A.* e) id est *om.* *B* 1. f) *ita* *A. β. C.;* Gwasc. *B* 1. g) circa cord' *A. A**. h) quam *β. B* 1. i) etc. *add.* *C* 2. k) Capitulum LX. Incipit *A.* l) nos *deest C, ubi post* Turcis *add.* populi. m) trucis *B* 1. n) Ier. *A. β. B.* o) beatae *om.* *C.* p) sua *deest* *A. A**. q) Dion. *β. C.* r) reni *B* 1. 3. s) Romani *A. A**.

1) *[Cf. I,* 48, *supra p.* 68*]*. 2) *Cf. Ps.* 67, 31: congregatio taurorum in vaccis populorum. 3) *[Cf. supra I,* 49, *p.* 68*]*. 4) *[Cf. Sigeberti Cont. Gemblac.* 1146, *SS. VI, p.* 389: Ad postremum, diabolico spiritu completus, in tantam prorupit insaniam, ut diceret et credi cogeret se esse filium Dei, affirmans se esse eum, per quem sacerdotes in aecclesia generalem collectam solent terminare dicendo: 'Per eundem Dominum nostrum'*]*. 5) *Sugerio.* 6) *[Cf. Sigeberti Cont. Gemblac.* 1148, *l. c. p.* 390*]*. 7) *[Cf. I,* 45, *supra p.* 63*]*.

1148. tribus fratribus Poluniae[a], qui eiecto quarto et seniore ducatum inter[b] se diviserant[1], ac de episcopis illius provinciae, qui super hoc patri ipsorum iuramentum prestiterant, querimoniam facientes. Famae quoque malum, omnibus motabilibus[c] velocius, iuxta illud[2]:

Fama malum, quo[d] *non*[e] *velocius ullum*
Mobilitate viget[f],

inmensitatem sali[g, 3] ex naturae suae celeritate transvolans, de expeditionis nostrae eventu certa promens indicia, in auribus oreve omnium ibi versabatur.

(56). LVIII.[h] Itaque finita synodo salutiferisque[i] ad innovationem seu confirmationem antiquorum ibidem promulgatis decretorum capitulis[4], prudentiores et viciniores ad causam episcopi Giliberti[k] terminandam reser-
Apr. 4. vantur. Decursa medianae quadragesimae ebdomada sacroque dominicae passionis tempore inchoante episcopus Pictavinus, manente adhuc summo pontifice Remis, rursus ad iudicium trahitur. In cubiculo[l], ubi urbis episcopus cum senioribus sedit, vocatur et ab eo, quid de fide sanctae trinitatis sentiat, subtiliter interrogatur. Ille orthodoxorum patrum, quas non in scedulis decisas[m], sed in corpore librorum integras attulerat, legi faciens auctoritates, eandem se quam illi fidem tenere asserebat. Cumque huiuscemodi sermone[n] seu legendi prolixitate dies detineretur, tamquam tedio affectus Romanus inquit antistes: 'Multa, frater, dicis, multa et ea fortassis, quae a[o] nobis non intelliguntur, legi facis; sed simpliciter a te cognoscere velim, anne illam summam essentiam, qua tres personas profiteris Deum[p], unum credas esse Deum'? Qui diutina collatione[5] fatigatus minus premeditate respondit: 'Non'. Quod dictum mox ab eius ore raptum[q] notarius excepit, scribens in hunc modum: *Episcopus Pictaviensis scripsit et dixit, quod divina essentia non est Deus.* In commentario enim super Boetium de trinitate, ubi auctor theologica a natura-

a) Polimiae *B;* Polimite *β;* Polimiae *vel* Poluniae *C* 1; Polanie *A;* Poloni(a)e *A*. C* 2. b) intra *β. C* 2. c) mortalibus *A. β;* mobilibus *coniecit Giesebrecht.* (mobilitate?). d) que *C* 1. (qua *Verg.*). e) aliud *add. C* 2. f) viresque acquirit eundo *ex Verg. add. C* 2. g) *ita codd. omnes et ed. pr. (C 2). Pith.;* soli *Urst. Wilm.* h) Capitulum LXI. *A.* i) que *om. β.* k) G. *A. A*;* Gilliberti *β;* Gisilberti *B.* l) cubiculum *A. A*, melius.* m) dec. *deest β. C.* n) sermonem *B* 1. 3. o) a *deest A*.* p) unum Deum esse credas *A. A*;* esse unum Deum cred. esse Deum *β;* Deum *deest B* 2. 3. *B*.* q) raptim *A.*

1) *[Cf. supra I,* 30, *p.* 47*].* 2) *Verg. Aen. IV,* 174 *sq.* 3) *[i. e. maris].* 4) *V. Mansi XXI, col.* 713. 5) *[i. e. disceptatione, cf. infra III,* 53. *IV,* 34*].*

libus predicamenta discernens inter caetera posuit[1]: 1148.
Substantia qua[a] *Deus est*[b], iste apposuit[2]: *non quae Deus*
est[c], *id*[d] *est, ut non ad subsistentem, sed ad subsisten-*
tiam referatur. Sicque in haec verba conventus ea die
dimittitur. Episcopus totum quod superfuit illius[e] diei
spacium cum nocte sequente amicos suos ex cardinalibus,
quos habuit non paucos, circuit. In crastinum[f] ipso
denuo coram summo pontifice in causa posito recitatur
scriptum. Cuius ut ab eo reddatur ratio, exposcitur.
Ipse se hoc non simpliciter concessisse asserebat. Dice-
bat enim hoc nomen 'Deus' quandoque in designatione
naturae, quandoque in designatione personae unius etiam
poni. In designatione naturae, ut cum dicitur: ***Deus*[g]
tuus unus est, personae, ut[h] cum dicitur**: *Pater est Deus,*
filius est Deus, personae et[i] unius tantum de tribus, ut
ibi: *Ascendit Deus in iubilatione,* quod de persona filii *Ps.* 46, 6.
dictum esse nemo ambigit. Quare et aiebat se divini-
tatem esse Deum in illo tantum sensu concedere, quo
*p. 383. Deus *ponitur pro natura[k]. In eo vero absolute con-
cedere non audere, quo pro qualibet[l] personarum hoc
nomen 'Deus' accommodatur, ne videlicet, si indeterminate
profiteretur[m] divinitatem esse Deum, id est quamlibet
personarum, cogeretur[n] sine determinatione concedere
quidquid de qualibet[o] personarum et de essentia, sicque
in hanc incideret absurditatem, ut, sicut personam[p] filii,
ita divinam essentiam indeterminate incarnatam passam[q]
confiteretur. Ex qua absurditate facile sensus hereticus
iuxta Sabellium emergeret, ut eadem res diceretur et
generans et genita et eadem se ipsam genuisse. Quod
autem inter naturam et personam non mathematica abs-
tractione, sed theologica consideratione quoquo modo
divideret ratio, et ratione et[r] auctoritate probare nite-
batur. Ratione, ne videlicet iuxta Arrium, sicut per-
sonarum, ita et pluralitatem admitteret essentiarum, vel[s]

a) que est *A*. b) est *om. β*. c) non qua Deus (est *om.*) *β*. d) id est *om. β;* id est ut *om. A. A**. e) eius *A. A**. f) crastino *C*. g) *ita C* 2; Deus — dicitur *des. β, h. l. des. etiam A. A*. B. B*, sed infra post* personae *inserunt* deus tuus (tamen *B. B**) unus est personae; *item C* 1, *ubi tamen litteris alio atram. superscriptis verus ordo restitutus.* h) ut cum dic. *alio atram. in marg. suppl. C* 1. i) ut *A**. k) pon. persona *A**. l) quolibet *C* 1. m) concederetur *A. A**. n) cogeret et sine *B*. o) quolibet *h. l. A**. p) persona *β. B* 1. 2. *B**. q) conf. passam *B* 1. r) et *om. β*. s) per Sab. *A**.

1) *[Migne, Patrol. Lat. LXIV, col.* 1253: qui homo est vel Deus, refertur ad substantiam, qua est aliquid, id est homo vel Deus*]*. 2) *[Gilb. in Boethii l. de Trinitate, Migne l. c. col.* 1290: Quod dicitur illorum quilibet esse homo vel illorum quilibet esse Deus, refertur ad substantiam, non quae est, sed qua est, id est non ad subistentem, sed ad subsistentiam*]*.

1148. secundum Sabellium ad essentiae singularitatem Christianae fidei religio pluralitatem[a] restringeret personarum, hac Theodoriti[b] contra Sabellium utens auctoritate: *Oportet igitur*[c] *desiderantem*[d] *spirituales divitias et volentem Christianorum dogmata vendicare rerum non ignorare proprietatem, ne forte aliud pro aliis intelligens circa dogmata peccet. Qui enim naturam et personam idem esse intelligit*[e], *aut in divisionem Arrii incidit aut in confusionem Sabellii.* Et illa Hylarii[f. 1]: *Discerne igitur*[g], *o heretice, spiritum Christi ab*[h] *spiritu Dei et excitati a mortuis spiritum Christi a spiritu Dei Christum a mortuis excitantis. Et quero nunc, in spiritu Dei utrum naturam an*[i] *rem naturae significatam existimes. Non*[k] *idem est*[l] *enim natura, quod naturae res est; sicuti non*[m] *idem est homo et quod hominis est, nec idem est*[n] *ignis et quod ignis*[o] *est ipsius. Et secundum hoc non idem est Deus et quod Dei est.* Item quod non natura, sed filii persona carnem suscepisse credenda sit, hac auctoritate Toletani concilii[2] ostendit: *Solus*[p] *verbum caro factum est et habitabit*[q. 3] *in nobis. Et cum tota cooperata sit trinitas formationem suscepti hominis, quoniam inseparabilia sunt opera trinitatis, solus tamen accepit hominem in singularitate personae, non [in*[r]*] unitate divinae naturae*[s], *id est id quod est proprium filii*[t], *non quod commune trinitati.* Quam auctoritatem cum determinare vellet, Clarevallensis abbas aliqua verba, quae[u] cardinalibus displicerent, protulit, episcopo Pictavino dicente: 'Et[v] hoc scribatur'. Ad quod ille respondit: 'Scribatur stilo ferreo, ungue adamantino'[4]. Moxque ad publicum progressus omnes quos poterat convocavit. Ibi cum archiepiscopis, episcopis[w] virisque religiosis et eruditis contra quatuor[x] predicta, quae Pictavino[y] episcopo inponebantur, capitula fidem suam in hunc modum ipse cum aliis et alii cum ipso exposuerunt:

a) pleritatem *A**. b) *ita B* 2. 3. *B**. *C* 1; Theodorici *A*. *A**. *β*. *B* 1; Theoderici *C* 2. c) ergo *A*. *β*. d) considerantem *A*. e) intelligeret *A*. *A**. f) Hil. *β*. *C*. g) ergo *β*. h) a *A*. *A**. i) aut *C* 2. k) Non *om*. *A**. l) est *om*. *β*. m) enim *A**. n) est *deest C*. o) ipsius ignis est *C*. p) *ita A**. *β*. *B*. *C* 1; Solum *melius A*. *C* 2. *(Mansi)*. q) *ita codd. (Mansi)*. r) in *deest β*. *B*. *C*. s) nat. *deest B*. t) filii *om*. *A**. u) prot. que cum card. displ. *A*; prot. quae card. displ. *A** 1. v) quod *A*. w) episc. *deest C*. x) IIII *A*. y) *ita C*; Pictaū *A*. *β*; Pictaviensi *B* 1. 3.

1) *De Trinitate VIII,* 21. 22, *Opera p.* 960. 2) *Scilicet sexti; cf. Mansi X, col.* 662. 3) *[i. e.* habitavit; *cf. Ioh.* 1, 14*]*. 4) *[Ier.* 17, 1: scriptum est stylo ferreo in ungue adamantino. *Cf. Gaufrid. ad Albinum cardinalem et episc. Albanensem, Migne, Patrol. Lat. CLXXXV,* 1, *col.* 590*]*.

LVIIII.[a] *Credimus*[b.1] *simpliciter naturam divinitatis esse Deum nec aliquo sensu katholico posse negari, quin divinitas sit Deus et Deus divinitas. Si vero dicitur sapientia sapientem, magnitudine magnum, aeternitate aeternum, unitate unum, divinitate Deum esse et alia huiusmodi, credamus nonnisi ea sapientia, quae*[c] *est ipse Deus, sapientem*[d] *esse, nonnisi [ea*[e]*] magnitudine, quae*[c] *est ipse Deus, magnum*[f] *esse, nonnisi ea aeternitate, quae*[g] *est ipse Deus, aeternum esse, nonnisi ea unitate, quae*[h] *ipse est, unum esse, nonnisi ea divinitate Deum, quae*[i] *est ipse, id est se ipso sapientem, magnum, aeternum, unum Deum. Cum*[k] *de tribus personis, patre [et*[l]*] filio [et*[l]*] spiritu sancto loquimur, ipsas unum Deum, unam divinam substantiam fatemur esse. Et e converso: cum de uno Deo, una divina substantia loquimur, ipsum*[m] *unum Deum, unam divinam substantiam esse tres personas profitemur. Credimus*[n] *solum Deum patrem et filium et spiritum sanctum aeternum esse nec aliquas omnino res, sive relationes sive proprietates sive singularitates vel unitates dicantur, et huiusmodi*[o] *alia adesse Deo*[p]*, quae sint ab aeterno et non sint Deus. Credimus*[q] *ipsam divinitatem, sive substantiam divinam sive naturam divinam dicas, incarnatam, sed in filio esse.* 1148.

LX.[r] Quod Gallicanae aecclesiae factum tam graviter sacer cardinalium senatus accepit, ut cum magna mentis indignatione curiam intraret[s] ac tamquam unum corpus effecti una omnes voce pontifici suo dicerent[t]: 'Scire debes, quod a nobis, per quos tamquam per cardines universalis aecclesiae volvitur axis, ad regimen[u] totius aecclesiae promotus, a privato universalis [aecclesiae[v]] pater effectus, iam deinceps te[w] non tuum, sed nostrum potius esse oportere nec privatas et modernas amicitias antiquis et communibus preponere, sed omnium (57).

a) Capitulum LXII. incipit *A*. b) et confitemur *add. Gaufr. Mansi*. c) qua *β. B**. d) sap. esse *om. B* 1, *ubi* non nisi — Deus *post in margine add.* e) *ita A. A*. (Gaufr. et Mansi); deest β. B. C.* f) magnus *A*, ubi* esse *deest.* g) quem *B* 1; qua Deus ipse est Deus *β.* h) *ita A. B* 1. 2. *C;* qua *β.* i) qua ipse est *β.* k) De trinitate personarum *rubram add. A*; magna littera initialis minio picta C* 1 *(cf. C* 2*).* l) et *deest β. B. C.* m) ipsas *B* 1. n) *praecedit* Capitulum LXIII. incipit *A; magna littera initialis minio picta C* 1 *(cf. C* 2*).* o) hoc modo *A*. p) alia a Deo esse *C*. q) *magna littera initialis minio picta C* 1 *(cf. C* 2*); littera* C *linea rubra distincta, quamquam versus non mutatus β.* r) Capitulum LXIIII. incipit *A; nulla cap. dist. B* 1. s) intrarent *β.* t) dicunt *A. A*.* u) regnum *β. B.* v) aeccl. *deest β. B. C.* w) te *om. β.*

1) *Idem legitur in Gaufridi libello contra Gilbertum (Bernhardi Opera ed. Mabillon II, col.* 1356*) et ex codice Sirmondi Mansi XXI, col.* 712; *e quorum varia lectione pauca tantum attuli.*

1148. utilitati con*sulere Romanaeque curiae culmen ex[a] officii tui necessitudine[b] curare et observare debere. Sed quid fecit abbas tuus et cum eo[c] Gallicana aecclesia? Qua fronte, quo ausu[d] cervicem contra Romanae sedis primatum et apicem erexit? Haec est enim sola quae *p. 384.
Apoc. 3, 7. *claudit, et nemo aperit, aperit, et nemo claudit.* Ipsa sola de fide catholica discutere habens a nullo, etiam absens, in hoc singulari honore preiudicium pati potest. Sed ecce Galli isti, etiam[e] faciem nostram contempnentes, super capitulis, quae his diebus nobis assidentibus agitata sunt, tamquam finitivae[f] sententiae ultimam[g] manum apponendo, nobis inconsultis, fidem suam scribere presumpserunt. Certe, si in oriente, utpote Alexandria vel[h] Antiochia[i], coram omnibus patriarchis huiusmodi tractaretur negotium, nichil firma stabilitate solidum sine nostra diffiniri valeret[k] auctoritate, quin immo iuxta antiquorum patrum instituta vel exempla Romano servaretur examini terminandum. Quomodo ergo isti in nostra presentia usurpare audent, quod etiam remotioribus et maioribus, nobis absentibus[l], non licet? Volumus igitur[m], ut huic tam[n] temerariae novitati celeriter assurgas ipsorumque contumaciam punire non differas'. Quos Romanus pontifex blando mitigans eloquio, abbate ad se vocato, de hoc facto qualitateve facti sollerter inquirit. Cui ille humiliter et cum reverentia respondit se vel dominos episcopos nil[o] de prefatis capitulis diffinisse, sed quia ab episcopo[p] Pictavino audierat, ut fides sua scriberetur, idcirco[q], quia solus nollet, illorum auctoritate ac testimonio simpliciter se quid[r] sentiret exposuisse[s]. Hocque[t] tam humili quam modesto ipsius responso predicta cardinalium indignatio conquievit, ita tamen, ut prefatum scriptum, tamquam inconsulta curia prolatum, velut[u] auctoritatis pondere carens, pro simbulo[v] in aecclesia, quod in conciliis contra hereses congregatis fieri solet, non haberetur[w]. Benedictus per omnia Deus, qui sic aecclesiae suae, sponsae suae[x] previdit, ne vel summa membra a capite suo dissiderent,

a) ex *om.* *A**. b) necessitate *A.* c) ea *B.* d) usu *B.* e) et *B* 1. 3. f) diffinitive *A;* finite *A**. *B* 2. *B*;* finitè *β;* finitè *B* 1; finit'ę *C* 1; finiturę *C* 2; finitere *B* 3. g) ult. *om. A. A**. h) vel *om. A. A**. i) Anth. *A. β. C* 1. k) valent *A. A* (ubi* diffinire*). B.* l) abs. *om. C.* m) ergo *β. B.* — ut *deest C.* n) tam *om. A.* o) nihil *C;* nichil *β.* p) ipso *B.* q) iccirco *C* 1. r) quod *B. C.* s) *numerus* 60. *iam h. l. adscr. β.* t) *nov. cap. inc. β.* u) nedum *A**. v) *ita A. A**. *C* 1; sibulo *β;* symbolo *B. C* 2. w) *ita β. C;* habetur *A. A**. *B* 1. 2. 3. x) suae *om. A**.

vel tantus religiosarum[a] et discretarum personarum numerus Gallicanae aecclesiae aliquod[b] iudicii pondus a* sede Romana reportans[c] scismatis non parvi[d] occasio esset! 1148.

LXI.[e] Haec[f] pauca[g] ex multis de illius concilii agenda dixisse sufficiat, hoc tamen apposito, quod de tribus capitulis propter premissam tumultuationem nil[h] diffiniri potuit. Nec mirum; in quarto enim non[i] multum ab aliis discordabat episcopus Gilibertus[k], cum illi profiterentur naturam incarnatam, sed in filio[1], iste personam filii[l] incarnatam, non sine sua natura. De predicatione personarum quid diffinirent, cum eius usum quidem[m], quid scilicet proprie predicari diceret, ab aliis magistris etiam in naturalibus alienum non haberent? De proprietatibus, an personae essent, tam ob predictam causam quam ob theologicas rationes, quae hinc inde habentur, suppressum est. De primo tantum Romanus pontifex diffinivit, ne aliqua ratio in theologia inter naturam et personam divideret, neve Deus divina essentia diceretur ex sensu ablativi tantum, sed etiam nominativi. Unde adhuc a probatioribus[n] eiusdem episcopi auditoribus tenetur, ne ratio ibi[o] discernat in intelligendo, sed in dicendo. Episcopus vero premissam summi pontificis sententiam reverenter excipiens, archidiaconibus suis[2] in gratiam receptis, cum ordinis integritate et honoris plenitudine ad propriam dyocesim[p].** remeavit. Utrum autem[q] predictus abbas Clarevallensis in hoc negotio ex humanae infirmitatis[r] fragilitate tamquam homo deceptus fuerit, vel episcopus tamquam vir litteratissimus propositum astute celando aecclesiae iudicium evaserit, discutere vel iudicare nostrum non est. Quod enim sancti et sapientes viri, corruptibili carne circumdati, frequenter in talibus fallantur, et novis et

*) a sede Romana reportaret (scismatis — esset *des.*) *β*.
) ad predictam Pictaviensem civitatem, quae est in Aquitania Galliae *B.

a) religiosorum *A*. b) aliq *A*; aliquid *β;* qui (quid?) *A**. c) reportarent *B*. d) parva *A*. e) Capitulum LXV. incipit *A*. f) *nulla cap. dist. β. C 2; nec littera initialis minio picta nec maior, sed signum, quo initium novi capitis indicatur C* 1. g) parva *B*. h) nihil *C* 2; nichil *β*. *C* 1. i) non *om*. *A**. k) Gilleb. *A;* Gillib.? *β;* Gisilb. *B*. l) filii inc. *om*. *B* 3. m) usum quidem predicari diceret ab aliis magistris (quid — proprie *om.*) *A;* usum quid predicari deberet magistris *A**. n) adh. ad probacioribus *A;* adh. approbacionibus *A** *(corr. A** 1*);* a probatoribus *B* 1. o) disc. ibi *A*. *A**. p) dioc. *C* 1. q) autem *deest A*. *A**. r) fragilitatis infirmitate *A**.

1) *[Cf. I,* 59, *supra p.* 85*]*. 2) *[Cf. I,* 48. 52, *supra p.* 68. 74*]*.

1148. antiquis probatur testimoniis. Nam, ut de illo taceam, quod beatus Gregorius[1] sancto* David, in quem spiritus Domini[a] directus asseritur[2], ad patriam, a qua a[b] filio propulsus fuerat, revertenti, a servo Mifiboset[c] cum xeniis occurrenti[d] surreptum inducit, exemplo, Christianis temporibus beatus[e] Epiphanius, Salaminae Cypri[f] episcopus, tam eximiae, ut mortuum quoque suscitaret, sanctitatis, adversus[g] Iohannem Crisostomum, cuius hodie in aecclesia viget memoria, tam acriter ab emulis eius[h] induci potuit, ut eum in propria civitate declinans nec[i] communicare volens etiam populum sibi commissum, quantum in ipso fuit, contra illum concitaret. Quod in priori nostra ex Tripartita sumptum hystoria[k] plenius dictum est[3]. Hactenus[l] ista.

(58). *LXII.[m] Cum[n] haec et huiusmodi aguntur[o] in Gallia, exercitus noster, ut supra dictum est[4], navigandi *p. 385.
labore dispersus pelagus operiebat, quolibet, prout poterat et quando, diversa per loca litus attingere conante. Nam Lodewicus[p] Francorum rex iuxta Antiochiam[q], patrui[5] comparis suae[6] principis terram, circa mediam quadra-
(Mart. 19). gesimam applicuit in eo loco qui Portus Sancti Symeonis[r] vocatur[7], aliis ex nostris aput Tholomaidam[s], quae et Achon [vocatur[t]], aliis[u] aput Tyrum[v], aliis inter Tyrum et Sydonem[w] in Sarepta oppido Sydoniorum[x] non sine naufragii metu optatum portum capientibus, nonnullis ipsum naufragium passis, quibusdam[y] aquis absorptis, caeteris seminudis[z] evadentibus. Illi ergo qui tam[a] mature applicuerant circa palmas Civitatem Sanc-
Apr. 4 — Apr. 11. tam[b] intraverunt, dominicam passionem sanctamque re-

*) de sancto David, in quem spiritus Domini directus asseritur, inducit (ad patriam — surreptum *des.*) *β*.

a) sanctus *A**. b) a *om. B* 1. c) Mifiboseth *A;* Misiboseth *A** (Miphiboset *C* 2). d) occurrente *sine causa emendare vult Kohl.* e) beatus *deest A. A**. f) Cipri *A. β. C* 1. g) adversum *β. B* 1. *B**. h) eius *deest C.* i) decl. communicareque nolens *C* (nolens *etiam β*). k) hist. *A. C.* l) Hact. ista *des. β. B* 1, 3. m) Capitulum LXVI. incipit *A; littera initialis non minio picta, sed signum novi capituli C* 1. n) Dum *C melius.* o) agerentur *A. A**. p) Lodevicus *A;* Ludov. *C* 2. q) Anth. *A. β.* r) Sim. *A. β. C* 1. s) Ptholomaidam *C* 1; Ptolom. *C* 2. t) voc. *deest β. B. C.* u) aliis *om. A**. v) Thirum *h. l. A*;* Tyr. al. inter *om. C.* w) Sid. *C* 2. x) Sid. *C* 2; Sidoneorum *A.* y) quibus quam *B* 1. — aquis *om. B* 1. 3. z) semivivis *A**. a) tam *om. A**. b) suam *B* 1. 3.

1) *Gregorii Dialog. I,* 4, *Opera ed. Bened. II, p.* 172. *[Cf.* 2. *Reg.* 9, 2 *sqq.* 16, 1—4. 19, 24 *sqq.]*. 2) *[*1. *Reg.* 16, 13: directus est spiritus Domini a die illa in David*]*. 3) *Chron. IV,* 19 *(Hist. Trip. X,* 10 *sqq.)*. 4) *C.* 57 *[p.* 81*]*. 5) *[Raimundi]*. 6) *[Cui Alienor nomen erat]*. 7) *In ostio Orontis fl.*

1148.

surrectionem, singula loca, ubi haec facta sunt, circumeundo[a] ac, ut dicitur, oculo ad oculum videndo, cum multa[b] cordis devotione celebrantes. At Conradus Romanorum princeps, habens adhuc in comitatu suo ex principibus Ordelebum[c] Basiliensem[d] episcopum, Arnaldum[e] cancellarium suum, Fridericum ducem Suevorum, Heinricum ducem Baioariorum[f], Gwelfonem[g] ducem aliosque comites virosque[h] illustres et nobiles, in ipsa *Apr. 12-17.* paschali ebdomada Ptolomaide[i] applicans ac post paucos dies Hierosolimam[k] veniens in magna cleri et[l] populi iocunditate cum ingenti honore suscipitur. Mortuus* tunc[m] fuit in comitatu regis vir clarissimus Fridericus[n] Ratisponensis aecclesiae advocatus ac ad Urbem Sanctam deportatus et in cimiterio militum Templi[o] non longe ab antiquo templo Domini sepultus. Rex** per aliquot ibi dies in palatio Templariorum[p], ubi olim regia domus, quae[q] et[r] templum Salemonis[s], constructa fuit, manens et sancta ubique loca peragrans, per Samariam et Galileam[t] Ptolomaidam[u] rediit, omnes adventantes quos poterat milites pecunia ad remanendum inducens. Convenerat enim cum rege[1] illius[v] terrae et patriarcha[2] militibusque Templi circa proximum Iulium in Syriam ad expugnationem Damasci exercitum ducere. Qua de re multa large dispersa pecunia militem quem tunc poterat collegit.

LXIII.[w] Rex etiam Franciae Lodewicus[x] idem pro posse suo sectans, de Antiochia[y] reversus, aput Tyrum manebat. Ambo itaque inter Tyrum et Ptolomaidam[z] in loco, qui Palma[a] nomen a re sortitus appellatur, mense[b]

*) Mortuus — sepultus *(l. 15) des. β.*

**) Ibi per aliquot dies manens (in palatio — constructa fuit *des.*) *β.*

a) circueundo *A. A*. C*1; circuieundo *(sic) β;* circumveniendo *B* 1. 3. b) multa *om. A;* multo *B.* c) Ordeliebum *B* 2. 3; Ordelebum *alio atram. corr.* Ortliebum *C*1; Ortlib. *C*2. d) Basilnsem *corr.* Basiensem *B*1, *et ita B* 2. 3. e) Arnoldum *A.* f) Baiororum *A.* g) Guelf. *β. C.* h) que *deest A. A*, supra lin. suppl. C*1. i) Ptholomaide *β. C*1; Ptolomaidae *C*2; Ptholomaida *B*1; Pthomaide *B*3. k) Hierosolym. *C*2; Ier. *A. B*1; Iher. *β. A** 1. l) ac *A.* m) fuit tunc *A.* n) Frid. *om. A.* o) Templi *om. B.* p) Templanorum *A*. B. C*1; templorum *A.* q) que *superscr.* vel qua *C*1; qua *C*2. r) et *om. B.* s) *ita A. A*. B*3. *C*1; Salomonis *B*1. 2. *C*2. t) Galilęam *C*2; Gallil. *A. β.* u) Thol. *β;* Pthol. *C*1; Ptol. *C*2. v) terr. ill. *A. A*.* w) *nulla cap. dist. codd. praeter β, ubi post* collegit *numerus* 62. *adscriptus et littera initialis* R *col. caerul. picta; A*2 in marg. rubram add.* x) Lodevicus *A;* Ludov. *C*2. y) Anth. *A. β.* z) Pthol. *β. C*1. a) Spalma *A. A*. B;* loco q's || palma *β.* b) mense Iun. *om. β.*

1) *[Balduino III].* 2) *[Fulchero].*

1148. *Iun. 24.* Iunio circa nativitatem[a] sancti Iohannis baptistae conveniunt, de die, loco, ubi et quando exercitus instauraretur, ordinantes. Nondum tamen[b] ex tot et tantis attritionibus fastus inter eos regalis decoctus conquieverat. Unde, quem[c] et proventum et eventum haec quoque Damascena sortita fuerit expeditio, alias et fortassis ab aliis dicenda erunt[1].

(59). LXIIII.[d] Expleta[e] vero[f] hac expeditione principes ad propria redire disponunt, Romanus quidem per Greciam, alter vero per Calabriam et Apuliam. Itaque Conradus Romanorum princeps naves apud Ptolomaidam[g] ingressus ac per equor navigans, fratrem et amicum suum Manuel regiae urbis principem in Achaiae seu Thessaliae finibus[2] inveniens[h] adiit cum eoque[i], tamquam ex longa via[k] fatigatus laboribusque[l] fractus et non modica infirmitate correptus, per aliquod[m] temporis spacium quievit. Ibi de reditu ordinans Fridericum ducem, fratris sui filium, ad cognoscendum vel potius ad corroborandum imperii statum premisit. Qui per
1149. *Apr.* Bulgariam Pannoniamque iter faciens mense Aprili ad propria rediit illoque[n] quosdam ex propriis[o] ministerialibus suis pro bono pacis, boni[p] iudicis exercens officium, suspendio peremit. Porro patruus suus[q] rex, transactis aliquot, quibus in Grecia quieverat[r], diebus, ducens[s] secum predictum[3] Basiliensem episcopum et cancellarium Arnaldum[t] fratremque[i] suum Noricorum ducem Heinricum — nam Gwelfo[u] dux per Calabriam et Apuliam reversus fuerat —, per Illiricum Dalmaticumque remigans equor, in propriis imperii sui finibus aput Polam[v. 4] Hystriae[w] civitatem applicuit, ibique sonipede[x] insidens ac[y] per Aquilegiam transiens, in Iuvavia, quae nunc Salzeburga[z] dicta Baioariae metropolitana sedes esse
Maii 22. noscitur, pentecosten celebravit, expletis ab eo, quo *idem festum in Pannoniae finibus egerat[5], duobus annis. **p. 386.*

a) naī. *β;* natale *B.* b) enim *B* 1. 3. c) et quem *B* 1. d) Capitulum LXVII. *A.* e) *littera initialis non minio picta, signum novi cap. nonnisi in margine C* 1. f) et *add. B.* g) Pthol. *β. B* 1. *C* 1. h) conven. *A. A*.* i) que *om. A*.* k) via *om. A.* l) que *om. B* 1. 3. m) aliquot *A. A*. β. C.* n) illo quoque *A*;* et illo' *C* 1; et illo *C* 2. o) ipsis *A*.* p) boni *om. B* 3. q) suus *om. B* 3. r) quievit *A.* s) habens *C.* t) Arnold. *A.* u) Guelfo *A. β. C.* v) Polan *B.* w) Histr. *A. C;* historie *β.* x) sonipes *A. A*;* sonipedes *B* 1. 3. y) ac *deest A. A*.* z) Saltzeburga *A. A*. C* 2; Salzburga *B;* Salseburga *β.*

1) *[Cf. supra c.* 47, *p.* 65*].* 2) *Thessalonicae.* 3) *[Cf. supra c.* 62*].* 4) *[Cf. tamen Giesebrecht, 'DKG.' IV*[2]*, p.* 295. 483*].* 5) *[Cf. supra c.* 46, *p.* 64*].*

Inde[a] Ratisponae cum magna principum frequentia curiam celebravit.

LXV.[b] Porro[c], quia nonnulli ex pusillis aecclesiae (60). fratribus scandalizati[1] mirantur, mirando scandalizantur de pretaxatae[d] nostrae expeditionis labore, quod tam arduo et bono inchoata[e] principio tam humilem et non bonum exitum acceperit, ipsis hoc modo respondendum videtur. Nichil[f] vere dici bonum potest[g], illo solo excepto, qui non aliunde, sed ex se habens quod est, et verissime esse et verissime bonus esse dicitur, iuxta illud: *Nemo bonus nisi solus Deus.* Caetera vero ab eo *Luc.* 18, 19. non ex ipsius essentiae sectione, sed ex eiusdem bonitatis denominatione bona dicuntur. Quidquid autem in naturalibus bonum vocatur, aut id fit simpliciter aut secundum quid. Sed si simpliciter fit, tunc datum naturae dicitur, sicut concessum gratiae[h] donum, iuxta illud: *Omne datum optimum et*[i] *omne donum perfectum desursum* *Iac.* 1, 17. *est.* Ipsum vero datum naturae, quod simpliciter bonum diximus, velut in civili facultate generalissimum, per[k] donum gratiae tamquam per differentiam ad constituendam quodammodo speciem informatur, secundum quod aliqua dicimus iusta, sobria. Cum ergo aliqua simpliciter in[l] nativis bona dicuntur, procul dubio bonum naturae intelligitur. Unde dictum est: *Vidit Deus cuncta* *Gen.* 1, 31. *quae fecerat, et erant valde bona.* Quomodo lapis et lignum erit[m] bonum. Cum *autem*[n] ad eius proximam speciem descendimus, universalitate[o] generis per specificam differentiam, quam donum gratiae diximus, ad rationalem restricta[p] naturam, illam tantum solemus dicere iustam vel[q] sobriam. Numquam vero lapidem sicut bonum sic vocamus sobrium vel iustum. Denique, ut verbis Boetii in libro Regularum[2] utar, qui bonum generale iustum speciale ponens adnectit: *Nec*[r] *species descendit in omnia,*

a) In Ratisp̄ *A**. b) *nulla cap. dist. A. A* (ubi rubra infra, l.* 22, *post* sobria *ponitur). B*1. c) *littera initialis non minio picta, signum novi cap. nonnisi in marg. C*1. d) pretexatae *B*1. e) inchoato *A*. f) *in margine signum novi cap. C*1. g) p̄t' *(pro* pt*) B*1. 3. h) donum gr. *A. A**. i) etc. *(pro* et — est*) A*. k) per *om. A**. l) bona in nat. *A. A**. m) dicitur *A. A**. n) autem *deest A. A**. o) in univ. *A*. β*. p) refecta *A*;* refectam *A*. q) et *A**. r) Haec (Hec) *A. B*1.

1) *[Matth.* 18, 6: qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis; *cf. Marc.* 9, 41. *Luc.* 17, 2*].* 2) *Opera l. l. p.* 1184. *[Quomodo substantiae . . . bonae sint, rec. Peiper p.* 174; *cf. dissertationem viri d. W. Lüdecke de Gestorum Frid. libro primo, Halle* 1884, *p.* 23 *sq.* 27*].*

id est: ut de omnibus quae supponuntur generi[a] predicetur, ita ex opposito dicere licet, quod genus ad ea tantum, ad quae species predicatione sua non contrahatur. Iuxta logicorum enim[b] regulam methodus a genere ad destruendum[c], a specie[d] valet ad astruendum[e]·*. Sicut ergo, cum simpliciter aliquid bonum dico, naturae datum, quod velut univoce de suis speciebus predicatur, intelligo, sic, cum[f] secundum quid aliquid[g] bonum esse[h] assero, utilitatem potius quam naturae fontem intueor[i]. Quo usu eius acceptio ad infinita equivocatur. Hinc dicimus equum bonum ex usu vectigandi, vestem bonam ex utilitate induendi, alimentum bonum ex emolumento nutriendi. Item eadem ratione, quod alteri speciei bonum, alteri asseritur malum. Verbi gratia: Iusquiamum alit passerem, necat hominem. Eadem quoque res alia et[k] alia consideratione eiusdem speciei contentis

*) *A.* (*A* iam supra* (*p.* 91, *l.* 22) *post* sobria, *ordine linearum nonnumquam turbato*) *et in margine C* 1 *addunt:*

A.		*C* 1.	
Simpliciter et per se Summum bonum		Simpliciter et ipse Summum bonum	
Bonum denominative Nativum		Denominatione Nativum bonum	
Simpliciter bonum	Secundum quid bonum	Simpliciter bonum	Secundum quod bonum
Univoce	Bonum equivoce	Univoce	Equivoce
Datum nature	Utile	Datum naturae	Utile
Virtus anime	Virtus corporis	Virtus animae	Virtus corporis
Sobrium	Forte, pulchrum	Sobrium, iustum	Fortis, velox
Simpliciter Ut Ethiops niger	Secundum quid Ethiops albus dentem	Utile alias simpliciter	alias secundum quid
Passio Christi	Bibere aquam.	Passio Christi Ethiops niger	Bibere aquam Ethiops albus dente.

a) gratia gen. *B* 1. 3. b) enim *om. β.* c) destruendam *A. A*. B* 1. 3. *B**. d) specialibus ad *A**. e) astruendam *B* 1. f) cum *om. A**. g) aliquod *A**. h) esse *deest C.* i) intelligo *A. A**. k) et alia *des. C.*

vel etiam eidem singulari erit bona et erit non bona. Unde et solemus dicere: 'Bonum est isti calorem febrilem sentienti bibere aquam, bonum est illi propter infirmitatem stomachi iuxta apostolum[1] modico vino[a] uti'; nec ex hoc sequitur, si secundum quid bonum[b] est isti vel illi, simpliciter esse bonum; sicut non sequitur, si Ethyops[c] est albus dente, ergo est albus, vel e converso: non est niger dente, ergo non est niger. Quod[d] etiam ex divinae paginae usu patet. Velut cum dicimus: 'Non erat bonum Iudeis *vel[e] Iude* Christum tradere vel
*p. 387. crucifigere, etsi nobis esset bonum'. *Sicut vero in humana phylosophia[f] album habere dentem non aufert Ethyopi esse nigrum, sic in divina pagina malum Iudeorum non demit universitati passionem Christi[g] esse bonam. Ex quo fit a simili propter[h] eandem causam de[i] predicta nostra expeditione, quod, etsi[k] non fuit bona pro dilatatione terminorum vel commoditate corporum, bona tamen fuit ad multarum[l] salutem animarum, sic tamen, ut bonum non pro dato naturae, sed pro utili semper accipias, et ex eo usu haec emergat subdivisio, ut, sicut[m] supra[2] diximus, bonum quandoque[n] simpliciter dici, quandoque secundum quid, et quando[o] secundum quid dicitur, ad diversum usum[p] utilis[q] equivocari, ita hoc modo[r] bonum idem[s] utile, quandoque[t] simpliciter, quandoque secundum quid vocari. Quamvis, si dicamus sanctum illum abbatem[3] spiritu Dei ad excitandos nos afflatum fuisse, sed nos ob[u] superbiam lasciviamque nostram salubria mandata non observantes merito rerum personarumve dispendium reportasse[v], non sit a rationibus vel antiquis exemplis dissonum[w]; quamquam et spiritus prophetarum non semper subsit prophetis.

Qualiter vero predictus bonus vir ei libro, quem 1149.
Eugenio papae de Consideratione scribens super hac re ad excusationem sui apollogeticum[x] interseruerit[4], curiosus rerum indagator invenire potest.

a) uti vino *A*. b) bonum bonum *A**. — est *deest C*. c) Ethiops *A*. *β*. *C* 1; aethiops *B**. *C* 2. d) Quid *B* 1. 3. e) vel Iude *des*. *A*. *A**. f) prophetia *B* 1. g) non *male add*. *β*. *B*. *C*. h) per *β*. i) ex *A**. k) si *A*. *A**. *C*. l) multorum *β*, *corr*. multarum, a *supra deletum* o *C* 1. m) sicut *om*. *A**. n) quoque *A**; quandoque *corr*. quemque *B* 1. o) quandoque *A**. p) usum *om*. *A*. *A**. q) utile *melius B*. *B**. r) modo *om*. *C*. s) id est *A*. *B*. t) quanque *B* 1. u) ad *A**. v) *ita A*. *A** 1. *β*. *B* 1 *(cf. supra p*. 70, *n*. g. 87, *l*. 3. 33*)*; deport. *A** 2. *B* 2. 3. *C*. w) absonum alias dissonum *A*. x) *ita A*. *B*. *C* 1; apolog. *C* 2; appoll. *β*.

1) *[1. Tim*. 5, 23: modico vino utere propter stomachum tuum et frequentes tuas infirmitates*]*. 2) *[p*. 91*]*. 3) *[Bernhardum Clarevallensem]*. 4) *II*, 1.

1149. (61). Quomodo autem Eugenius papa Romanorum principem de tam gravi tribulatione redeuntem[a] paternis consolationum verbis exceperit, subter annotatum est:

LXVI.[b] *Eugenius*[1] *episcopus, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio Conrado, Dei*[c] *gratia Romanorum regi illustri, salutem et apostolicam benedictionem. Cum in hoc mundo cuncta mutabilitatis ordo corrumpat, sicut nec prosperis elevari, ita nec frangi adversis confidentes de divina miseratione debemus, quia Dei et hominum mediator ammiranda dispensatione consuevit omnem filium, quem recipit, adversitatibus flagellare*[2]*, ut, dum ipsum per amorem ad aeterna premia vocat, presens mundus*[d] *eius animum per turbationes*[e]*, quas ingerit, a se ipso repellat, tantoque facilius ab huius saeculi amore recedat, quanto magis impellitur, dum vocatur. Quod in Israhelitico populo Moyse* vocante et Pharaone signatur. Moyses namque tunc ad vocandum missus est, cum Pharao duris eum operibus perurgebat, quatinus alter vocando pertraheret, alter impelleret seviendo, ut plebs in servitio turpiter fixa vel provocata bonis vel impulsa molestiis moveretur. Hoc itaque rationis debito incitati discretionem tuam commonemus et exhortamur in Domino, quatinus tribulationes, quas tibi et exercitui tuo omnipotens Deus irrogavit, patienter supportes et in eo spem tuam constituas, qui quem vult permittit affligi et confidentes in se misericorditer liberare consuevit*[3]*. Si enim patientiam et humilitatem in adversis perfecte tenueris, per desertum huius vitae sub protectione columnae nubis et ignis*[4]*, id est patientiae solatio*[f] *et karitatis ardore, intrepidus perduceris. Quia igitur personam tuam vera*[g] *karitate diligimus et de te valde confidimus, si post tuum reditum sine dilatione*[h] *de his, quae ad honorem sanctae aecclesiae et regni spectare noscuntur, tecum mutuis potuissemus tractare colloquiis, nobis utique gratum fuisset. Verum quia id nobis temporis qualitas denegavit et de tua salute sumus solliciti,*

*) *A. A*. β. B reliquam epistolam omittunt, addentes A** 1. *β:* et cetera, *B:* et caetera in hunc modum.

a) redeunte *B* 1. b) Capitulum LXVIII. *A; eodem versu pergit C* 1, *sed littera* E *punctis rubris distincta (cf. C* 2*).* c) C. illustri Rom. regi sal. *Wib.* d) mundus *om. β.* e) tribulationes *melius Wib. (cf. infra l.* 22*).* f) solatium *C.* g) in Domino *add. Wib.* h) delatione *C.*

1) *Eadem epistola reperitur inter Wibaldinas, Jaffé nr.* 185, *p.* 304. 2) *[Hebr.* 12, 6: flagellat autem omnem filium, quem recipit*].* 3) *[Matth.* 27, 43: Confidit in Deo; liberet nunc, si vult, eum*].* 4) *[Exod.* 13, 21: Dominus autem praecedebat eos . . . per diem in columna nubis et per noctem in columna ignis*].*

quosdam de fratribus nostris, postquam te ad Longobardiae 1149. *partes auctore Domino incolomem pervenisse accepimus, sicut per venerabiles fratres nostros Artwicum Bremensem archiepiscopum et A[nshelmum]*[a] *Havelbergensem*[b] *episcopum tibi significavimus, ad tuam serenitatem duximus destinandos, ut affectum et benivolentiam, quam erga te gerimus, tibi exponerent, et quod de te audire cupimus ipsorum relatione nosceremus. Quibus dedimus in mandatis, ut tibi, tamquam karissimo filio nostro et catholico principi atque speciali Romanae*[c] *sanctae aecclesiae defensori, ipsius aecclesiae statum et nostrum exponerent. Qui siquidem in*[d] *Tusciam usque progressi, ex quo te ad Teutonicas partes pertransisse noverunt, longitudinem viae et difficultatem itineris propter aestatis intemperiem metuentes ad nostram presentiam redierunt. Caeterum, quia statum tuum et dilecti filii nostri Heinrici iunioris regis, quem post discessum tuum paterno affectu dileximus*[e] *et in posterum actiones eius prosperari in Domino preoptamus, cognoscere cupimus, cum fratres nostri propter aestatis fervorem laborem tanti itineris perficere non valerent, per fidelem nostrum Franconem, latorem* *p. 388. *presentium, et apostolica scripta tuam *excellentiam visitantes nobilitatem tuam monemus et exhortamur in Domino, quatinus ea quae circa te et ipsum geruntur et statum regni per eundem Franconem*[f] *nobis studeas intimare, et hoc tempore devotionem, quam erga matrem tuam sanctam Romanam aecclesiam geris, ostendas, ut nostro respondere affectui congrue videaris et beati Petri apostolorum principis intercessionibus, cui te totum debes exponere, creatoris nostri largiorem debeas gratiam promereri. Datum Tusculani*[g] *VIII.*[h] *Kal. Iulii.* *Iun.* 24.

LXVII.[i] Circa idem tempus filius regis Heinricus, (62). quem ipse, ut supra dictum est[1], per electionem principum regem ordinaverat, diem obiit[k], habens adhuc 1150. alium fratrem parvulum nomine Fridericum. Ea quoque tempestate in inferiori Traiecto Fresiae urbe Hardelibo[l, 2] eiusdem aecclesiae pontifice obeunte, grave *(Nov. in.).* scisma ibidem oritur, quibusdam Fridericum[3] Adulfi

a) A. *C*1; Anshel. *C*2. b) Haud'b'g' *C*1; Hamelburg. *C*2; Havelenb. *Wib.* c) sanctae Rom. *Wib.* d) usque in *Wib.* e) dilexerimus *C.* f) F. *C*1. g) Tuscul *C;* in Tusculano *Wilm.;* Tusculano *Waitz.* h) VIIII. *Wib.* i) Capitulum LXIX. *A.* k) ob. *om. A**1, *post add. A**2. l) Harblibo *A;* Hardieliebo *B*1; Hardeliebo *B*2; Hardeliembo *B*3; Hardelebo *C.*

1) *C.* 45. 2) *[Rectius Hartberto].* 3) *[S. Georgii Coloniensis praepositum].*

1150. comitis filium, aliis Herimannum[a] acclesiae sancti Gereonis in suburbio Coloniensi sitae prepositum in illius aecclesiae presulem eligentibus. Illi vero qui Herimannum elegerant alios preoccupantes principem aput
1151. (Mart. 18). Noricum castrum adeunt ab eoque investituram regalium
(Apr. 8). suscipiunt. Quos altera pars in civitatem Galliae Spiram[b]
Maii 13. subsecuta inducias ab eo usque ad proximos[c] dies rogationum in palatium Noviomagense accepit[d]. Inter haec Arnaldus[e] quoque Coloniensis archiepiscopus, vir ad omnia[f] aecclesiastica et secularia negotia inutilis[g, 1],
(Apr. 3). vitam finivit.

LXVIII.[h] Igitur Conradus rex tam de subrogatione Coloniensis[i] quam super determinatione illius[k] controversiae, quae in Traiectensi agitabatur[l] aecclesia, examen laturus inferiores Rheni[m] partes adiit, habens secum ex Baioaria[n] Ottonem Frisingensem et[o] *[ex]* Saxonia Albertum[p] Misinensem[q] episcopos. Cumque ad Bobardiam villam regalem in territorium Treverorum super Rhenum positam venisset, legatos obvios[r] habuit nunciantes Arnaldum[s] cancellarium suum in prefata Coloniensi aecclesia electum esse, sed eum huius[t] rei assensum usque ad adventum ipsius distulisse. Quod verbum gratanter rex accepit, ac inde extra viam paulisper digrediens duas arces fortissimas, quarum altera super Mosellam Cohema[u, 2], altera[v] super Rheni litus posita Rinecca[w, 2] dicebatur, expugnavit, in Cohema[x] presidia ponens, alteram ignibus[y] tradens. Ibi prenominatum Coloniensem electum excipiens[z] cum eoque ad inferiora descendens capellam operosam[3], quam ille non longe a Colonia in proprio fundo construxerat, a predictis, quos secum duxerat, episcopis consecrari fecit. Inde naves ingressus

a) Herm. *A. β. C* 2, *et ita post.* b) Spyram *C* 1. c) proximam diem *A. A*.* d) suscepit *A. A*.* e) Arnoldus *A. B.* f) aeccl. omnia *B.* g) utilis *A.* h) Capitulum LXX. incipit *A; eodem versu pergit, quod tamen in marginis laeva signo, dextra numero* 67. *ad* finivit *adscriptis corr. β; nulla cap. dist. C.* i) Coloniensi *B.* k) contr. ill. *A*.* l) eccl. ag. *C.* m) Reni *A* semper;* Rehni *h. l. β.* n) Bauwar. *A fere semper.* o) *ita A. A*. β. C* 1; et ex *B;* ex *C* 2. p) Abertum *C* 1. q) Misn. *β.* r) obviam *B* 1. 3. s) Arnoldum *A. B* 1. 3. t) huius *om. B* 1. u) *ita A. A*. β;* Cohma *C* 1; Cohina *C* 2; *om. B.* v) alteram *B* 1. w) Rinekka *B.* x) *ita β;* Choma *A. A*;* Chohina *B;* Cohina *C* 2, *ita (potius quam* Cohma*) h. l. etiam C* 1. y) igni *C.* z) elect. obvium habens *β.*

1) *[Cf. Wibaldi epist., Jaffé nr.* 223, *p.* 342*].* 2) *Cochem, Rheineck.* 3) *Rheindorf [Schwarzrheindorf], cuius dedicationi anno* 1151. *die* 24. *April. celebratae etiam Otto episcopus Frisingensis interfuit. W. [Cf. 'N. Archiv' XXXIV, p.* 590*].*

1151. ac per Rhenum remigans Coloniam Agrippinam venit[a], cum maximo cleri ac populi tripudio susceptus. Igitur finita, ut assolet, processionis sollempnitate, rex in principali beati Petri aecclesia sedens Arnaldum[b] renitentem valde et reclamantem[1] pontificatus simul et ducatus regalibus investit, sicque ad Noviomagense palatium, Traiectensium causam iudicaturus, venit. Traiectenses Fridericum in civitate non sine fastu habebant, Herimanno[c] eiecto. Itaque conductum primo de personarum[d] incolomitate petentes cum magna multitudine navium a Rheno[e] per Gual fluvium, qui ab eo scissus ipsius brachium esse noscitur, veniunt. Quos rex in causam[f] ponens ad pacemque cum adversariis suis sine litis contestatione revocare volens, cum hoc modo[g] procedere non posset[h], tandem eis iuris districtionem obtulit. Illi viaticum[i] redeundi postulaverunt, dicentes se, eo quod causa ipsa tamquam aecclesiastica ad aecclesiasticum iudicem, id est ad aures summi pontificis, translata esset, p. 389. *respondere coram cincto iudice non posse. Contra quos, utpote adversus Romanum principem agentes maiestatis reos[k], quia in continenti propter[l] prestitum commeatum[i] ulcisci[m] non valuit, acerba rex usus conquestione, mox etiam pro[n] huius temeritatis debita vindicta sumenda ad civitatem ipsorum[o] processisset, nisi quod propter quorumdam Noricorum comitum[p] insolentiam in eandem revocabatur provinciam.

(63). *Maii* 27. LXVIIII.[q] Igitur proximum pentecosten in Confluentia, ubi et nuncios regis Hyspanorum[r] iam diu secum moratos dimisit, sub corona incedendo celebrans, Baioariam ingreditur, *(Iun.)*. Ratisponaeque[s] curiam habens duos ex cardinalibus Romanae sedis legatos, Iordanem[t] scilicet[u] et Octavianum, obvios excepit[v]. Post haec[w] palatino comite Ottone ob filiorum suorum excessus[2] proscripto, vicinum eius castrum Cheleheim[x, 3] dictum, rapido[y] Danubii fluminis ambitu clausum, obsidione

a) pervenit *A.* b) Arnoldum *A. B* 1. 3. c) Herm. *A. C* 2; Harimanno *β.* d) incol. pers. *A. A*.* e) Reno *β.* f) causa *C.* g) modo *om. A. A*.* h) possent *β. B.* i) conductum *β.* k) *ita β. C;* contemptores *A. A*. B; cf. infra II,* 4, *p.* 105, *l.* 24. l) propter *alio atram versu ex. suppl. C* 1; semper *C* 2; per *β.* m) ulscisci *B* 1. n) pro *om. β.* o) eorum *A. A** 1. p) com. *om. β.* q) Capitulum LXXI. *A.* r) Hispanorum *β. C* 2; Hyspaniorum *A** 1; Hispaniorum *A.* s) que *deest A. A** 1. t) *ita β. B* 1. 3. *C* 1; Iordanum *rel.* u) scil. *deest A. A*.* v) habuit alias excepit *A.* w) hoc *β;* h⁰ (⁰ *in loco raso*) *A.* x) Chelehim *B* 2; Cheleheum *C.* y) rapidi *emendandum putat Kohl, quod tamen vix probamus.*

1) *[Cf. Chron. VII,* 17, *p.* 333, *l.* 15*].* 2) *[Cf. Chron. VI,* 20, *p.* 284, *n.* 4*].* 3) *Kelheim.*

1151. cingit eumque ad hoc, ut unum filiorum suorum obsidem daret, coegit. Inde in Gallias rediens Traiectensium negotium, revocatis omnibus ad subiectionem Herimanni[a], cum imperii honore terminavit; ac ne aliquis in posterum eius facti scrupulus haberetur, a Romana sede ratihabitionem optinuit.

LXX.[b] Ipse vero non multo post, omnibus bene in Gallia et Germania compositis, cum etiam iurata expeditione in proximo imperii coronam accepturus esset, non sine suspitione quorumdam, quos ex Italia habuit, medicorum, quasi[c] ex Rogerii Siculi metu submissorum[d], morbo corripitur, sicque tanto tamen non fractus in-
1152. firmitatis dolore, curiam celebraturus Babenberg[e] venit; ubi cum multorum planctu raptus prioris fortitudinis in ultimo discrimine retinens animum[f], proxima a capite
Febr. 15. ieiunii sexta[g] feria *id est*[h] XV. Kal. Marcii[i], vitam finivit, regalia[k] duci Friderico cum unico[l] suo item Friderico commendans. Erat enim tamquam vir prudens de filio suo adhuc parvulo[m], ne in regem sublimaretur, quasi desperatus; idcirco et privatae et rei publicae melius profuturum[n] iudicabat, si is potius, qui fratris sui filius erat, ob multa virtutum[o] suarum clara facinora sibi succederet. Volentibus vero familiaribus suis iuxta eius, ut asserebant, peticionem eum ad Laureacense monasterium deferre ibique in proprio fundo iuxta patrem[1] humare, Babenbergensis[p] aecclesia contumeliosum hoc sibi fore iudicans, non permisit, quin immo convenientissimum et[q] honestissimum et aecclesiae illi et imperio decernens, iuxta tumbam imperatoris Heinrici, eius loci fundatoris, qui nuper[2] auctoritate Romanae aecclesiae in loca sancta levatus pro sancto habetur, regio cultu eum[r] sepelivit.

Haec[s] et alia, augustorum[t] invictissime, excellentiae tuae scribuntur, quedam tibi ut[u] tibi, quedam tibi, sed

a) Hermanni *C* 2; Hermannum *A*. b) *nulla cap. dist. A. C.* c) quas *A. A**; qua *β*; quos *B*. d) subm. *om. β*. e) Babinberch *A*; Bavemberg *C* 1. f) anim. *om. β*. g) feria sexta *A**. h) id est *des. A. A*. β*. i) Marcias *β*. k) duci reg. *β*. l) filio *A (cf. infra II, 2, p.* 104, *l.* 7*)*. m) puerulo *A (sed cf. infra II, 2)*. n) iud. prof. *A. A**. o) suar. virt. *A**. p) Babemburgensis *β*; Babinb. *C* 1. q) et hon. *om. A*. r) eum *deest A. A**. s) *novus versus incipit, littera* H *minio picta, sed spatium rubricae vacuum permansit A*. t) augustissime exc. *A. A**; *sed cf. Prooem. p.* 11, *l.* 25 *et infra II,* 56. u) ut tibi quaed. tibi *om. B* 1.

1) *[Cf. supra c.* 9, *p.* 25*]*. 2) *[Canonizatus erat Heinricus II. imp. bulla Eugenii III. papae a.* 1146, *ossa elevata a.* 1147*]*.

non ut tibi, quae acutus clericorum tuorum discernere debebit[a] oculus. Verum quia, iuxta quod proposui, decursis summatim[b] avi, patris patruique tui non sine aliqua tui mentione factis, ad tua principaliter gesta venimus, huic primo volumini quiescendi paulisper causa finem inponere liceat, ut ad ea, quae de tua dicenda erunt magnificentia, fortior[c] resumatur spiritus.

*[EXPLICIT[d] LIBER PRIMUS].

[INCIPIUNT CAPITULA IN LIBRUM SECUNDUM]*.

I. De electione Friderici ad imperium.

II. Ratio, quare in eum tam facile consenserit universitas principum.

III. Quod[e] post acceptam fidelitatem a principibus Aquisgrani consecratur secumque Fridericus Monasteriensis episcopus.

IIII. Qui legati ad Urbem et in Italiam destinati sint[f], et quo rex diverterit.

V. Quomodo litem duorum consanguineorum de regno Datiae[g] deciderit.

VI. Quomodo controversiam, quae in Magdeburgensi[h] aecclesia orta fuerat[i], terminaverit[k], et[l] quod Ungaris bellum indicere voluerit.

VII. Quod propter litem duorum ducum terminandam aput[m] Herbipolim[n] curiam celebravit et ibidem expeditionem in Italiam iurari fecit.

*p. 390. *VIII. Quod Gerhardus[o] Magdeburgensis[p] prepositus Gwicmannum[q] Romae accusavit, et epistola papae super[r] hoc.

VIIII. Quomodo per duos cardinales assensu principis quidam episcopi depositi sunt[s], et de duobus ducibus.

X. Quod mortuo Eugenio Anastasius subrogatur[t], et quod cardinalis Gerardus[u] insolenter agere volens prohibitus[v] et in via mortuus est et Gwicmannus[q] in episcopatu confirmatus[w].

a) debet *A*. b) sumatim *A. B*1. c) facilius *C*. d) Expl. — secundum *des. β. B*3. *C;* Expl. l. pr. *des. A;* E. l. p. Sequitur liber secundus *A** 2; *index iam supra positus A (ubi inscriptus:* Capitula secundi libri*). A** 1 *(inscr.* Rubrice et capitula libri secundi*). A** 2 *(inscr.* Sequitur liber secundus huius operis*). β. C*1. 2 *(inscr.* Capita secundi libri*).* e) Quid *perperam β, et ita post.* f) sunt *B*1. 3. g) Dacie *β;* Tacie *A*. h) Madeburga *A**. i) fuit *C*. k) terminavit *A. A**. l) et — voluerit *om. A** 1. m) aput *deest A. A**. n) Herbipol' *A*. o) Gerardus *β. C*. p) Mad. *A**. q) Gwichm. *B*1. 3; Gwicinann. *A;* Guicinann. *β*. r) super hoc *om. β*. s) *ita A. β. B*1. *C*1; sint *C*2. t) surrog. *A**; subrogatus *β*. u) Girardus *B*1. 3. v) prohibetur *A*. w) *ita A. β. C*1; confirmatur *B*1. 3. *C*2.

a) Quod *C.* b) Gretiam *C* 1. c) distinaverit *B* 3; *numerus* 11. *h. l. adscr. β.* d) de *A; novus versus, littera initialis minio picta C* 1. e) Hainr. *β;* Henr. *C* 2. f) Bavar. *A.* g) movet *B* 1; *numerus* 13, 12. *omisso, adscr. β.* h) o *alio atram. superscr. A;* Ranc. *β.* i) *numerus* 14, *corr. ex* 13, *adscr. β.* k) g. eiusdem *C* 2; *numerus* 15 *adscr. β, et sic deinceps usque* 18. l) reg. Ytalie *A.* m) *numerus* 18. *rursus adscr. β.* n) *numerus* 19 *adscr. β.* o) Kaire *A. A*;* Karye *β;* Kayros *B* 1. 3. p) mil. *om. β.* q) *numerus* 21 *adscr. β.* r) De — presidiis *des. A. A*; novus versus, littera initialis minio picta C* 1; et de *C* 2. s) *numerus* 22. *adscr. β, et proinde deinceps usque* 58. t) scuttiferi *B* 1. u) malis *om. B* 1. 3. v) Papyam *B* 1. w) agens *β.* x) recep. *A*;* acceperunt *β.* y) Quomodo — acceperit *ad c. XXXIIII. leguntur A. A*; hoc caput inscribitur:* De ingressu pape et regis ad Urbem *A** 1. z) regni *A. A*.*



XXXIII.[a] De excursu[b] et[c] clade Romanorum ac victoria imperatoris.

XXXIIII.[d] Princeps regressus ab Urbe quo diverterit et[e] quid fecerit.

XXXV. De eversione Spoleti, quare et qualiter.

XXXVI. De legatis et muneribus Grecorum[f], et quos imperator remiserit.

XXXVII. Quomodo exules Apuliae terram suam receperint[g], et quod imperator invitus redire disponit.

XXXVIII. Quibus viis singuli principum redierunt.

XXXVIIII. De dolo Veronensium ad pontem super Athesam[h].

XL. Item de insidiis eorum in arto montis, et quomodo victi et capti [sint[i]].

XLI. De felici reditu[k] principis in Baioariam.

XLII. Imperator patruum suum hortatur ad transigendum[l] cum duce Saxoniae.

XLIII. Quomodo aput[m] Ratisponam Heinricus in possessionem Baioarici[n] ducatus mittitur, et de controversia inter Maguntinum[o] archiepiscopum et[p] palatinum comitem de Rheno[q].

XLIIII. Qualiter ibidem Ratisponensis episcopus[q*] in gratiam principis redierit.

XLV. De legatis et excusatione Veronensium ac eorumdem[r] reconciliatione.

XLVI. Qua satisfactione Maguntinus[s] archiepiscopus et palatinus comes in pacem redierint[t].

XLVII. De obitu Arnaldi[u] Coloniensis archiepiscopi[v], et quod princeps prenominatos duces ad concordiam revocare satagebat.

XLVIII. De nuptiis imperatoris[v*], ubi et quare.

XLVIIII. De[w] legatis[x] a Grecia reversis, et quare[y] Grecorum legati ad presentiam imperatoris non admitterentur[z].

a) XXXII. *A. A** 1. b) De cl. (glade *A** 1. 2, *corr.* clade *A** 2) et exc. *A. A**. c) Rom. et cl. *C*. d) XXXIII. *A. A** 1. e) et q. fec. *pagina exeunte om. β*. f) Romanorum *A*. g) receperunt *β;* receperant *C* 2, *ubi nonnulla addita*. h) Athasam *C* 1; Athesim *C* 2. i) sint *deest β. B. C*. k) *ita A. A*. β, recte, ut videtur;* exitu *B. C*. l) trās|| sign̄dū (transsignandum?) *C* 1; transsignandum *C* 2. m) ad *A. A**. n) Bauwarici *A;* Bawarici *C* 1; Bawariei *β;* Baioariae *C* 2. o) Mogont. *β. B* 1. *C* 1; Mogunt. *A. C* 2. p) et Hermannum *C*. q) Reno *A*. q*) Hardevicus *add. C* 2. r) eorum *A*. s) Magont. *β. B* 1. *C* 1; Mogunt. *C* 2. t) redierunt *A*. u) Arnoldi *A*. B*. v) arch. *om. B* 1. 3; arch. Col. *β*. v*) cum Beatrice Reinaldi filia Herbipolis celebratis et q. *C* 2. w) Item de *C* 2, *qui saepius plura capitula coniunxit et non pauca proprio arbitratu addidit*. x) legacōn *A** 1. 2. y) Grec. quare *β*. z) admittuntur *A. A*;* admittebantur *C* 2.

L. Quare expeditionem contra Mediolanenses[a] indixerit, et exemplar litterarum de hoc.

LI. De guerra Papiensium et Mediolanensium.

LII. De scismate Coloniensis aecclesiae propter electionem Friderici et Gerardi[b].

LIII. De morte Boritii[c] et legatis Grecorum.

LIIII.[d] De contentione Coloniensis cleri coram principe.

LV. De transactione duorum ducum.

LVI. De pace facta in Baioaria et decisione litis inter Colonienses.

*[EXPLICIUNT[e] CAPITULA].

[INCIPIT[f] PROLOGUS]. *p. 391.

Non sum nescius, imperatorum seu regum decus, dum gestorum tuorum magnificentiam prosequi conor, crebrescentibus victoriis stilum materiae succubiturum[g]. Inter duo tamen, ut ita dixerim, mala melius fore iudicavi minus dicendo a materia opus superari[1] quam cuncta tacendo[h] gloriosa facta silentio tecta deperire. Verum quia priorem libellum usque ad regni seu imperii tui ortum in obitu gloriosissimi patrui tui Conradi regis terminavi, huic secundo operi de tui principatus gloria contenturo tale Deo favente imponatur initium.

*[EXPLICIT[i] PROLOGUS].

[INCIPIT LIBER SECUNDUS].*

1152. I.[k] Anno ab Urbe condita MºDCCCº[2], ab incarnatione vero Domini MºCºLIIIIº[3], decedente[m] ab hac
Febr. 15. luce vernali tempore XV. Kal. Martii, id est sexta feria proxima, *[ut[n] dictum est]*[4], post caput ieiunii, in
Mart. 4. civitate Babenbergensi[o] piissimo rege Conrado, III.[5] No-

a) Mediolān *β;* Mediolanum *B* 1. 3. b) Gerhardi *A** 2. *B.* c) Boricii *A. β.* d) LIII. *iterum A, ubi sequitur* LIIII. LV. e) *ita B* 1. 2; Expl. cap. *des. A. A*. β. C.* f) *ita B* 1. 2; Prologus in secundum librum *C* 2; Inc. Prol. *des. A*. β. C;* Incipit liber secundus *h. l. A.* g) subcub. *C* 1. h) dicendo *A. A** 1. 2. i) *ita B* 1; Explicit prefatio. Incipit liber . . . *B* 2; Inc. l. sec. *des. A. A*. β. C.* k) Capitulum primum incipit *A.* l) *sic A. β. B* (IIII. *eadem manu in loco, ut videtur, raso B* 1); MºCºLIIII. *radendo corr.* MºCºLII. *C* 1; MCLIII. *A** 1. 2, *corr.* MCLIIII. *A** 2; MCLII. *C* 2. m) dec. — feria *(l. 29) om. A** 2; XV. K. M. *om. C.* n) ut d. est *des. B.* o) Baberg. *A;* Bamburg. *β;* Babenburg. *B* 2; Bb̄erg. *C* 1.

1) *[Cf.* Materiam superabat opus, *Ovid. Met. II,* 5*].* 2) *Cf. praefationem. [Ita codd. pro* MºDCCCCº *vel* MºDCCCCºIIIIº; *Chron. III,* 6. *Otto annos ex aera Catonis numerans, Christum a. a. U. c.* 752. *natum dicit].* 3) *[Immo MºCºLIIº].* 4) *I,* 70. 5) *[Immo IV.].*

nas Martii, id est tercia feria post *Oculi mei semper*[a], 1152. in oppido Franconefurde[b] de tam inmensa Transalpini regni latitudine universum, mirum dictu, principum[c] robur non sine quibusdam ex Italia baronibus tamquam in unum corpus coadunari potuit. Ubi cum de eligendo principe primates consultarent — nam id iuris Romani imperii apex[1], videlicet non[d] per sanguinis propaginem descendere, sed per principum electionem reges creare, sibi tamquam ex singulari vendicat prerogativa —, tandem ab omnibus Fridericus Suevorum[e] dux, Friderici ducis filius, petitur cunctorumque favore in regem sublimatur.

II. Huius[f] consultationis summa, in illamque personam tam unanimis assensus ratio haec, ut recolo, fuit[2]. Duae in Romano orbe apud Galliae Germaniaeve fines famosae familiae hactenus[g] fuere, una Heinricorum de Gueibelinga[h], alia Gwelforum[i] de[k] Aldorfo[l], altera[m] imperatores, altera magnos duces producere solita. Istae, ut inter viros magnos gloriaeque avidos assolet fieri, frequenter sese[n] invicem emulantes rei publicae quietem multociens perturbarant. Nutu vero Dei, ut creditur, paci populi sui in posterum providentis[o] sub Heinrico V. factum est, ut Fridericus dux, pater huius, qui de altera, id est de regum familia, descenderat, de altera, Heinrici scilicet[p] Noricorum ducis filiam, in uxorem acciperet ex eaque Fridericum, qui inpresentiarum[q] est*, generaret. Principes[r] igitur[s] non solum industriam ac virtutem iam sepe dicti iuvenis, sed etiam hoc, quod utriusque sanguinis consors tamquam angularis lapis utro- *cf. Eph.* 2, 20.
rumque horum parietum dissidentiam unire posset, con-

*) et regnat *add. C.*

a) semper *om. C* 2. b) Franconf. *B.* c) robur pr. *A. A**. d) non *om. A** 2. e) Swev. *A.* f) Cuius *A. A**. g) act. *C* 1. h) Guebel. de Aldorfo (Aldorffo *A**) *A. A**; Gweibel. *B* 1. 3. i) Guelf. *A. A** 1. *β. C* k) de A. *h. l. om. A. A**. l) Aldorffo *supra A**; Altorf *B*; Aldorfio *β. C* 1; Alltdorfio *C* 2. m) una *A. A**. n) sese *deest β.* o) providentes *A. B* 2, *corr.* providentis *B* 1. p) scil. *om. A. A** 2. q) *hic aliquid praetermissum videtur; cf. supra I,* 14, *p.* 30: qui inpresentiarum imperator est. 47, *p.* 65: Friderici principis, qui inpresentiarum est. r) *Praecedit* Capitulum Tercium *A.* s) ergo *β.*

1) *[I. e. Romanum imperium; cf. Prol. supra p.* 12, *l.* 16 *sq.* (Romani imperii prerogativae), *etiam I,* 60, *p.* 86 *(ubi similiter:* Romanae sedis primatum et apicem*) necnon infra II,* 6. 28. *IV,* 79; *Chron. IV,* 4. *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 20, *n.* 6. *parum recte, mihi videtur, principes dici putat].* 2) *[Cf. infra II,* 55, *ubi similibus verbis utitur].*

1152. siderantes caput regni eum constituere adiudicaverunt, plurimum rei publicae profuturum precogitantes, si tam gravis et diutina inter maximos imperii viros ob privatum emolumentum simultas hac demum occasione Deo[a] cooperante sopiretur. Ita non regis Conradi zelo[1], sed universitatis, ut dictum est, boni intuitu hunc Fridericum eius filio item Friderico adhuc parvulo preponere maluerunt. Hac consideratione et ordine electio Friderici celebrata est.

III.[b] Astrictis igitur[c] omnibus, qui illo confluxerant, fidelitate et hominio principibus, cum paucis, quos ad hoc ydoneos[d] iudicavit, caeteris in pace dimissis, rex *Mart. 6.* cum multa iocunditate quinta feria naves ingreditur ac per Mogum[e] et Rhenum navigans in villa regali Sincichel[f. 2] applicuit. Ibi equos ascendens in proximo *Mart. 8.* sabbato Aquisgrani venit; sequenti die, id est ea do- *Mart. 9.* minica, qua *Letare Ierusalem*[g] canitur, ab episcopis a palatio in aecclesiam beatae Mariae semper virginis deductus cum omnium qui aderant applausu[h] ab Arnaldo[i] Coloniensi archiepiscopo, aliis cooperantibus, coronatus in sede regni Francorum, quae in eadem aecclesia a Karolo[k] Magno posita est, collocatur; non sine multorum stupore, quod in tam parvo temporis spacio non solum tanta principum seu de regno nobilium confluxerat multitudo, sed et quod de[l] occidentali Gallia, ad quam nondum huius facti rumor pervenisse putabatur, nonnulli advenerant. Nec pretereundum estimo, quod, dum finito unctionis sacramento diadema sibi imponeretur, quidam de ministris eius, qui pro quibusdam excessibus gravibus a gratia sua adhuc privati[m. 3] sequestratus fuerat, circa mediam aecclesiam ad pedes ipsius se proiecit, sperans ob presentis diei alacritatem eius se animum a rigore iusticiae emollire posse. Ipse vero mentem in priori severitate retinens et *tamquam fixus manens con- *p. 392. stantiae suae omnibus nobis non parvum dedit indicium, dicens non ex odio, sed iusticiae intuitu illum[n] a gratia sua exclusum fuisse. Nec hoc etiam sine admiratione

a) sop. Deo coop. *A. A**. b) Capitulum quartum *A*. c) ergo *β*. d) idon. *β. C*. e) Mogunū *B* 1 *(ū, ut videtur, e corr.)*. f) *ita A. B;* Smcichel *β;* Sintichel *A*;* Sinciche (Sinciche C1) *C*. g) Hier. *C*. h) applauso *B* 1. 3. i) Arnoldo *A. A*. B*. k) Karulo *A** 1. l) ab *(delet.)* ad *A** 1; ab *A** 2. m) privatim *A. A**. n) ill. *om. A** 2.

1) *[I. e. non invidia adversus regem Conradum; cf. infra c.* 3, *l.* 36. *IV,* 24*]*. 2) *Sinzig*. 3) *[I. e. priusquam rex fieret]*.

plurium, quod virum iuvenem, tamquam senis indutum 1152. animo, tanta flectere a rigoris virtute ad remissionis vicium non potuit gloria. Quid multa? Non illi misero intercessio principum, non arridentis fortunae blandimentum, non tantae festivitatis instans gaudium suppeditare poterant[a]; ab inexorabili inexauditus abiit. Sed et hoc silentio tegendum non erit, quod eadem die in eadem aecclesia Monasteriensis electus item[b] Fridericus ab eisdem, a quibus et rex, episcopis in episcopum consecratur, ut revera summus rex et sacerdos presenti iocunditati hoc quasi prognostico interesse crederetur, qua[c] in una aecclesia una dies duarum personarum, quae solae novi ac veteris instrumenti institutione sacramentaliter unguntur et christi Domini rite dicuntur[1], vidit unctionem.

IIII.[d] Peractis omnibus quae ad coronae decorem spectabant, princeps in palatii secreta se recepit[e], vocatisque prudentioribus seu[f] maioribus ex numero principum, de statu rei publicae consultans, legatos ad Romanum pontificem Eugenium, Urbem ac totam Italiam destinandos disponit, de promotione sua in regnum significaturos. Mittuntur itaque Hillinus Treverensis electus et Eberhardus[g] Babenbergensis[h] episcopus[2], viri prudentes et litterati. Dehinc Traiectensium contumaciam, qua, ut superius dictum est[i, 3], in patruum suum Conradum regem usi fuerant, ulturus inferiores Rheni[k] partes adiit, ipsisque pecuniaria pena multatis ac Herimanno[l] episcopo confirmato, ad superiora remeando sanctum pascha Coloniae Agrippinae celebravit. Inde *Mart.* 30. per Gwestfaliam[m] transiens Saxoniam intravit.

V.[n] Erat illo tempore in regno Danorum inter duos consanguineos, Petrum scilicet, qui et Suevus[o, 4], et Gnutonem[p], de regno gravis controversia. Quos rex

a) poterat *A. A**. b) item *om. A* 2*. c) *ita A. A*. β. B 1. 3*; quę *B 2*; quia *C*. d) Capitulum quintum *A; nulla cap. dist. B 1*. e) *sic A. A*. β. B*; recipit *C*. f) ac *add. β*. g) Everhard. *B 2*; Everard. *β. C 1*. h) *ita B. C 2*; Babn̄b. *A*; Babinb. *A* 1. C 1*; Babn̄burg. *β*. i) est *om. B 1. 3*. k) Reni *A* 1. β*; partes Reni *A* 1*. l) Herimano *C*; Herm. *A. A**. m) Gveffal. *A. C 2*; Gweffal. *A**; Guesfal. *β. C 1*. n) Capitulum sextum *A*. o) Suenus *corr.* Suevus *B 1*. p) Gwitonem *A. A* 1*; Gultonem *β*; Gwittonem *B*; Guuotonem *C*; Gnutonem *(vel* Gnuotonem*) scribendum videtur.*

1) *[Cf. 2. Reg.* 1, 16. *Luc.* 2, 26: Christum Domini*]*. 2) *[Cf. Friderici epistolam ad papam inter Wibaldinas, Jaffé nr.* 372, *p.* 499, *ubi inter legatos etiam Adamus abbas Ebracensis commemoratur]*. 3) *I,* 68. 4) *Suen et Knud, quorum nomina ita Otto reddidisse videtur.*

1152. ad se venire precipiens curiam magnam in civitate Saxoniae Martinopoli, quae et Merseburch[a], cum multa principum frequentia habuit. Eo prefati iuvenes venientes[b] eius se mandato humiliter supposuerunt[b]; eorumque ad ultimum causa iudicio seu consilio primatum sic decisa fuisse dicitur, *[ut[c]]* Gnuto[d], relictis sibi quibusdam provinciis, regium nomen per porrectum gladium abdicaret — est enim consuetudo curiae, ut regna per gladium, provinciae per vexillum a principe tradantur vel recipiantur —, Petrus vero, accepto a[e] manu ipsius regno, fidelitate et[f] hominio ei obligaretur. Ita corona
Maii 18. regni sibi[g] per manum principis imposita, in die sancto pentecostes[h] ipse coronatus gladium regis sub corona incedentis portavit. Gwaldemarus[i] etiam, qui eiusdem sanguinis particeps fuit, ducatum quendam Daniae accepit.

VI.[k] Circa idem tempus Magdeburgensis[l] aecclesia, quae Saxoniae metropolis esse dinoscitur, pastore suo[1] viduata ad electionem faciendam resedit. Dumque alii eiusdem aecclesiae prepositum Gerardum[m], alii decanum[2] eligerent, divisis hinc inde personis, regem adhuc in Saxonia morantem adire disponunt. Quos dum multis modis ad unitatem et vinculum pacis princeps reducere satageret ac proficere non valeret, alteri parti, id est decano cum suis, persuasit, ut Gwicmannum[n] Cicensem episcopum, virum adhuc iuvenem, sed nobilem, eligerent, eique accersito regalia eiusdem aecclesiae concessit. Tradit[o] enim curia et ab aecclesia eo tempore, quo sub Heinrico V. de[p] investitura episcoporum decisa fuit inter regnum et sacerdotium controversia, sibi concessum *autumat[q], quod obeuntibus episcopis*, si forte in eligendo partes fiant, principis arbitrii esse episcopum** *p. 393.
quem voluerit ex primatum suorum consilio ponere, nec

*) vel abbatibus *add.* B*.

**) vel abbatem *eadem manu superscr.* B*.

a) Merseburc *C* 1; Mersebure *β*. b) veniunt . . . supponentes *B*. c) ut *deest A. A*. β. C.* d) Gwito *A. A*;* Gulto *β;* Gvuto *B* 1; Gwto *B* 3; Guvto *C* 1; Guuoto *C* 2. e) ab ips. manu *C*. f) ei et hom. *A. A** 1; ei *om. A** 2. g) per manum princ. sibi *C* 2. h) pentecosten *B;* penthecosten *β*. i) Guald. *(β). C* 1. 2. k) Capitulum septimum *A*. l) Magdeburchgensis *B* 1; Madeburgensis *h. l. A. A** 1. *B* 3. *C* 1. m) Gerhardum *B*. n) Guicm. *C;* Gwichm. *B* 1; Guichim. *B* 3; Guicinannum *A. (β)*. o) tandem *B; sequentia* — suscipiat *(p.* 107, *l.* 2*) habet B**. p) sub *A**. q) *ita recte A. B*. C (cf. infra II,* 39; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 92, *n.* 283*);* autūmat *β;* autumpnat *Wilm.;* autumnat *Waitz.*

1) *[Friderico, qui Ian.* 14. *vel* 15. *obierat].* 2) *[Hazzonem].*

aliquem[a] electum ante consecrandum, quam ab ipsius manu regalia per sceptrum suscipiat. Rex[b], omnibus in Saxonia bene ordinatis cunctisque principibus illius provinciae ad nutum suum inclinatis, Baioariam ingreditur ac Ratisponae, Norici ducatus metropoli[1], in festivitate apostolorum in monasterio sancti Emmerammi[c] — nam maior aecclesia cum quibusdam civitatis[d] vicis conflagraverat — coronatur[2]. Ad eandem curiam legati ad Eugenium papam Urbem cum[e] caeteris civitatibus Italiae directi, laeta reportantes, redeunt. Ibi etiam princeps, eo quod, omnibus in proprii imperii finibus ad eius voluntatem compositis, virtutem animi, quam intus gerebat, extra ferri disponeret, Ungaris bellum indicere ipsosque ad monarchiae apicem reducere volebat. Sed cum assensum super hoc principum quibusdam de causis latentibus habere non posset, ad effectum tunc perducere ea quae mente volvebat[f] non valens, ad oportuniora tempora distulit.

1152. — *Iun.* 29.

VII.[g] Erat vero multa serenissimi principis anxietas, cum omnia prospere in regno agerentur, qualiter controversia, quae[h] inter eius carnem et sanguinem, id[i] est Heinricum patruum suum et itidem Heinricum avunculi sui filium duces, de Norico ducatu agitabatur, sine sanguinis effusione terminari posset[3]. Fuit namque Heinricus iste Heinrici quondam Norici ducis filius, quem, ut alibi dictum est[4], Conradus[k] rex a Baioaria eiectum in Saxonia manere compulerat, ducatumque ipsius primum Leopaldo marchionis Leopaldi filio ac deinde fratri ipsius huic[l] Heinrico concesserat. Rex ergo predictam litem iudicio vel consilio decisurus utrique autumpnali tempore mense Octobre[m] in[n] civitate Herbipoli curiam prefigit[5]; quo dum alter, id est Heinrici ducis filius, veniret, alter se absentaret, iterum et iterum vocatur.

Oct.

a) aliquem *in marg. suppl., loco ubi inseratur non indicato C* 1; el. al. *C* 2. b) Capitulum VIII. *A; necnon novum inc. cap. A*, rubra praemissa:* Quomodo Bauariam ingreditur *A** 1; Q. Baioariam ingr. et quod Ungaris bellum indicere voluit *A** 2. c) Emer. *A.* d) civ. *deest β.* e) cum ceteris civitatibus *litteris ead. manu eodemque atram. superscriptis mutat. in* ac ceteras civitates *C* 1, *et ita* (caet.) *C* 2. f) volebat *β. B;* volv. mente *C.* g) Capitulum IX. *A.* h) quae *om. A. A*.* i) id est *des. A. A*.* k) Cunr., *ut plerumque A;* Cůnr. *B* 3. l) huic *om. A** 2, *post add. B* 1. m) *ita A. β. B. C* 1; Octobri *A*. C* 2. n) in *om. A*.*

1) *[Cf. Chron. VI,* 7. 11. *VII,* 8. 25*].* 2) *I. e. coronam portavit, ut c.* 9. *dicitur. [Cf. infra II,* 34. *III,* 50*].* 3) *[Ottonem hic verba privilegii Friderici imp. de constitutione ducatus Austriae, Constit. I, p.* 220 *sqq., nr.* 159, *imitatum putat W. Levison, 'N. Archiv' XXXIV, p.* 214 *sq.].* 4) *Chron. VII,* 23. 26. 5) *[Cf. Wibald. epist., Jaffé nr.* 388. 406, *p.* 521. 545, *n.* 1*].*

1152. In eadem curia, exulibus Apuliae, quos Rogerius de solo natali propulerat[1], lacrimabiliter conquerentibus ac[a] ad pedes principis miserabiliter se proicientibus, expeditio Italica tam pro afflictione horum quam pro corona imperii accipienda paulo minus quam ad duos annos iurata est.

VIII.[b] Porro Gerardus[c] prepositus Romam pergens Eugenium papam adiit eique causam Magdeburgensis[d] aecclesiae aperiens Guicmannum[e], ut[f] supra dictum est[2], a principe per electionem alterius partis ibi locatum multis modis de intrusione accusavit. Hanc rem quam gravissime Romanus[g] pontifex exceperit, tam ex litteris, in quibus nonnullis episcopis, qui pro eo ob amorem regis Romanae aecclesiae scripserant, respondit, quam ex cardinalium, qui postmodum ad Transalpina directi sunt, viva voce percepimus. Litterarum autem talis tenor fuit:

[h]*Eugenius*[i. 3] *episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus E[berhardo]*[k] *Salzburgensi*[l], *A[rtwico]*[m] *Bremensi et Hi[llino]*[n] *Treverensi archiepiscopis, E[berhardo]*[o] *Babenbergensi*[p], *H[ermanno]*[q] *Constantiensi, H[einrico]*[r] *Ratisponensi, O[ttoni]*[s] *Frisingensi, C[onrado]*[t] *Pataviensi, D[anieli]*[u] *Pragensi*[v], *A[nselmo]*[w] *Avelbergensi*[x] *et B[urchardo]*[y] *Agistadensi*[z] *episcopis salutem et apostolicam benedictionem. Litteras, quas pro causa Magdeburgensis*[a] *aecclesiae vestra nobis prudentia*[b] *delegavit, debita benignitate suscepimus. In lectione*[c] *autem et cognitione ipsarum*[d] *stupore nimio et ammiratione repleti sumus, eo quod longe aliud in eis,*

a) ac *om.* *A** 2; ad *om.* *A** 1. b) Capitulum decimum *A.* c) Gerhardus *B;* Girardus *A. β. C.* d) Madeburg *A*. β.* e) *ita A. C* 2; Gviem. *C* 1; Guicinannum *β;* Gwichm. *B* 3; Gbichm. *B* 2. f) a princ. ut s. dictum est *C.* g) summus *A**. h) *praecedit* Capitulum XI. *A.* i) *hanc epistolam habet B**. k) E. *A*. B;* A.eberardo *C* 1; C. *A. β;* Chŏnrado *B*;* F. *Wib.* l) Saltzb. *A. C* 2; Salb. *β.* m) A. *A. A*. β. B. Vor. Wib.* n) Hi. *β* (hi). *B. C* 1. *Wib.; alio atram. suppl.* llino *C* 1; H. *A. A*. Vor.* o) E. *β. B. Vor. Wib. (qui etiam ubique litteris tantum initialibus utuntur);* C. *A. A*;* F. *superscr.* Euerardo *C* 1. p) Bamberg. (bàb'g.) *A;* Baberg. *β;* Hamberg. *Wib. — sequ.* et B. Agistatn̄ episcopis *β, quae suo loco (l. 23 sq.) iterantur; sequitur in B* 1. 3 Otto Frising., *quem excipit in B* 1 Herm. Constant., *in B* 3 Conr. Patav. *et sequuntur* C. Pat. H. Ratisp. q) H. *A. A*;* Herm. Const. *om. β.* r) H. *A*;* H.einrico *C* 1; Henr. *C* 2; N. *A. β.* s) O. *A. A*. β. B.* t) C. *A. A*. β. B* 1; C.onrado *C* 1; Chŏnrado *B**. u) D. *B. B*. Wib.;* D.anieli *C* 1; O. *A. A*. β.* v) Brag. *B* 3. w) A. *A. A*. β. B;* A.nselmo *C* 1; Anshelmo *C* 2. x) Havelb. *B* 1; Hammelburg. *C* 2. y) B. *A. A*. β;* B.urchardo *C* 1. z) *ita C* 1; Agestad. *Vor.;* Agistn̄ *A;* Agistend. *A*;* Agistatn̄ *β;* Aiegestad. *B* 1; Aigestad. *B* 2. 3; Eistat. *B**. a) Madeb. *B* 3. b) providentia *A**. c) electione *A. A*. β. B 2. B**. d) earum *C.*

1) *[Cf. infra c.* 11*].* 2) *II,* 6. 3) *Haec epistola legitur etiam in cod. Voraviensi nr.* 111 *[item inter Wibaldinas, Jaffé nr.* 402, *p.* 535 *sqq., cuius tamen lectiones non omnes annotavimus].*

quam vobis ex officio pontificatus immineat, perspeximus continueri. Cum enim in aecclesiae vertice sitis ex divina providentia constituti, ut de medio eius quae fuerint[a] *nociva propellere, quae utilia debeatis attento studio conservare, in causa ista, sicut ex*[b] *suggestione litterarum vestrarum nobis innotuit, non quod*[c] *expediat aecclesiae Dei, quod*[c] *sacrorum*[d] *canonum sanctioni concordet, quod*[c] *exinde a caelesti arbitro*[e] *approbetur*[f], *sed quod*[g] *terrenis principibus placeat, adtendistis et, qui eorum animos a sua minus recta debuistis intentione*[h] *deflectere atque ubi esset via Domini demonstrare*[1], *non persuasistis quod rectum est nec stetistis murus pro domo Israhel,* *quin immo, ipsis, ut ait propheta*[2], *parietem edificantibus, vos, quod*[i] *sine grandi animi rancore vix dicimus, linivistis*[k] *illum luto absque*[l] *paleis. Non ita*[m] *sentiebat princeps apostolorum, qui ex fidei suae*[n] *confessione, ut totius aecclesiae fundamentum esset, accepit, sed comminantibus seculi filiis et apostolis, si predicarent in nomine Ihesu, mortis exterminium intentantibus, confisus de Domini virtute respondit:* Oportet obedire Deo[o] magis quam hominibus. *Vos autem, ne a terrenis videamini principibus dissentire, illi causae favorem vestrum impenditis*[p], *cui et aecclesiasticae auctoritas constitutionis et supernae voluntatis examen pro certo creditur obviare. Cum enim translationes episcoporum sine manifestae utilitatis et necessitatis indicio divinae legis*[3] *oraculum*[q] *non permittat, cum etiam multo amplior quam in aliis electionibus cleri et populi eas debeat prevenire concordia, in facienda translatione de venerabili fratre nostro*[r] *Guicmanno*[s] *Cicensi episcopo nichil horum est, sed solus favor principis expectatus*[t], *et*[u], *nec inspecta necessitate*[v] *illius aecclesiae nec considerata utilitate personae, clero nolente, immo, ut dicitur, ex parte maxima reclamante, in Magdeburgensem*[w] *eum dicitis aecclesiam*[x] *supplantandum*[y]. *Super quo tanto amplius ammiramur,*

[Right margin: 1152. — beside line 1; *p. 394. — left margin beside "rahel"; cf. Matth. 16,18. — beside "princeps apostolorum"; Act. 5, 29. — beside "tute respondit"]

a) fuerit *β. B*1. *B**. b) ex *deest B.* c) quid *Wib.* d) sacrarum *A. A** 1. *β. B* 1. *B*. C* 1; sacrorum *B* 2. *B*. C* 2. *Wib.* e) *sic A. A*. Wib., quod praeferendum videtur;* arbitrio *β. B. B*. C.* f) comprob. *W.* g) quid *Wib.; om. A.* h) defl. int. *C.* i) non *add. A. A**. k) limuistis *A;* linuistis *A*;* Iniustis *post corr.* Liniustis *B* 1. l) sine *B.* m) sic *Wib.* n) suae *om. β.* o) magis Deo *A. A**. p) impendistis *A*;* inpenderitis *A.* q) fieri *add. Wib.* r) nostro *om. A. A**. s) G. *A. A*. B;* S? *β; C. Wib.;* Gvicmanno *C* 1. t) expectatur *C.* u) ut *A**. v) ill. nec. ill. *β.* w) Madeburg *A**. x) ecclesia *A. A**. y) transplant. *Wib.*

1) *[Ps.* 24, 4: Vias tuas, Domine, demonstra mihi*]*. 2) *Ezech.* 13, 5. 10: neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in proelio . . . . . et ipse aedificabat parietem, illi autem liniebant eum luto absque paleis. 3) *Conc. Nicaen. c.* 15, *Mansi II, col.* 682.

1152. *quanto persona illa, cuius gravitatis sit atque scientiae, ab anteactis agnovimus*[a], *ac perinde, quantum aecclesiae illi sit utilis, non penitus ignoramus. Quoniam igitur*[b], *quicumque temporalis aurae flatibus agitentur, nos in illius petrae soliditate fundati, quae in fundamento meruit aecclesiae collocari, sicut non debemus, ita nec volumus omni vento circumferri doctrinae*[1] *aut a sacrorum*[c] *canonum rectitudine impulsu aliquo deviare, per presentia vobis scripta mandamus, quatinus causae isti*[d] *favorem ulterius non prestetis et apud karissimum filium uostrum F[ridericum]*[e], *quem Deus hoc tempore pro servanda libertate aecclesiae in eminentiam regni evexit, efficere vestris exhortationibus studeatis, ut et ipse a sua super hoc intentione desistat et contra Deum*[f], *contra sacros*[g] *canones*[h], *contra regiae dignitatis officium eidem causae favorem suum ulterius non impendat, sed aecclesiae Magdeburgensi*[i], *sicut et aliis aecclesiis regni a Deo sibi commissi*[k], *liberam facultatem*[l] *quem voluerit secundum Deum*[m] *eligendi relinquat et electionem ipsam postmodum favore suo, sicut decet maiestatem regiam, prosequatur. Nos enim, si quod*[n] *de supradicto fratre nostro facere nititur videremus ratione fulciri, nec voluntati eius nec postulationi vestrae duceremus aliquatenus obviandum. Contra Deum autem et sacrorum*[o] *canonum sanctiones nulli omnino peticioni possumus prebere consensum*[p]. *Datum*[q]
Aug. 17. *Signiae XVI. Kal. Septembris.*

1153. *Apr.* 19. VIIII.[r] At[s] rex in proximo pascha Babenberg[t] coronam[u] gestans duos cardinales, videlicet[v] Bernhardum[w] presbiterum et Gregorium diaconem[x], ad depositionem quorumdam episcoporum ab apostolica sede
Iun. 7. destinatos, secum habuit. Proximum dehinc pentecosten Wormatiae ferians Heinricum Maguntinae[y] sedis archiepiscopum, virum pro distractione aecclesiae suae frequenter correptum nec correctum, per eosdem cardinales deposuit ac[z] Arnaldum[a] cancellarium suum per quorumdam ex clero et populo, qui illuc venerant, electionem ei subrogavit. Ad predictam curiam prenominati duces

a) *ita A. β. B. B*. C. Wib.;* cognov. *A*. Vor.* b) ergo *β.* c) sacrarum *etiam h. l. A** 1. d) iste *β. B* 2. 3; istae causae *B* 1. e) F. *A. β. C* 1. *Wib.* f) et *add. Wib.* g) sacras *β.* h) ordines *Wib.* i) Madeb. *A* constanter.* k) commissis *A.* l) voluntatem *A*.* m) Deum *om. A*.* n) quid *A. A*. β.* o) sanctorum *B* 1. 2. p) assensum *A. A*.* q) Data *Wib.;* Dat. — Sept. *des. B*.* r) Capitulum XII. incipit *A.* s) Et *β. B* 1. 2. t) Babenberc *A;* Babenberch *B* 3; Papenberg *A** 1; Pavenberc *C* 1; Pavebunt *β.* u) g. c. *A. A*.* v) B. v. *A. A*.* w) Bernard. *β. C.* x) diaconum *β. C.* y) Maguncie *A. β.* z) et *A*.* a) Arnoldum *B* 3.

1) *[Eph.* 4, 14: ut . . . circumferamur omni vento doctrinae*]*.

1153. ambo Heinrici[a], pro ducatu Norico, ut[b] dictum est[1], contendentes, venerunt; sed altero, quod[c] legittime vocatus non fuerit, pretendente debitum finem negotium ibi habere non potuit. Idem[d] etiam cardinales permissu principis Burchardum Eistetensem[e], senio gravem, de inutilitate causantes, itidem submoverunt. Dumque post haec[f] in Magdeburgensem et quosdam alios sententiam ferre cogitarent, a principe inhibiti et ad propria redire iussi sunt.

X.[g] Ea tempestate Eugenius papa, vir iustus et (*Iul.* 8). religione insignis, ab hac luce transiens Anastasio, homini veterano et in consuetudine illius curiae exercitato, sedem reliquit. A quo dum cardinalis quidam Girardus[h] nomine[i,2] ad terminandam Magdeburgensis electi causam missus fuisset[3] ac principem in eadem civitate natale Domini[4] celebrantem adisset, (*Dec.* 25. 1154.) cum quaedam ibi secus ipsius[k] nutum tractare vellet, indignationem eius incurrens, infectis negotiis, pro quibus venerat, mandatis sevioribus inglorie redire coactus, in via etiam vita decessit[5]. Verum princeps missis ad Anastasium cum
*p. 395. Gwicmanno[l] nunciis non *solum facti sui ratihabitionem, sed etiam pallium obtinere[m] eum fecit, non sine quorumdam scandalo, qui, ne umquam id fieret, immobiliter fixum Romanos tenere a proprio ipsorum ore audierant. Exhinc non solum in secularibus, sed et[n] in aecclesiasticis negotiis disponendis[o] auctoritas principis plurimum crevit.

XI.[p] Circa idem tempus, mense Septembre[q], principes (1153. *Sept.*) maioresque Baioariae a rege Ratisponae convocantur, sed nichil ibi de bono pacis in illa provincia propter duorum ducum litem terminari poterat. Rex tamen, quia non multo ante haec[f] per apostolicae sedis (*Mart.*). legatos ab uxore sua[6] ob[r] vinculum consanguinitatis

a) H. *A. A**. b) cont. ut d. e. *A*. c) quod *om. A**. d) *ita A. A*. β. B* 1. *C;* Iidem *alii*. e) Eistensem, Ei *in l. raso alio atram. A;* Cistensem *A*. β.* f) hoc *A*. g) Capitulum XIII. incipit *A*. h) Girhardus *B* 1. i) nomine qui dum *B* 1. k) ips. *om. A** 2. l) Guicm. *A. C;* Guicinanno *β;* Gwichm. *B* 3. m) eum obt. *A**. n) eciam *A**. o) disponendi *A*. p) *nulla cap. dist. A. A**. q) *ita A. A** 1. *β. C* 1; Septembri *A** 2. *B. C* 2. r) sep. ob. vinc. cons. *A. A**.

1) *[II, 7]*. 2) *[Card. diac. S. Mariae in via lata]*. 3) *[Quod tamen demum a.* 1154. *Febr. contigit; v. Wibald. epist., Jaffé nr.* 430, *p.* 567*]*. 4) *[Immo pascha a.* 1154, *Apr.* 4*]*. 5) *[Cardinalem adhuc a.* 1155. *Maii* 17. *in vivis fuisse constat; cf. Jaffé, Reg. pont. ed. . nr.* 10062*]*. 6) *Adelheida*.

separatus fuerat, pro ducenda alia pertractans, ad Manuel Grecorum imperatorem tam pro hoc negotio quam
1154. pro Gwilhelmo[a] Siculo, qui patre[b] suo Rogerio noviter[1] defuncto successerat, utriusque imperii invasore[2], debellando in Greciam legatos destinandos ordinat, sicque primatum suorum consilio Anshelmus[c] Havelbergensis[d] episcopus[e] et Alexander Apuliae quondam comes[3], sed a Rogerio cum caeteris eiusdem provinciae nobilibus ob
1153. suspitionem dominandi propulsus[4], eandem legationem
Dec. suscipiunt. Proximo dehinc mense Decembrio[f] utrique duces[g] Heinricus[h] et[i] itidem Heinricus[h] iudicio principis[k] in civitate Spira adsistunt, sed iterum altero de legittima se[l] vocatione excusante, res protelatur[m]. Itaque[m*] Fridericus, dum iam fere per biennium ad decidendam litem duorum principum, sibi, ut dictum est[4], ex propinquitate sanguinis tam affinium, laborasset, tandem alterius instantia, qui in paternam hereditatem, a qua diu propulsus fuerat, redire cupiebat, flexus, imminente etiam sibi expeditionis labore, in qua eundem iuvenem militem sociumque viae habere debuit, finem
1154. negotio imponere cogebatur. Proinde in oppido Saxoniae Goslaria curiam celebrans utrosque[n] duces datis edictis
(Iun.) evocavit. Ubi dum altero veniente alter se absentaret, iudicio principum alteri, id est Heinrico Saxoniae duci, Baioariae ducatus adiudicatur. Post haec[o] princeps de Saxonia in Baioariam[p] se recipiens ac inde per Alemanniam transiens anno regni sui tercio in campania Lici fluminis, termino Baioariae, contra civitatem
Oct. Augustensem circa principium mensis Octobris militem in Italiam iturus collegit, finitis, ex quo iurata fuerat primo expeditio, pene[q] duobus annis[5]. Nec illustrem animum a tam illustri facto ex[r] recenter prolata in tam magnum imperii principem sententia et exhinc obortum non parvum aliorum principum murmur revocare poterat,

a) Guillelm. *A. β. C* 1; Guilh. *C* 2; Gwilleh. *B.* b) *ita (ex archetypo, ut videtur) A. β. B* 1. 3. *C;* patri *Wilm. Waitz.* c) Anselmus *β. C* 1. d) *ita B* 1; Hamelberg. *A. β? B* 3. *C* 1?; Hamelburg. *A*. β. B* 2. *C* 2. e) episc. *om. C.* f) Decemb' *A** 1; Decembri *A** 2. g) dux *β. B.* h) H. *A. A*.* i) et *deest A;* itidem et *β. C;* et item *B* 1. 3. k) iud. in civ. Sp. princ. ads. (assist. *A**) *A. A*. β;* in civ. Sp. princ. ads. iud. *C; fortasse legendum* in civ. Sp. princ. iud. ads. l) se voc. se *B* 1. m) *numerus* 11. *adscr. β.* m*) *nov. cap. inc. β.* n) utrique ducem *β;* utrumque ducem *B.* o) hoc *A. A*. β.* p) Bauwoariam *A. h. l.* q) pene *deest C.* r) *ita codd.*

1) *[Mortuus est demum a.* 1154. *Febr.* 26*].* 2) *[Cf. Chron. VII,* 28, *p.* 355. *et n.* 5*].* 3) *[Cf. supra I,* 25, *p.* 42*].* 4) *[Cf. supra II,* 7*].* 5) *[Cf. II,* 7*].*

quin omnia quae retro erant tamquam floccipendens Deo se committendo in anteriora extenderetur[1]. Per Brixinoram itaque et vallem Tridentinam transiens, emensis Alpium angustiis, in campestribus Veronensium iuxta stagnum Garde[a] castra metatur. Ubi dum de processu ad ulteriora cum principibus consilium[b] iniret, primo caeli principem conciliandum decrevit. Denique miles per claustra montium transiens, ob difficultatem locorum victui necessaria invenire nequiens, dum penuriam magnam, quod in exercitibus molestissimum[c] esse solet, pateretur, nonnulla sacra loca violarat. Ad haec[d], quamvis predictam necessitudinis excusationem habere viderentur, expianda rex a toto exercitu collectam fieri iubet; et sic non modicam coadunatam pecuniam per quosdam religiosos viros duobus episcopis[e], Tridentino scilicet et Brixinorensi, remittendam ac per[f] singula sanctorum loca, quae dampnum passa fuerant, dividendam statuit, pulchre communi utilitati consulens, pulchre rectoris officium implens, ut maxima adorsurus negotia ante omnia rectorem et plasmatorem omnium, sine quo nichil bene inchoatur, nichil prospere consummatur[g], placandum eiusque offensam a populo suo avertendam[h] intenderet[i]. 1154.

XII.[i*] Inde[k] castra movens, in campo Roncaliae[l] super Padum, non longe a Placentia, mense Novembrio[m] resedit. *Nov.* (30). Est autem consuetudinis regum Francorum, qui et Teutonicorum, ut, quotienscumque ad sumendam Romani imperii coronam militem ad transalpizandum[n] coegerint, in predicto campo mansionem faciant. Ibi ligno in altum porrecto scutum suspenditur, universorumque equitum agmen feoda[o] habentium ad excubias proxima[p] nocte principi faciendas per curiae preconem exposcitur. Quod sectantes qui in eius comitatu fuerint[q] principes[r], singuli singulos beneficiatos suos[s] per pre-

a) grande *β; grande add. B.* b) cons. *om. B* 1. 3. c) *ita A. A*;* molestum *β. B. C.* d) hoc *A.* e) viris *add. A*; iuris *add. A** 1ª. 2; uncis (?) *add. A** 1. f) per *om. B* 3. g) consumatur *A. A*. B* 1. h) advertendam *B* 1. i) *numerus* 12. *adscr. β.* i*) Capitulum XIIII. *A.* k) Unde *β.* l) Rancalie *B* 2; Rancoliae *C.* m) Novembri *A** 2. n) -zandum *e corr. B* 1; transalpisandum *A. β;* transalpinandum *A*.* o) feuda *B.* p) prima *β.* q) fuerint *(quod etiam Kohl merito probat) β. B* 1. 3. *C* 1 *(alio atram. mut.* fuerunt*);* fuerunt *A. A*. B* 2. *C* 2. r) princ. *deest C.* s) suos *deest B.*

1) *[Phil.* 3, 13: quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea vero quae sunt priora extendens me ipsum*].*

1154. cones [itidem[a] suos] exposcunt. At sequenti die[b] quicumque nocturnis vigiliis defuisse deprehensus fuerit[c], denuo *ad presentiam regis aliorumque principum vel *p. 396. virorum illustrium evocatur, sicque omnes **omnium[d]** beneficiati, qui sine bona voluntate dominorum suorum domi remanserunt, in feodis[e] dampnantur[f]. Hunc morem principe secuto, non solum laicorum feoda[g], sed et quorumdam episcoporum, id est Hartwici[h] Bremensis et Ulrici[i] Halberstadensis[k], regalia personis tantum, quia nec personis, sed aecclesiis perpetualiter a principibus tradita sunt, abiudicata fuere.

Sed[l] quoniam huius terrae mentio habita est, de ipsius situ ac[m] ritu, et a quibus prius inhabitata, quove nomine dicta, a quibus postmodum possessa, quo censeatur vocabulo, paucis absolvam[n].

XIII.[n*] Haec Pyreneo[o] seu Apennino, altissimis et scopulosissimis alpibus, in oblongum ductis, hinc inde septa, tamquam eorumdem vel potius eiusdem montis umbilicus[p], ut vere[q] deliciarum hortus, a Tyrreno mari usque ad Adriatici equoris horam[r] protenditur, habens ad septentrionem Pyreneas, ut dictum est, alpes, ab austro Apenninum[s], qui modo mutato nomine mons Bardonis vulgo dicitur, ab occidente Tyrrenum[t], ab oriente Adriaticum equor. Padi[u] vel Eridani fluminis, quem unum inter tria Europae flumina famosissima topografi ponunt[1], caeterorumque[v] amnium decursu irrigua, soli dulcedine caelique temperie frumenti, vini et olei ferax, in tantum ut[w] arbores fructiferas, precipue castaneas[x], ficeta et oliveta instar nemorum educet. Romanorum colonia ulterior Italia olim dicebatur, tribus distincta provinciis, Venetia, Emilia, Liguria, quarum primae Aquilegia[y], secundae Ravenna, terciae[z] Mediolanum metropoles fuere[a]. At in ipso Apennino[b], ubi[c]

a) it. suos *des. β. B. C.* b) die *om. A** 1. c) fuerit *alio atram. mut.* fuerat *C* 1; fuerat *C* 2. d) omn. *deest A. A*. β. B.* e) o *alio atram. supra lin. C* 1; feudis *C* 2. f) *ita A. A*. B* 1; condemnantur *B* 2? 3? *C* 1 (condempn.). 2; deponantur *β.* v g) o *alio atram. supra lin. C* 1; feuda *A. C* 2. h) Henrici *A**. i) Udalrici *A;* Ǒdalrici *B* 1. 3. k) Haberstad. *B* 1; Halberstat. *C;* Alberstat. *A. A*. β. B* 3. l) *novum cap. h. l. inc. A** 2. m) et *A** 1. n) *numerus* 13. *adscr. β.* n*) *nulla cap. dist. A. A*.* o) Pirren. *A;* Piren. *A**. p) umbelicus *A. B* 1. q) *ita A. A* et e corr. B* 3. *Waitz;* u t v e *(rectius?) β* (ut ve). *B* 1. 2. *C* (ut ve). *Wilm.* r) *ita A. A*. β. B* 1; oram *C;* prot. horam *A. A**. s) Appenn. *h. l. A. A*. β. B* 1. *C* 1. t) Thirr. *C* 1. u) Vel Padi vel *B* 1. v) que *deest A. A**. w) ut ibi *A. A**. x) fic. cast. *A. A**. y) Aquileigia *B* 1. z) tercia *B* 1. a) fuerunt *A. A**. b) Appenn. *A. β. C* 1. c) ubique ubi *A**.

1) *[Sc. Padum, Danubium, Rhenum; cf. infra II, 43. 46].*

et urbs Roma sita noscitur, quae modo Tuscia vocatur[1], eo quod Apennino[a] inclusa Urbem quoque ipsam in sinu suo contineat[b], interior Italia iure dicta est. Illa vero, quae post emensionem montium campania excipitur, unde et, a re nomen trahens, Campania adhuc dici solet, ac usque ad Farum[c], brachium maris, navibus[d] ob sirtes inportunum, Siciliam[e] a solido seiungens, producitur — nam Sicilia[e] Europam terminans Sardiniae caeterisque Italiae insulis adnumeratur —, olim citerior Italia vel Maior Grecia vocabatur, nunc Apulia vel[f] Calabria dicta. Quamvis aliqui hanc et mediam pro una reputantes Italia, Citeriorem seu Maiorem Greciam dicere maluerint Italiam, non tres, sicut premissum est, sed duas tantum, Ulteriorem et Citeriorem, ponentes Italias[2]. Nonnulli tamen predictas alpes Apenninum[g] et Pyreneum[h] eadem montana esse volunt, eo quod circa[i] eas partes, qua Ianua civitas, in navalibus preliis satis exercitata, super Tyrrenum[k] equor sita est, conveniendo predictam claudant provinciam; in argumentum suae assertionis inducentes, quod Pannonia iuxta Ysidorum[l.3] tamquam Apennino[m] clausa nomen accepit[n], quam non Apenninus[m], qui [modo[o]] mons Bardonis [dicitur[p]], sed Pyreneae[q] attingunt alpes. Patet, ut arbitror, cur hanc terram duorum montium vel eiusdem supra[4] umbilicum[r] dixerim. Barbarorum[s] vero incursionibus ac dominationi, qui a Scanzia insula cum Alboin[t] duce venientes Pannonias primo[u] inhabitarunt, subiacere incipiens ab eisdem, eo quod ad augendum exercitum feminis, reflexis ad mentum crinibus sicque virilem et barbatam faciem imitantibus[v], et idcirco[w] Longobardis a longis barbis[x] vocitatis[5], et ipsa Longobardia appellari consuevit. Ex quo contingit[y], ut circa exarchatum Ravennatensem artatis antiquis eiusdem provinciae incolis ea pars Italiae, quae antea Emilia dicebatur, nunc Romaniola, quod diminutivum a Roma

a) Appenn. *β. C*1. b) continet *A**. c) Faraum *B*1. 3. d) naribus *B*1. 2. e) Syc. *B*1. f) et *A**. g) Appenn. *A. β.* h) Piren. *C*1. i) circa *om. A. A**. k) Tyren. *A.* l) Isid. *β.* m) Appenn. *A. β. C*1. n) acceperit *A. A**. o) modo *deest β. B. C.* p) dic. *deest β. B. C.* q) Pyrren. *A.* r) umbel. *B*1. s) Barbatorum *B*1. 3, *vix recte, etsi de Langobardis sermo sit (cf. Chron. V,* 5: a barbarorum inhabitatione). t) Alboyn *B.* u) primo *deest A. A**. v) *verba hic neglegenter composita.* w) iccirco *C*1. x) bardis *A**2. *β. B;* barbis, *post corr.* bardis *A**1[a]. y) contigit *A. A**1. *B*1.

1) *[Cf. infra II,* 27; *Chron. VII,* 14, *p.* 326*]*. 2) *[Quos ipse Otto Chron. VII,* 14, *p.* 326. *secutus erat]*. 3) *Etym. XIV,* 4, 16. *[Cf. supra I,* 32, *p.* 49; *Thomae, 'Die Chronik des Otto von St. Blasien', p.* 11 *sq.]*. 4) *[Cf. p.* 114, *l.* 18 *sq.]*. 5) *Sequitur Paulum, H. Lang. I,* 8. *II,* 7; *cf. Chron. V,* 4. 5.

tractum noscitur[a], vulgo usque hodie dici soleat. Verumtamen barbaricae deposito feritatis rancore, ex eo forsan, quod indigenis per conubia iuncti filios ex materno sanguine ac terrae aerisve[b] proprietate aliquid Romanae mansuetudinis[c] et sagacitatis trahentes genuerint, Latini sermonis elegantiam morumque retinent urbanitatem. In civitatum quoque dispositione ac rei publicae conservatione antiquorum adhuc Romanorum imitantur sollertiam[1]. Denique libertatem tantopere affectant, ut potestatis insolentiam fugiendo consulum potius quam imperantium regantur arbitrio. Cumque tres inter eos ordines, id est capitaneorum, vavassorum[d], plebis, esse noscantur, ad reprimendam superbiam non de uno, sed de singulis predicti consules eliguntur, neve ad dominandi libidinem prorumpant, singulis pene[e] annis variantur. Ex quo fit, ut, tota illa terra inter[f] civitates ferme divisa, singulae ad commanendum secum diocesanos[g] compulerint, vixque *aliquis nobilis vel vir magnus *p. 397. tam[h] magno ambitu inveniri queat, qui civitatis suae non sequatur imperium. Consueverunt[i] autem singuli singula territoria ex hac comminandi[2] potestate comitatus suos appellare. Ut etiam ad comprimendos vicinos materia non careant, inferioris conditionis iuvenes vel quoslibet contemptibilium etiam mechanicarum artium opifices, quos caeterae gentes ab honestioribus et liberioribus studiis tamquam pestem propellunt, ad miliciae cingulum vel dignitatum gradus assumere non dedignantur. Ex quo factum est, ut caeteris orbis civitatibus divitiis et potentia [longe[k]] premineant. Iuvantur ad hoc non solum, ut dictum est, morum suorum industria, sed et principum[l] in Transalpinis manere assuetorum absentia. In hoc tamen antiquae nobilitatis immemores barbaricae fecis retinent vestigia, quod, cum legibus se vivere glorientur, legibus non obsecuntur. Nam principem, cui voluntariam exhibere deberent[m] subiectionis reverentiam, vix aut numquam reverenter suscipiunt vel ea quae secundum legum integritatem sancciverit

a) cognoscitur *B* 1. b) aeri sue *β;* aeri suę *B* 1. 2. c) consuet. *A** 2. — ac s. *A** 1. d) vavass., l *alio atram. superscr. mut. in* valvass. *C* 1; vaivass. *C* 2. e) ann. pene *A. A**. f) intra *C* 2. g) dioceseanos *B* 1. h) *ante* tam *excidisse videtur* in. i) Consuerunt *C* 1 (Consuer̃). 2. k) longe *deest β. B. C.* l) ex pr. *A. A**. m) debent *A* (dn̄t). *A**.

1) *[Cf. supra p.* 50, *l.* 12, *ubi similibus verbis utitur].* 2) *[Comminare i. q. Germanice 'zusammentreiben'].*

obedienter excipiunt, nisi eius multi militis astipulatione coacti sentiant auctoritatem. Ob ea frequenter contingit, ut, quamvis civis lege flectendus, adversarius armis[a] cogendus secundum leges sit, ipsum tamen, quem ut proprium principem mitem suscipere oportebat, sepius iura propria exposcentem hostiliter excipiant. Ex quo duplex rei publicae nascitur detrimentum, ut et[b] princeps ad subiugationem civis in colligendo exercitu distrahatur, et civis non sine magno rerum suarum dispendio ad obedientiam principis [sui[c]] compellatur. Quare eadem ratione qua populum super hoc incusat temeritas, sic principem aput Deum et homines excusare debebit necessitas[d].

XIIII.[e] Inter caeteras eiusdem gentis civitates Mediolanum primatum nunc optinet. [Que[f]] inter Padum et Pyreneum[g] sita, Ticino[h] et Adua[i] ab eodem Pyreneo[k] nascentibus ac in Pado se recipientibus et ob hoc sinum quendam fertilissimum in[l] modum insulae facientibus media posita, rite Mediolanum vocatur, quamvis nonnulli[1] ex quodam portentuoso[m] sue, unam medietatem setas et alteram lanam habente, a[n] fundatoribus Mediolanum dictam putent. Haec ergo non solum ex sui magnitudine virorumve fortium copia, verum etiam ex hoc, quod duas vicinas civitates in eodem sinu positas, id est Cumam et Laudam, ditioni suae adiecit, aliis, ut dictum est, civitatibus celebrior habetur. Porro, ut in rebus caducis ex arridentis fortunae blandimento fieri solet, rebus[o] secundis elata in tantam elationis extumuit audatiam, ut non solum vicinos quosque infestare non refugiat, sed et[p] ipsius principis maiestatem non reformidando eius ausa fuerit incurrere recenter offensam. Quod quibus de causis exordium sumpserit, postmodum[q] breviter aperiam[r].

XV.[s] Interea quedam de iusticia regni dicenda videntur. Mos[t, 2] enim antiquus[u], ex quo imperium Ro-

a) cog. arm. *A.* b) et *deest C.* c) sui *deest β. B. C.* d) *numerus* 14. *adscr. β.* e) *nulla cap. dist. A. C.* f) Que *deest β. B. C.* g) Pir. *C*1. h) Tyc. *A.* i) Addua *B;* ad dua *β.* k) Pir. *h. l. A**. l) immodum *B* 1. m) portentuosa *β*; quadam portentuosa *A. A**. n) e *B* 2. o) sec. rebus *B.* p) etiam *A. A**. q) postm. *om. C.* r) *numerus* 15. *adscr. β.* s) *nulla cap. dist. A. C* 2; *nec versus mutatus nec littera initialis minio picta, sed signum novi cap. C* 1. t) *sequentia habet B* ita inscripta:* De quadam iusticia regni. u) antiquis *C.*

1) *Isidor. Etym, XV,* 1, 57. 2) Mos erat antiquus, *Ovid. Met. XV,* 41.

manum ad Francos derivatum est[a], ad nostra usque deductus est tempora, ut, quotienscumque reges Italiam ingredi destinaverint, gnaros quoslibet de familiaribus suis premittant, qui singulas civitates seu oppida peragrando ea quae ad fiscum regalem spectant, quae ab accolis fodrum dicuntur, exquirant. Ex quo fit, ut principe adveniente plurimae civitates, oppida, castella, quae huic iusticiae vel omnino contradicendo vel integraliter non persolvendo reniti conantur, ad solum usque prostrata proterviae suae documentum posteris ostendant. Alia itidem[b] ex antiqua consuetudine manasse traditur iusticia, ut principe Italiam intrante cunctae vacare debeant[c] dignitates et magistratus ac ad ipsius nutum secundum scita legum iurisque peritorum iudicium universa tractari. Tantam ei quoque iudices terrae recognoscere[d] dicuntur iurisdictionem[e], ut ex omnibus, quae terra producere solet, usui necessariis, exceptis vix bubus et seminibus ad excolendam terram ydoneis, de caeteris quantum necesse fuerit militi profuturis ad regios usus suppeditare aequum arbitrentur[f].

1154. XVI.[g] Igitur rege aput Roncalias[h] per quinque[1], ut aiunt, dies sedente et ex principum ac de universis pene civitatibus consulum seu maiorum[i] conventu[k] curiam celebrante, diversa hinc inde diversis ex querimoniis emersere negotia. Inter quae Gwilhelmus[l] marchio de Monte-ferrato, vir nobilis et magnus et qui pene solus ex Italiae baronibus civitatum effugere potuit imperium[m], simul et Astensis episcopus[2], gravem uterque[n] super *Astensium, alter, id est marchio, super *p. 398.
oppidanorum Kairae[o, 3] conquestionem facientes[p] insolentia. Neque[4] enim multum ad principis triumphi

a) est *deest A. A**. b) inde *A*. c) deberent *β*. d) recogn. *om. B* 1. 3. e) iurisdicionem *A**. *B**. *C* 1. f) *numerus* 16. *adscr. β*. g) Capitulum XV. *A; nec littera initialis minio picta nec novus versus, sed signum novi cap. C* 1. h) Runc. *A*. *A** 1; Ranc. *A** 2. i) magorum *A**. k) conv. *om. A**. l) Guill's *A*. *C* 1; Guill *β*; Guilhelm. *C* 2; Gwillehelm. *B*. m) impium *B* 1. n) utrique *A*? *A**. *β*. o) Karie *β*; Kire *B* 1. 2; Kyre *B* 3. p) *hic aliquid desiderari Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 254, *n.* 190 *animadvertit; nescio an supplendum sit* aderant; *cf. infra p.* 119, *l.* 5.

1) *[Morabatur ibi a Nov.* 30. *usque ad Dec.* 6*]*. 2) *[Anselmus]*. 3) *Chieri in oriente urbis Taurinorum.* 4) *[Verba* Neque — festinantes *(p.* 119, *l.* 5*), fortasse olim margini adscripta, hoc loco perperam inserta esse patet, cf. etiam Giesebrecht 'DKG.' VI, p.* 335; *Simonsfeld l. c. p.* 245, *n.* 123; *aliquo aptius primam sententiam cap.* 15. (Interea — videntur) *exciperent; cf. infra II,* 41; *'N. Archiv' XXXVI, p.* 713*]*.

titulum respectu aliorum[a] ipsius gestorum fortium facere arbitramur, si de castellis, rupibus, oppidis villisque magnis, quae ab ingressu suo non solum militari ordine, sed etiam armigerorum tumultuationis assultu subversa sunt[1], diceremus, ad maiora festinantes. Aderant etiam Cumanorum seu Laudensium consules de attritionis suae diutina miseria lacrimabilem super Mediolanensium superbia[b] facientes querimoniam, presentibus duobus consulibus eiusdem civitatis, Oberto de Orto et Girardo[c] Nigro. Princeps igitur[d] his de causis superiores Italiae partes aditurus, per Mediolanensium fines transire volens, predictos consules tamquam viae duces futuros et de ydoneis tabernaculorum locis dispossituros secum retinuit. Venerunt etiam ad eandem curiam legati Ianuensium, qui non longe ante haec tempora[e], captis in Hyspania[f] inclitis civitatibus et in sericorum pannorum opificio prenobilissimis Almaria et[g] Ulixibona[h. 2], Sarracenorum spoliis onusti redierant, leones[i], strutiones, psitacos cum caeteris preciosis[k] muneribus principi presentantes[l. *]. 1154.

XVII.[m] Fridericus ergo ad superiora, ut dictum est, ulterioris Italiae profecturus, a Roncaliis[n] copias ducens, in territorio Mediolanensium castra posuit. Dumque a prenominatis consulibus per arida, ubi nec stipendia[3] inveniri nec ex mercatu haberi possent, circumduceretur[o] loca, indignatione motus, iussis primo, ut ad propria redirent, consulibus, in Mediolanenses arma convertit. Accessit ad huius indignationis cumulum, quod ex maxima ymbrium effusione[p] totus exacerbatus fuisse dicitur exercitus, ut ex hac duplici, inediae videlicet et caeli inclementiae, molestia cuncti, prout poterant, principem adversus eos concitarent. Alia itidem huius commotionis non[q] parva causa fuit, quod princeps temeritatis illorum in hoc tumorem presenserat, quod non solum (13b)

*) *A atque A* hoc loco addunt quae infra c.* 19. *leguntur:* Antequam [vero *A**] tamen castra moverentur — conquievit[4].

a) al. *om. C* 2. b) superbiam *A**. c) Girhardo *B* 1; Gerardo *C* 2. d) ergo *β*. e) ipsa *C* 2. f) Hisp. *β*. *C* 1. g) et *om. A**. h) Ylixbona *B* 1; Ylixib. *B* 3. i) leonem, strucionem *A*. *A**. *β*. k) mun. princ. pres. prec. *A*. *A**. l) *num.* 17. *adscr. β*. m) Capitulum XVI. incipit *A*. n) Runc. *A*. *A**. o) circumducentur *B* 1. 3. p) suffus. *A*. *A**. *β*; infus. *B*. q) causa non parva *C*.

1) *[Cf. Epist. Friderici imp. supra p.* 2, *l.* 10—12*].* 2) *[Cf. Chron. I,* 26, *p.* 59; *Simonsfeld l. c. p.* 257, *n.* 204*].* 3) *[I. e. alimenta].* 4) *[Cf. praef.].*

1154. civitates, quas destruxerant, reedificari pati nollent, quin etiam ad iniquitatis illorum assensum ipsius nobilem et incorruptum hactenus[a] animum pecunia inclinare ac corrumpere satagebant. Rex castra de aridis locis movens, ad fertilia ipsius territorii habitacula non longe a civitate se transferens, militem lassatum refecit.

(14) XVIII.[b] Erat in vicino oppidum quoddam satis populosum Rosatum[1], ubi Mediolanenses circiter quingentorum equitum armatorum presidia locaverant. Iubentur ergo[c] equites ad civitatem redire, direptisque omnibus usui necessariis, ipsum oppidum flammae datur. Ibi quidam ex equitibus principis usque ad portas Mediolanensium progressi, quibusdam vulneratis, quosdam cepere. Mediolanenses non solum dampno presentium, sed et[d] metu futurorum[2] stupefacti Girardi[e] consulis, tamquam huius mali auctoris, domum, principis iram mitigaturi, diruunt[f]. At princeps huius rei nichil[g] pensi habens ad Ticinum[h] usque amnem, maiores his clades irrogaturus, procedit. Is amnis a Pyreneo[i], ut supra[3] ostensum est, surgens et Padum seu Eridanum iuxta Papiam[k], quae exhinc Ticinum[l] vocatur, influens insulam Mediolanensium ab occidentali latere cingit. Ibi duos pontes ligneos, quos ipsi ob incursum in Papienses et Novarienses construxerant ac ob illorum impetum reprimendum propugnaculis munierant, occupat transmissoque per eos milite ignibus tradit[m]. Deinde[n] tria ipsorum castra[o] munita et decora, id est Mummam[p, 4], Gailardam[q], Tricam[5], quae ad expugnationem Novariensium in[r] ipsorum territorio firmaverant, expugnata cremantur. Est autem Novaria civitas non magna, sed,
1110. ex quo ab imperatore Heinrico[6] olim eversa reedificari coepit, muro novo et vallo non modico munita, comitem habens in sua diocesi Gwidonem[s] Blanderatensem, qui preter morem Italicum totum[t] ipsius civitatis territorium,

a) act. *C* 1. b) *nulla cap. dist. A. A** 1. *β; rubram post add. A** 2. c) ergo *deest A. A**. d) etiam *A**. e) Girh. *B* 1. f) irruunt *A**. g) nil *A**. h) Tycin. *β*. i) Pir. *A**. k) Papyam *B* 1. l) Tycinum *A. A*. β. B* 1. m) *h. l. numerus* 18. *in marg. adscr. β*. n) Denique *C*. o) castra *om. B*. p) Mimam *A**; Mūniā *β*; Nummam *A*. q) Gylard. *corr.* Gaylard. *B* 1 *(ubi* et G.*)*. 3. r) in *om. A. A**. s) Guid. *A. β. C*. t) totum *om. A**.

1) *Rosate in occidente Mediolani.* 2) *[Cf. Chron. VII,* 34, *p.* 368: presentium incursu, futurorum metu discriminum urgemur*]*. 3) *[II,* 14*]*. 4) *Alias Turris de Momo dictum. W.* 5) *Galliate et Trecate in oriente Novarae Ticinum versus.* 6) *[V. Cf. Chron. VII,* 14, *p.* 326*]*.

vix ipsa civitate excepta, Mediolanensium possidet auctoritate, 1154. inhiantibus adhuc Mediolanensibus, ut et hanc simul et Papiam[a] sicut alias [predictas[b]] absorbeant civitates. Facta est haec victoria mense Decembrio, nataleque Domini circa predictorum excidium castrorum Dec. 25. a principe cum magna celebratur alacritate[c].

*p. 399. *XVIIII.[c*] Post haec[d] princeps per Vercellum et (15). 1155. Taurinum[e] transiens, transvadato ibi Pado, ad inferiora versus Papiam[a] iter reflectit. Verum oppidani Kairae[f] simul et Astenses cives, eo quod precepto[g] principis de exhibenda marchioni suo Gwilhelmo[h] de Monte-ferrato iusticia minime paruissent, tamquam rebellionis rei hostes iudicati proscribuntur. Ad quorum puniendam contumaciam dum rex exercitum ducit, illi relictis munitionibus, velut viribus suis diffidentes, ad vicina montana diffugiunt. Rex primo Kairam[i] veniens, inventis sufficienter victualibus, per aliquot ibi dies mansit; turres, quae non* paucae ibidem fuere, destruxit oppidumque succendit. Inde Astam procedens vacuamque non opibus, sed habitatore repperiens civitatem, non paucis ibi diebus manens, igni eam et direptioni dedit. Ante** vero quam abinde castra moverentur, consilio (Febr. 1). sapientum[k] rex habito, propter crebras, quae in exercitu ortae fuerant, seditiones aliqua militi in[l] posterum profutura ordinare disponit. Non solum ergo[m] edicto dato, sed et a singulis maioribus et minoribus sacramento prestito, legem dedit, ne quis infra castrorum ambitum gladium ad quodlibet[n] commilitonis nocumentum portare auderet, adiciens penam, ut, quicumque hanc treugam violando quempiam de sociis vulneraret, manu mutilaretur vel etiam capite obtruncaretur. Hacque[o] tam sapienti quam necessaria lege data de caetero iuvenilium irrationabilis impetus animorum conquievit[p].

*) non parvae ibi fuerunt ac paucae *A*.

) *Sequentia A atque A* habent supra c.* 16. *ita:* Antequam [vero *A] tamen castra — conquievit; *cf. p.* 119, *n.* *.

a) Papyam *B* 1. b) pred. *deest β. B. C.* c) *numerus* 19. *adscr. β.* c*) *novum cap. inc. A** 2 *a verbis:* Verum opp. (*l.* 8); *nulla cap. dist. A. A** 1. d) hoc *A**. e) Thaur. *A**. f) Kayre *B* 1. *C* 1; Cairae *C* 2. g) *ita A. A*;* precepta *rel.* h) Guill. *β. C* 1; Gwill. *A;* Gwilleh. *B;* Guilh. *C* 2. i) Kayr. *C* 1; Cair. *C* 2. k) sapientium *A** 1. *B* 1. l) impost. *A**. m) enim *B.* n) quilibet *β;* quolibet *B* 1. o) que *om. A** 1, *post add. B* 1. p) *numerus* 20. *adscr. β.*

1155. (16). XX.[a] Fuit non longe ab eo loco civitas Terdona, natura et arte munita, Mediolanensibus amica ipsisque[b] contra Papienses federe iuncta. Igitur Papiensibus conquerentibus plus a Terdona se quam a Mediolano molestari, eo quod, quamvis civitas Papia in sinu[1] quidem Mediolanensium posita, robur tamen comitatus sui ultra Ticinum[c] fluvium habeat, isti nullo montis seu fluminis[2] obiectu[d] expositum, iussa est a principe a[e] Mediolani contubernio recedere Papiaeque sociari. Quod dum facere recusaret[f], dumque[g] magis seditiosae et inimicae quam pacificae et amicae regibus civitati adherere delegisset, tamquam maiestatis rea et ipsa inter hostes imperii adnumerata[h] proscribitur. Princeps Terdonensium sicut et Astensium vindicaturus insolentiam, ab Asta castra[i] movens, in marchia* quadam quae Busca[3] dicitur tentoria fixit. Ibi per aliquot dies moram faciens quosdam ex militibus cum fratre suo Conrado[k], Bertholfo[l] Burgundionum duce, Ottone[m] vexillifero suo, ex Baioaria[n] palatino comite, premittendos situmque civitatis exploraturos decrevit[o]. Qui, transmisso amne** usque ad ipsam civitatem decurrentes ac omnia circumspicientes non longe ab ea super predictum amnem metantur castra. Tercia dehinc luce rex suos insecutus altera fluminis ripa tabernacula fixit[p], suis ex predicti amnis inundatione, qui ex subita imbrium multitudine plus solito excreverat, iungi non valens. Attamen non multo post fluviolo aliquantisper mitigato[q], transvadandi[r] labore suis adiunctus ad civitatem properavit; primoque assultu suburbia, muro, turribus suffulta, cepit et[s] expugnavit, civibus vix ad superiorem civitatis arcem se recipiendi

*) oppido quodam (quod *A** 2) Buscha *A. A**.

**) qui Tanera vulgo dicitur[4] *add. C.*

a) Capitulum XX. *numeris* XVII. XVIII. XIX. *omissis A.* b) ipsis quoque *B.* c) Tyc. *A. A** 1. *β. B* 1. d) obiectu — Mediolani *om. B.* e) a *om. A. A**. f) recusavit *A**. g) cumque *A. A**. h) *ita A. β. C;* annum. *A**. i) et c. *A**. k) Cunr., *ut fere semper, A.* l) Bertolf. *A. A** 1. *β. C;* Berchtolfo *A** 2. m) Othone *A;* Otthone*? β.* n) *ultimo* a *corr. ex* o *C* 1; Baioario *B* 1; Bawuaria *A;* Baubaria *h. l. A**. o) decernit *A. A**. p) figit *β.* q) mittig. *B* 1. r) transnatandi *A**. s) et *om. A**.

1) *[Cf. supra II,* 14*].* 2) *[Error].* 3) *Busco in meridie Alexandriae.* 4) *[Nomen fluminis suppleri par fuit, cf. l.* 22. 24; *sed potius Scriviam intellegendam esse monuit iam Prutz, 'Kaiser Friedrich I.', t. I, p.* 62, *quem Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 47. *VI, p.* 338. *atque Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 296, *n.* 38. *probant].*

1155.

ex[a] noctis, quae iam incumbebat, et supervenientis tempestatis beneficio[1] facultatem habentibus[b]. Est[b*] autem Terdona pene in pede Apennini[c] montis, ex ea[d], qua Apenninus[c] et Pyreneus, ut supra[2] dictum est, iunguntur, parte sita, campaniam Papiae seu Mediolani tamquam e specula prospiciens. In monte terete, scopulosam faciem in[e] prerupto laterum pretendente, posita, turribus et precipue una lateritia, a Tarquinio Superbo olim[f] facta, quae et[g] Rubea nunc ab indigenis dicebatur, superba, in declivo montis suburbio, ex murorum ambitu ac turrium celsarum populique multitudine, cuiusdam[h] amniculi[3] per medium transeuntis nobili[i] insignis. Princeps, capto, ut dictum est, suburbio, arcem ipsam seu civitatem obsidione clausit. Erat autem predicta arx non solum suis viribus, sed etiam Mediolanensium fortitudine et vicinorum baronum, quorum unus marchio Opicius[k] cognomento Malaspina fuit, presidiis munita obque tantae opis confidentiam ad propellendam principis iram instrui ausa. Initiata est haec celebris Terdonae obsidio mense Februario[l] incipiente post caput *Febr. 13.* ieiunii prima[m] quadragesimae ebdomada[n].

XXI.[o] Receptis igitur[p] ad augustias arcis Terdonensibus tantaque multitudine velut uno carcere inclusis[4], mons ipse circumquaque a principe, ne ullus effugiendi pateret miseris aditus, obsidione vallatur, principe ipso *p. 400.* ex occidentali *parte, Heinrico duce Saxoniae in suburbio, quod meridiem versus Apenninum[q] respicit, Papiensibus in campania, quae contra[r] Papiam seu Mediolanum ad orientem vel aquilonem extenditur, residentibus. Nec mora, machinae diversorumque tormentorum genera fabricantur, sagittarii, balistarii[s], fundibularii arcem circumseptam observant. Temptabat[5] omnia virtus prin-

a) ex *deest A. A*.* b) *numerus* 21. *h. l. adscr. β.* b*) *nov. cap. inc. β.* c) Appenn. *β. C*1. d) ea *om. A. A*.* e) ex in pr. *B* 1. 3; ex pr. *β.* f) olim *om. A*.* g) etiam *A*.* h) et *add. A;* cuiusdamque *(nescio an melius) β.* i) *ita A. A** 1. *β. B* 1. 2; nobilis *B* 3; tr. ins. Princeps nobilis *C* 1 *(ubi* nobili *alio atram. in marg. suppl.).* 2; *h. l. aliquid desiderari patet. Scheffer-Boichorst* mobili cursu *emendandum proposuit, sed* cursu *post* transeuntis *supplere satis habeamus (cf. I,* 32. 47. *II,* 13. 21. 34*),* nobili *ad* suburbio *referendo.* k) Opificius *B* 3. l) Februarii *A.* m) proxima *C.* n) *numerus* 22. *adscr. β.* o) *nulla cap. dist. C.* p) ergo *β.* q) Appenn. *β. C* 1, *semper.* r) circa *A.* s) balist. *om. A.*

1) *[Cf. Einhard. V. Karoli M. c.* 9, *SS. r. G. ed.* 6. *p.* 12: noctis beneficio, quae iam instabat; *etiam Oros. IV,* 1, 10. *atque infra II,* 22. *III,* 39*].* 2) *P.* 115. 3) *[Rivi, videtur, qui Ossona appellatur].* 4) *[Verba Iosephi de Hierosolymorum obsidione, quae Otto Chron. III,* 18, *l.* 29. *p.* 157. *ex Eusebio a Rufino translato exscripsit].* 5) [Temptabat — periculorum *magnam partem ex Hegesipp. De bello Iud. III,* 9. *assumpta, quem Otto etiam initio capitis imitatur].*

1155. cipis et, ubi infirmiora arcis videbat loca, valentiori[a] urgebat manu. At Terdonenses artissimis septi claustris, effugii locum non habentes, ex desperatione audatiam sumunt. *Nulla enim res*[b], ut ait ille historiographus[1], *promptiorem bello militem reddit quam necessitas preliandi* ex *prerupto periculorum*. Urgentur iaculis, urgentur balistis. Quodque his gravius est, propria remordentur conscientia, eo quod proprio principi rebellando, quicumque ex eis deprehensi fuissent, patibuli, quod inpresentiarum erectum cernebant, expectabant supplicium. Sicut enim est magna miseris tyrannicae obviantibus immanitati consolatio conscientiae spes, sic e converso tali principi, qui non solum legittimus iudex, sed et pius presul dici potest, reluctari conantibus miseriae miseriam cumulat contra conscientiam debitae sententiae metus. Crebris tamen excursionibus, quasi nullo timoris periculo[c] urgerentur, militem in castris manentem lacessebant, iuvenilesque animi, laudis, ut assolet, avidi, virium suarum experientiam utrobique capessebant, illis[2] pro salute, istis pro triumpho dimicantibus. Nec hoc sine utriusque partis dampno; nam et ex nostris duo nobiles iuvenes, Kadolus ex Baioaria et Iohannes de Saxonia, pluribus sauciatis, necantur; ex illis vero, exceptis his, quos occisos vel vulneratos intus celabant, nonnulli vivi deprehensi, ligni supplicio in oculis omnium[d] penas meritas luebant. Ferunt[e] quadam die lapidem vi tormenti ex balista, quam modo mangam[3] vulgo dicere solent, propulsum ad superiora meniorum[f] loca conscendisse, ex collisione parietum tribus fractis[g] frustis, tres simul milites armatos inter maiores civitatis iuxta principalem aecclesiam de suae rei publicae statu consultantibus[h] stantes uno ictu percussisse[i] necique dedisse. Quia vero castra Papiensium maiorem incursum[k] caeteris sustinebant, iunguntur eis ex imperio

a) ardentiori *eadem manu superscr.* vel valentiori *B* 1. b) res *om. β. B. C.* c) *Kohl dubitat, an* timore periculi *legendum sit; malueris fere proponere* introrsus periculo. d) civium, *nescio an melius, A. A**. e) Fertur *A.* f) menium *(ut infra p.* 125, *l.* 9*) legere mavult Kohl.* g) factis *(an rectius?) A. A** 1. *β. B* 1. 3. h) *ita codd.;* consultantes *emend. Kohl.* i) percusisse *A** 1; percucisse *β;* perculisse *B* 1. k) incursioni *B* 1. 3.

1) *Hegesipp. l. c.:* Nulla enim res promtiorem bello militem reddit quam necessitas proeliandi et praeruptum periculum. 2) [illis — dimicantibus *ad verbum ex Hegesipp. l. c.].* 3) *Ita etiam Rahewinus IV,* 57.

principis Gwilhelmus[a] marchio de Monte-ferrato et qui- 1155.
dam alii ex Italicis baronibus. Erat enim ex ea parte puteus seu fons, quo solo poterant oppidani uti; et idcirco Papiensibus prohibentibus illisque suprema[b] necessitudine, cuius proprium est periculorum discriminis[c] immemorem ⟨esse[d]⟩, audacter decertantibus, maior, immo[e] quasi cottidiana instabat conflictatio. Nam amniculus, qui medius, ut supra[1] ostensum est, percurrebat suburbium, ex ruina turrium caeterorumve[f] menium a proprio alveo excussus, ne in ipsorum usum etiam feculentus provenire posset, a duce Saxoniae suisque acriter servabatur. Videns princeps plus cupito obsidionem produci — anhelabat enim ad accipiendam orbis et Urbis monarchiae coronam —, non solum turres machinis quati[2], sed etiam inusitato satis utens artificio cuniculos versus turrim Tarquinii, quae Rubea dicebatur, fieri iubet, ut sic ad turrim ipsam per ipsos subterraneos meatus procedentes, fundamento leso, eam ruinae darent. Nam cum predicta civitas non in modum aliarum civitatum vallo seu fossa, sed preruptis undique prope interclusa rupibus, naturali[3] presidio muniatur, ex illa tantum parte aliquantisper remissior hispidaeque rupis firmamento carens, predictae turris munimentum magnique fossati robur tamquam huius suae imbecillitatis adiumentum artificialiter admisit. Oppidani, non sine quorumdam ex nostris proditionis suspicione, ingenium presentiunt commentisque usi iuxta fundamentum turris et[g] ipsi cuniculos faciunt, sicque quibusdam ad eversionem turris procedentibus suffocatis, caeteri[h] a coepto desistunt. Post haec rex naturam[4] naturae ope vincere volens, id est ut naturae presidiis septos per inopiam cogeret potus, predictum fontem humanis usibus inutilem facere disponit. Iniciuntur ibi hominum, pecorum fetida et putentia[i] cadavera. Sed nec sic repelli poterat misera oppidanorum [hauriendi[k]] aviditas. Aliud itidem invenitur ingenium. Incutiuntur predicto fonti ardentes

a) Guillelm. *A. β. C* 1; Gwilleh. *B;* Guilh. *C* 2. b) supprema *B* 1. c) et d. *A. A**. d) *deest A. A**. *β. B. C; suppl. Pith.* e) nimis *A.* f) caeterorumque *A**. g) et *om. A**. h) ceterique *A**. i) putrentia *C* 1; prutrencia *A** 2; putrescentia *C* 2. *Wilm., nescio an recte.* k) haur. *deest β. B. C.*

1) *[II,* 20, *p.* 123*].* 2) *[Cf. Hegesipp. l. c. III,* 11*].* 3) *[Verba sunt Hegesippi l. c. III, 9].* 4) *[*naturam — aviditas *item ex parte ad Hegesipp. De bell. Iud. III,* 10. *conformata].*

1155. faculae, sulfureas et piceas flammas ferentes, sicque aquae ipsae humanis usibus deinceps inutiles amaricantur[a].

(17). XXII.[a*] Erat[1] in vicino castrum quoddam Mediolanensium *N.[b] vocitatum*, natura et ingenio munitum. Fiunt in castris, cernentibus Terdonensibus, scalae caeteraque pro ascendendis[c] muris instrumenta utilia, oppidanis arbitrantibus ad ipsorum haec fieri nocumentum. Deliguntur gnari quique et fortes de equitum ordine viri, prefectis[d] sibi *duobus ducibus, Bertholfo[e] duce et *p. 401. Ottone palatino comite, ad predictumque castrum eo tempore, quo noctis beneficio[2] propositum celari poterat, diriguntur[f]. Nec mora, iactis ad murum scalis, ad superioris[g] arcis[h] convexa tendunt, castrum ingrediuntur; ac sine dubio, cunctis [pene[i]] sopore depressis, voto potiti fuissent, nisi ex prematurata[k] clamoris concitatione oppidani excitati ad fugamque parati, vix tandem fiducia sumpta, ad arma convolassent[l].

(18). XXIII.[l*] Nec pretereundum[m] erit de cuiusdam preruptae audatiae stratoris virtute, qui, dum[n] tedio longae obsidionis affectus caeteris assiliendi arcem exemplum dare vellet, gladio tantum et clyppeo[o] parvaque, ut id genus hominum solet, securi, quae sellae ab eis alligatae portantur, usus aggerem, qui turri Rubeae preiacet, aggreditur viamque securi, qua pedem figeret, faciens montem ascendit. Non illum crebri lapidum ictus[3], qui a machinis principis contra turrim vi tormentorum propellebantur, deterrere, non eum iaculorum seu saxorum ab arce ad modum imbrium non interpolati iactus revocare poterant; ad turrim usque iam semidirutam[p] processit, ibique viriliter dimicando militem[q] etiam armatum ad terram ictibus deiecit atque inter tot periculorum discrimina illesus ad castra redire potuit. Quem rex ad se vocatum militari cingulo ob tam preclarum facinus honorandum decrevit[r]. At ille, cum plebeium[s] se di-

a) *numerus* 23. *adscr. β.* a*) *nulla cap. dist. A.* b) N. *deest A. A*. β;* N. voc. *des. B.* c) ascendentis *B* 1. d) prefectisque *C, sed* q; *alio atram. postea add. C* 1. e) Bertolf. *A. A*. β. C;* Berht. *B* 3. f) properatur *C.* g) superiora *A. A*.* h) *ita B;* artis *β;* arcis *om. A. A*. C.* i) pene *deest β. B. C.* k) prematurati *A;* prematura *β.* l) *numerus* 24. *adscr. β.* l*) Capitulum XXII. incipit *A.* m) pretermittendum *β.* n) dum *om. A*.* o) clipeo *A. β. C* 1; clippeo *B;* clypeo *C* 2. p) semi diruptam *β;* semidirupta *B* 3. q) equitem *A. A*;* et. mil. *B* 1. r) decernit *A*. β?* s) se pl. *C.*

1) *[Cf. Hegesipp. l. c. III,* 13*].* 2) *[Cf. supra p.* 123, *n.* 1*].* 3) *[Cf. Hegesipp. l. c. III,* 11*]*

ceret in eodemque ordine velle remanere [a], sufficere sibi conditionem suam, honeste donatum ad propria redire permisit contubernia [b]. 1155.

XXIIII.[b*] Sed ut ad id unde digressi sumus redeamus [1]: urgentur aquis amaricatis oppidani, intollerabili [c] potus inedia, gravi sitis molestia. Appropinquabat paschale festum, et princeps religionis intuitu quatuor diebus, id est a quinta cenae Domini feria usque ad *Mart.* 24-28. proximam [d] paschalis ebdomadae secundam feriam, ab arcis impugnatione cessandum statuit. Itaque proxima dehinc feria, id est ea die, qua passio Domini in parasceue a cunctis Christicolis celebratur, clerici et monachi cum oppidanis inclusi, vestibus sacris induti, cum crucibus, turibulis [e] caeterisque Christiani ritus ornamentis portis apertis egressi ad tentoria principis venire cupiebant. Quos rex delonge aspiciens [f] missis in occursum eorum [g] episcopis virisque litteratis, cur et ad quid venirent, inquisivit.

XXV.[h] At illi: 'Terdonae nos', aiunt [i], 'infelix portio ad pedes regalis excellentiae venire desiderabamus, calamitates deploraturi, quas sustinemus non nostro [k] merito, sed perditae civitatis perditissimorumque civium contagio. Nunc autem, quia ad presentiam non [l] admittimur principis, liceat interim pedibus vestrae provolvi benignitatis, obnixe [m] postulantes, ut humanitatis gratia nos homines animadvertendo humanae miseriae tamquam vestram sortem in nobis recognoscatis. Neque [enim [n]] pro condempnata [o] civitate nec pro civibus maiestate [p] reis preces afferimus [q]. Quos o utinam numquam nostri vidissent oculi, numquam eis [r] fors [s] iunxisset, quorum nobis sors tam futura fuerat obnoxia! Numquid insons cum sonte, cum nocente innocens, innoxius

a) permanere *A.* b) *numerus* 25. *adscr. β.* b*) Capitulum XXIII. incipit *A; nulla cap. dist. C* 2; *novum cap. infra (l.* 10*) a verbis* Itaque proxima *inc. B* 1; *idem facere intendit C* 1, *sed neglegentia miniatoris postea in voce* Itaque *littera* I *minio pingenda omissa est.* c) incurabili *A*.* d) proximae *C* 2. e) thurrib. *A;* thurib. *β. C.* f) prospiciens *C.* g) eorum *deest C.* h) Capitulum XXIIII. incipit, *in* At *littera* A *non magna initialis, sed* T *in* Terdone *A;* At illi *om. A*; nulla cap. dist. β. B. C.* i) autem aiunt *A*.* k) mer. nostro *C.* l) non *om. A*.* m) obnixius *A.* n) enim *deest β. B. C.* o) damnata (dānata, ‾ *in loco raso*) *A;* dampnata *A*.* p) maiestati *A. A*;* maiestatis *vel* de maiestate *scribi oportebat.* q) offerimus *A.* r) sors eis *B* 1. s) *utrum β* sors *an* fors *habeat, plane discernere nequivi;* fors *corr.* sors *C* 1; sors *A. A*. B. C* 2, *quod etiam in archetypo, sed errore pro* fors *positum putaris.*

1) *[Cf. supa p. 54, n. 2].*

1155. cum reo[a] pari pena ab aequo iudice plectendus erit? Vallamur claustrorum diuturnitate, quatimur tormentorum acerbitate, sitis infesta ariditate piceas ac[b] sulfureas usibusque humanis ineptas aquas haurire cogimur; unumque[c] magis dolendum est, non nobis hoc sacrosancto[d] dominicae passionis tempore Deo servire libet[e], quia nec licet. Astantes enim sacris altaribus sagittarum terremur spiculis, saxorum percellimur ictibus, sicque semper ad omnem etiam[f] naturalem motum pavidi a mentis tranquillitate tamquam[g] amentes circumferimur. Non securi in lectulis, non in oratorio inperculsi, animum ex periculorum instantia distractum ad offerendum Deo sacrificium pacis colligere pacificum non valemus. Quid fecimus? Quid luimus? Numquid Mediolano associati rea contra Papiam arma tulimus? Numquid ex[h] federe seditiosae civitatis iram principis incurrimus? At nos actenus armorum ignari, ne dicam cum factiosis, sed nec ullis mortalibus confederati[i], soli[k] Deo, armis spiritalibus, non carnalibus instructi, militare consuevimus. Sine nostro consilio miles armatur; nobis inconsultis, immo ignorantibus in prelio concertatur[l]; consulum maiorumque civitatis haec est dispositio, illorum nutu haec geruntur; *procerum motus*, ut dicitur[1], *haec cuncta secuntur*. Ad nos nil[m] spectat nisi aecclesiasticarum excubiarum sollicitudo, pro regum caeterorumve in sublimitate positorum tranquillitate ad regem regum Deum cottidiana efflagitatio. At dicet[n] aliquis: "Ex hostis contubernio et tu iudicaris hostis. Sis eius in pena socius, cuius fuisti in malefactis amicus. Nam tangens picem coinquinatur[2]. Cum perverso manens
Ps.17, 26.27. pervertitur. Dicit enim et[o] psalmista[3]: *Cum sancto sanctus eris, et cum *perverso perverteris*. Numquid nostro *p. 402.
magis arbitrio quam divina providentia civibus his ex[p] commanendi necessitudine, non ex malefaciendi assensione adiuncti sumus? Numquid non cum Babilonicis[q],

a) reo *om. A**. b) et *A**. c) undeque *A. C*2; undeque *vel* ūnque *A**; ūnque *C*1; numquam *β*. d) sacrosancte *A. β*. e) *ita β*; libet q. non licet *A. A**; licet q. nec libet *B. C*. f) etiam *om. A**. g) t. am. *om. A*. h) de *A*. i) confederari *β*. k) Deo soli *B*1. l) certatur *C*. m) nichil *B*. n) diceret *A**1; dicit *B*2. 3. o) et *om. A**2. *C*2. p) ex *deest A**2. *C*. q) Babyl. *C*2.

1) *[Lucan. Phars. V*, 342; *cf. etiam infra IV*, 23*]*. 2) *Eccli.* 13, 1: Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. 3) *[Cf. etiam* 2. *Reg.* 22, 26. 27*]*.

qui affectu, non loco fugiendi sunt [1], nos [a] non Babilonici [b] 1155.
in uno septo esse possumus? Possum cum malefactore esse, nec tamen malefactoris socius vel amicus iure dici. Possum necessitatis lege sic personae iungi, ut personae non iungar vicio [c], iure naturae in homine naturam sic hominis diligere, ut naturae abhorream casum. Nam qui [d] ex inducto sapientis vel psalmigraphi testimonio, scilicet quod ex contubernio bonorum bonus, ex consortio malorum malus fiat, probare nititur [e], non sic auctoritatem notabit [f], quasi non de quodam sic et de quodam non sic, sed de omni sic et semper accipiatur [2], verum, etsi ut [g] de quodam sic et de quodam non sic, non tamen de omni sic vel semper, sed ut frequentius dictam [h] putet [i]. Quem usum in naturalibus non mathematicorum, sed phisicorum secuntur artes. Nec rite pix [k] tangi [3] ex commanendi, sed [l] consentiendi dicetur ratione. Quamvis et alium [m] predictae auctoritati prophetae [n] precedentia et consequentia [o] generent sensum, ut non de nobis, sed [ut [p]] de creatore haec [dicta [q]] asserantur, qui scilicet, sicut [r] sancto sanctus apparet, misericorditer eum iustificando, sic perverso perversus putatur, iuste illum [s] puniendo, ea locutione vel proportionis ratione, qua linea recta curvo parieti apposita [t] irrationali [u] sensus opinione non recta videtur. Unde et alibi ab eodem propheta dicitur: *Quam bonus Israhel Deus his qui recto [v] sunt corde.* *Ps.* 72, 1.
Et hic subsequenter [w] annectitur: *Quoniam tu populum* *Ps.* 17, 28.
humilem salvum facies et [x] oculos superborum humiliabis. Imitetur princeps terrae caeli [y] principem, et si in eadem civitate cum superbo humilis inveniatur, non tamen cum superbo humilis puniatur. Miseremini ergo, domini et patres, condicionis nostrae, respicite in nobis quae gestamus stigmata Christi, et quos ad pietatem non flectit nostrae calamitatis acerbitas, inclinet saltem caracter Domini. Sed heu [z] mortalium sortem! Commenta Papiae luis, Terdona, non tua delicta. Accusas de malefactis Papia Terdonam [a], cum tu, si comparationem dissimili-

a) nos *deest A. A**. b) Babyl. *A. C* 2. c) viciis *A*. d) quod *A*. e) nittitur *E* 1. f) notab' *A*; notabis *A*. β. B* 1. g) ut *h. l. difficile intellectu; deest C*. h) *ita β. B. C* 1; dicta *A** 1; dictum, u *e corr. A*; dictum *C* 2. i) putent *A. A** 1. k) pie *alio atram. corr.* pi^ce *C* 1; pice *C* 2. l) ex *add. A*. m) alii *B*. n) prophete *A** 2. *B*; proph'e *β*; prohete *A*; prophecię *C* 1; prophetiae *C* 2; *sed cf. infra l.* 24. o) sequencia *A*. p) ut *deest β. B. C*. q) dicta *deest β. B. C*. r) sicut *om. B* 2. 3. s) illum *deest B*. t) oppos. *A*. u) irracionabili *A*. v) recto *om. β*. w) consequenter *A*. x) et — humiliabis *om. β*. y) princ. caeli *C*. z) eheu *β* (ehew). *B* 3. a) Terdona *B* 3.

1) *[Chron. I,* 7: ut non solum affectu, sed et loci mutatione cives Babyloniae fugiat*]*. 2) *[Cf. Chron. II,* 8*]*. 3) *[Cf. p.* 128, *n.* 2*]*.

1155. tudo qualitatum admittit, peius feceris. At inquies: "Improbae civitati suaque contumaci superbia vicinos quosque prementi federe nexa, ab aequo principe iure penas subire debes". Esto: Mediolano associata est Terdona. Quare? Non illius gratia, sed tuo metu; non ut per illius potentiam imperaret, sed ut per eius vires a tua excuteretur violentia. "Sensi rem meam", inquit Terdona, "agi, dum paries proximus[1] — Limellum[a. 2] dico — arderet; sub Mediolani confugi alas". Mediolanum iudicas, quod Cumas legittima occasione destruxerit; te ipsam non respicis, quae Limellum[b], imperiale oppidum, magna et robusta equitum manu stipatum[c], palatini comitis tui habitatione inclitum, oppidanis ipsis ad colloquium pacis dolo vocatis fraudulenterque[d] captis, ad solum usque sine causa prosternere non timueris. Factus est ille inter Italiae proceres nobilissimus inquilinus tuus, qui debuit esse dominus[3]. Reddit tibi nunc vectigal, cui tu principis vicem gerenti vectigal persolvere solebas. Videat princeps et animadvertat, qua honestate sui imperiive honore ipsius lateri iudicium de Italis laturus assideat vectigalis tuus[e], consideret, quo decore securis[f], qua rei in Italia *iure[g]* plectendi sunt, ante ipsum deferatur[h], qui sub tuis modo militat signis. Iudicetur itaque[i] a iusto rerum arbitro aequa lance primo[k] Tycinum[l], eiusque exemplo caeterarum Italiae urbium corrigantur excessus. Sed quid ad nos de talibus?

Tractent[m] *fabrilia fabri*[4].

Nos miserum vulgus, nos Dei tantum servicio mancipati nostram intueamur sortem. Nichil ad nos de tyrannis terrae. Atque o utinam felix nimium prior aetas[5] atque aurea Saturni redirent secula[6], ut colonus terrae sarculo ligoneque[n] et rastro non cum naturae consorte, sed cum terra pugnaret, sicque ordo Deo sacratus ora-

a) Limellium *β;* Lunellum, *corr., ut videtur,* Limellum *C*1; Lunellum *A**1? *C*2. b) Linellium *β;* Lunellum *h. l. etiam A**. c) stipati *A.* d) que *om. B*1. 3. e) *ita interpunctio verborum merito iam. corr. C*1. f) securis, *s e corr. (pro 9?) C*1; securius *B*1. 3; securum *A;* securim *A**. g) iure *deest A. A**. h) deferat *A. A***; neque lectio* securim — deferat *plane spernenda videtur, si* ipsum *ad* princeps *referre liceat.* i) igitur *C*2. k) primum *B.* l) *ita A. A**1. *β. B*1; Tic. *A**2. *C.* m) Tractant *A**. n) que *deest A. A***;* et *deest B.*

1) *Cf. Horat. Epist. I,* 18, 84: Nam tua res agitur paries cum proximus ardet. 2) *Hodie Lomello, in septentrione Terdonae situm.* 3) *[Cf. Cic. Phil. II,* 41, 105: te inquilino, non enim domino*].* 4) *Hor. Epist. II,* 1, 116. 5) *[Boeth. Phil. cons. II, metr.* 5: Felix nimium prior aetas . . . . Utinam modo nostra redirent In mores tempora priscos*].* 6) *Verg. Ecl. IV,* 6: iam . . . redeunt Saturnia regna. *[Aen. VIII,* 324 *sq.*: Aurea . . . Saecula. *Cf. Chron. I,* 25 *fin. et n.* 4. *ad p.* 58*].*

tionibus ac[a] obsecrationibus libere invigilare posset! 1155. Pereat qui ad cruentandum hominum genus arma extulit[1], qui beluina feritate, hominem se non recognoscens, humanum sanguinem primo fudit! Ad nos redeamus. Nichil[b] fecimus, alienas ob culpas plectimur. Nobis, quesumus, pietas parcat[c] principis et, si miserae non vult ignoscere civitati, nos saltem inermes, iam ex fetore pestilentiae morbidos et iam morti proximos[d], libertati datos de tam gravibus claustris exire permittat'. — Haec dicunt, et manus ad caelos tendentes lacrimisque[e] obortis rigantes genas[2] cum magno eiulatu ad pedes eorum qui missi fuerant se prosternunt[f].

*p. 403. *XXVI.[g] Cognitis his princeps animum quidem intus (19). ad misericordiam flexum presensit, sed dissolutionis suspicionem vitans extra eum in prioris severitatis constantia servavit, illis, ut ad[h] arcem redeant, iussis. Condescendebat [enim[i]] miserae cleri[k] sorti, sed subridebat[l] superbi populi fortunae, quem hoc inditio quasi desperatum et desolationi proximum animadvertebat. At oppidani nondum tot malis victos se fingentes infra quatuor dies, quibus pro Christiani cultus devotione principem hostibus pacem dedisse diximus[3], baleare tormentum [artificiose[m]] instruunt, ignorante principe ac eos treugam datam observare estimante. Finito, ut dictum est, quatriduo, oppidani rursum machinis pulsantur. Illi suo, quod fecerant, vim tormenti propellentes, unum etiam, quo magis infestabantur, quatiendo frangunt. Quo sine mora reparato, acrius solito urgentur. Tot impulsionum ac maxime sitis defatigatione fracti ultimaque desperatione correpti Terdonenses tandem de reddenda per deditionis presidium pertractant arce[n]. Igitur[o] tercia post paschalem[4] sollempnitatem ebdomada, (20). mense Aprili[5], animabus solum ex miseratione et man- *Apr. (10-16).* suetudine principis saluti et libertati datis, civitas[p]

a) ac *om. C.* b) Nil *A. A*. β.* c) pateat *A.* d) propinquos *C2.* e) que *om. A*.* f) *num.* 26. *adscr. β.* g) Capitulum XXVI. *num.* XXV. *omisso A.* h) ad *deest B.* i) enim *deest β. B. C.* k) miseri cleri *A;* miseri dei *A*;* misere dei *β;* miserecli *B1;* miserculae forti *B2.* l) sub arridebat *A;* sub ‖ arridebat *β;* subarridebat *A*.* m) artif. *deest β. B. C.* n) *num.* 27. *h. l. adscr. β.* o) *nov. cap. inc. β. C.* p) civitati *B3.*

1) */Chron. I, 6, p.* 44; *Oros.* 1, 4, 1: Ninus . . primus . . . arma foras extulit cruentamque vitam . . . bellis egit/. 2) lacrimisque obortis, *Verg. Aen. IV,* 30; imbre rigante genas, *Ovid. De arte am. I,* 532. 3) */Cf. supra II, 24/.* 4) *Anno* 1155. *pascha incidit in diem* 27. *Martii.* 5) */Deditio die* 18. *April. facta/.*

1155. primo direptioni exposita excidio et flammae mox traditur. Eripitur ibi de gravi, qua tenebatur, captivitate quidam ex Grecorum proceribus, quem Opicius cognomento Malaspina male propter pecuniae exactionem ceperat asperisque locis inclusum in ipsa arce tenebat. Videres miseros oppidanos, cum iam securitate concessa de miseris claustrorum ergastulis ad liberam prodirent aeris[a] temperiem, funebri facie tamquam de bustis egredientes imitari[b], in semet pretendentes quod dicitur[1], omnium miserabilius esse claudi obsidione[c].

XXVII.[c*] Peracta victoria rex a Papiensibus ad ipsorum civitatem triumphum sibi exhibituris invitatur[d],
Apr. 17. ibique ea dominica qua *Iubilate* canitur[2] in aecclesia sancti Michahelis, ubi antiquum regum Longobardorum palatium fuit, cum multo civium tripudio coronatur[3]. Deductis ibi cum magna civitatis laeticia et impensa tribus diebus, inde per Placentiam transiens iuxta
Maii 15. Bononiam pentecosten celebrat, ac ibidem transcenso Apennino[e], citeriorem Italiam, quae modo Tuscia vocari solet[4], perlustrat. Illic Pisanos[f], viros in insulis et transmarinis regionibus[g] potentes, obvios habuit eisque, ut naves contra Gwilhelmum[h] Siculum armarent, in mandatis dedit. Circa idem tempus Anshelmus[i] Havelbergensis[k] episcopus[l] a Grecia reversus Ravennatensem archiepiscopatum per cleri et populi electionem, simul et eiusdem provinciae[m] exarchatum, laboris sui magnificam recompensationem, a principe accepit[n].

XXVIII.[o] Igitur rex ad Urbem tendens circa
(Iun. 8). Biterbium[p] castrametatur. Quo[5] Romanus antistes Adrianus cum cardinalibus suis veniens ex debito officii sui honorifice[q] suscipitur gravique adversus populum

a) aeris *om. A. A**. b) mutari *β. B.* c) *num.* 28. *adscr. β.* c*) *nulla h. l. cap. dist. B. C.* d) invit. *om. A** 1, *in marg. suppl. A** 2. e) Appenn. *β. B* 1. *C* 1. f) Pys. *C* 1. g) civitatibus *C.* h) Guill. *A. β. C* 1; Gwilleh. *B;* Guilh. *C* 2. i) Anselm. *A. C* 1. k) Haveb. *A*;* Hanelburg. *β;* Hamelburg. *C* 2. l) episc. *om. B* 1. 3. m) providentie *B* 1. 3. n) recepit *A*; num.* 29. *adscr. β.* o) *nulla cap. dist. C.* p) *ita A. A** 1. *β. B* 1. 3. *C;* Vit. *A** 2. q) honeste *B* 1.

1) *[Hegesipp. l. c. prol.:* cum sit maxime omnium miserabile claudi obsidione; *cf. etiam infra III,* 42*].* 2) *Rectius fortasse dominica Cantate, d.* 24. *April., cum charta exstet data d.* 20. *Apr. in destructione Terdone (Stumpf nr.* 3705*). [Cf. etiam Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 51. *VI, p.* 338; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 304, *n.* 81*].* 3) *[Cf. Epist. Friderici, supra p.* 3*].* 4) *[Cf. supra p.* 115, *n.* 1*].* 5) *[Cf. tamen supra p.* 3. *Epist. Friderici:* Deinde . . . Sutrium usque pervenimus. Ibi domnus papa cum tota aecclesia Romana gaudenter nobis occurrit; *Simonsfeld l. c. p.* 326, *n.* 148. 149. 329, *n.* 164*].*

1155. suum conquestione utens reverenter auditus est. Predictus enim populus, ex quo senatorum ordinem renovare studuit[1], multis malis pontifices suos affligere temeritatis ausu non formidavit. Accessit ad huius seditiosi facinoris augmentum, quod Arnaldus[a] quidam Brixiensis[b], de quo supra dictum est[2], sub typo religionis et, ut ewangelicis verbis utar, sub ovina pelle lupum gerens, (cf. Matth. 7, 15.) Urbem ingressus, ad factionem istam rudis populi animis premolli dogmate ad animositatem accensis innumeram[c] post se duxit, immo[d] seduxit multitudinem. Arnaldus iste ex Italia[e] civitate Brixia oriundus eiusdemque aecclesiae clericus ac lector[f] tantum ordinatus Petrum Abailardum olim preceptorem habuerat. Vir quidem naturae non hebetis[g], plus tamen verborum[h] profluvio quam sententiarum pondere copiosus. Singularitatis amator, novitatis cupidus, cuiusmodi hominum ingenia ad fabricandas hereses scismatumque perturbationes sunt prona. Is a studio[i] a[k] Galliis[l] in Italiam revertens religiosum habitum, quo amplius decipere posset, induit, omnia lacerans, omnia[m] rodens, nemini parcens. Clericorum ac[n] episcoporum derogator, monachorum persecutor, laicis tantum adulans. Dicebat enim nec clericos proprietatem nec episcopos regalia nec monachos possessiones habentes aliqua ratione salvari posse. Cuncta haec principis esse, ab eiusque *beneficientia[o] in usum
*p. 404. tantum laicorum cedere oportere. Preter haec de sacramento altaris, baptismo[p] parvulorum non sane dicitur[q] sensisse. His[r] aliisque modis, quos longum est enumerare[s], dum Brixiensem[t] aecclesiam[u] perturbaret laicisque terrae illius prurientes erga clerum aures habentibus aecclesiasticas maliciose exponeret personas, in magno concilio Romae sub Innocentio[3] habito ab episcopo civitatis illius virisque religiosis accusatur. 1139. Romanus ergo pontifex, ne pernitiosum dogma ad plures serperet, imponendum viro silentium decernit[v]. Sicque factum est.

a) Arnoldus *β. B;* Arnolfus *C.* b) Brixinensis (Brixins;) *A;* Brixensis *C.* c) innumeram (inn'am) *corr.* nimiam *A.* d) immo sed. *om. B* 1. 3. e) Italie *A;* Ytalie *A*, quod an praeferendum sit, nescio.* f) tant. lect. *C.* g) hēns *A;* hebens *C* 1; habetis *β;* ebetis *C* 2. h) illorum verb. *B.* i) studiis *A.* k) de *A. A*.* l) Gallis *A. B* 1; Gallus *β.* m) omnia *om. β.* n) et *A. A*.* o) *sic A. B* 1. 3. *C* 1; beneficiaencia *B* 2; beneficentia *β. C* 2. p) baptismoque *A. A*.* q) traditur *A. A*.* r) *novum inc. cap. A, praemissis* Capitulum XIX. incipit *A*.* s) enarrare et enum. *A** 1; enum. et enarrare *corr.* enarr. et enum. *A** 2. t) Brixinensem *A;* Brixensem *β. C.* u) pert. aeccl. *A. A*.* v) decrevit *A. A*.*

1) *[Chron. VII, 27].* 2) *I,* 28. 3) *[II].*

Ita homo ille de Italia fugiens ad Transalpina se contulit ibique in oppido Alemanniae Turego officium doctoris assumens pernitiosum dogma aliquot diebus seminavit. Comperta vero morte Innocentii[1], circa principia *c.* 1145. pontificatus Eugenii Urbem ingressus, cum eam erga[a] pontificem suum in seditionem excitatam[b] invenisset, viri sapientis haut sectatus consilium de huiusmodi dicentis: *Eccli.* 8, 4. *Ne in eius ignem ligna struas*, amplius eam in[c] seditionem concitavit, proponens antiquorum Romanorum exempla, qui ex senatus maturitatis consulto[d] et ex iuvenilium animorum fortitudinis ordine et integritate totum orbem terrae suum fecerint[e]. Quare reedificandum Capitolium, renovandam senatoriam dignitatem, reformandum[f] equestrem ordinem docuit[2]. Nichil in dispositione[g] Urbis ad Romanum pontificem spectare, sufficere sibi aecclesiasticum iudicium debere. In tantum vero huius venenosae doctrinae coepit invalescere malum, ut non solum nobilium Romanorum seu cardinalium diruerentur domus et splendida palatia, verum etiam quedam[h] de cardinalibus reverendae personae inhoneste, sauciatis quibusdam, a furenti plebe[i] tractarentur. Haec et his similia 1144. cum multis diebus, id est a morte Caelestini[3] usque ad haec, ab eo incessanter et irreverenter agerentur tempora, cumque sententia pastorum iuste in eum et canonice prolata eius iudicio tamquam omnino auctoritatis vacua ab[k] illo contempneretur, tandem in manus quo- 1155. rumdam incidens, in Tusciae finibus captus, principis[l] examini reservatus est et ad ultimum a[m] prefecto Urbis ligno adactus ac, rogo in pulverem redacto funere, ne a furente[n] plebe corpus eius venerationi haberetur, in Tyberim sparsus. Sed[o] ut[p] ad id unde digressus est stilus redeat[4], iunctis sibi in comitatu rerum apicibus ac[q] per aliquot[r] dies una procedentibus, quasi inter spiritalem patrem et filium dulcia miscentur colloquia[5],

a) contra *C.* b) excitata *B* 1. c) ad *A. A**. d) consultatione *A. A**. e) fecerunt *A*. B* 3; -int *e corr. B* 1. f) conform. *A**. g) dispositionem *B* 1. 3. h) qued. *deest C.* i) plebe *om. B* 3. k) ab illo *des. C.* l) principisque *A. A**. m) a *deest A. A**. n) stolida *C.* o) *nov. cap. inc., praemisso* Capitulum XXX. *A; item novum cap. inc. A*, rubra praemissa:* De colloquiis pape et imperatoris, *quae in indice non exstat.* p) Sed et ut *A**. q) ac *om. B* 1. 3. r) aliquos *β. B.*

1) [*Obiit iam a.* 1143. *Sept.* 24; *cf. infra n.* 2]. 2) [*Cf. I*, 28]. 3) *Cf. Chron. VII*, 31. [*Inter Coelestinum II. et Eugenium III. Lucius II. pontificatui praeerat*]. 4) [*Cf. supra p.* 54, *n.* 2]. 5) [*Cf. Epist. Friderici imp. supra p.* 3: dulciaque miscentes colloquia].

et tamquam ex duabus principalibus curiis una re publica effecta, aecclesiastica simul et secularia tractantur negotia[a]. 1155.

XXVIIII.[a*] At Romanorum cives de principis adventu cognoscentes pretemptandum ipsius legatione animum adiudicarunt. (21). Ordinatis ergo legatis industribus[b] et litteratis, qui eum inter Sutrium et Romam adirent, accepto prius de securitate viatico[c], sicque presentatis regalis excellentiae consistorio viris, taliter adorsi sunt: 'Urbis[d] legati nos, Urbis non parvum momentum, rex optime, ad tuam a senatu populoque Romano destinati sumus excellentiam. Audi serena mente, benignis auribus, quae tibi ab alma orbis domina deferuntur Urbe, cuius in proximo adiuvante Deo futurus es princeps, imperator et dominus. Pacificus si venisti, immo quia, ut arbitror, venisti, gaudeo. Orbis[e] imperium affectas; coronam prebitura gratanter assurgo, iocanter occurro. Cur enim suum [princeps[f]] visitaturus populum non pacifice adveniret, non gloriosa munificentia respiceret, qui indebitum clericorum excussurus iugum ipsius magna ac diutina expectatione prestolatus est adventum? Revertantur, opto, pristina tempora; redeant, rogo, inclitae Urbis privilegia; orbis Urbs sub hoc principe recipiat gubernacula, refrenetur hoc imperatore[g] ac ad Urbis reducatur monarchiam orbis insolentia! Talis rector augusti sicut nomine sic induatur et gloria! Scis [autem[h]], quod urbs Roma ex senatoriae dignitatis sapientia ac equestris ordinis virtute et disciplina a mari usque ad mare palmites extendens, non solum ad terminos orbis[1] imperium[i] dilatavit, quin etiam insulas extra orbem positas orbi adiciens, principatus eo propagines propagavit. Non illos procellosi fluctus aequorum, non hos scopulosae et inaccessibiles rupes Alpium tueri poterant:
*p. 405. Romana *virtus indomita cuncta perdomuit[2]. Sed, exigentibus peccatis, longe positis a nobis principibus nostris, nobili illo antiquitatis insigni — senatum loquor — ex inerti quorumdam desidia neglectui dato,

a) *num.* 30. *adser.* *β.* a*) Capitulum ad idem *A.* b) *ita B (cf. infra II,* 40: industri); inlustribus *A*; illustribus *A*. β*; industriis *C.* c) viaticoque *A**. d) *praeced.* Capitulum XXXI. *A.* e) orbium *A**. f) princ. *deest β. B. C.* g) impre, i *ex* a *corr.* C1; auctoritate *A*; auctore *A**; *om. β.* h) autem *deest β. B. C.* i) imp. *deest C.*

1) [*Ps.* 79, 12: Extendit palmites suos ad mare et usque ad flumen propagines eius; 71, 8: Et dominabitur a mari usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terrarum]. 2) virtus omnia domuerat, *Sallust. Catil.* 7, 5.

1155. dormitante prudentia vires quoque minui necesse fuit. Assurrexi tuae[a] ac divae rei publicae profuturum gloriae ad sacrum sanctae[b] Urbis senatum equestremque ordinem instaurandum, quatinus huius consiliis, illius armis Romano imperio tuaeque personae antiqua redeat magnificentia. Numquid hoc placere tuae[c] non debebit nobilitati? Nonne etiam remunerabile iudicabitur tam insigne facinus tamque tuae competens auctoritati? Audi ergo, princeps, patienter et clementer pauca de tua ac de mea iusticia! Prius tamen de tua quam de mea. Etenim *a Iove principum*[1]. Hospes eras, civem feci. Advena fuisti ex Transalpinis partibus, principem constitui. Quod meum iure fuit, tibi[d] dedi. Debes itaque primo ad observandas meas bonas consuetudines legesque antiquas[e], mihi ab antecessoribus tuis imperatoribus idoneis instrumentis firmatas, ne barbarorum violentur rabie, securitatem prebere, officialibus meis, a quibus tibi[f] in Capitolio adclamandum erit, usque ad quinque[2] milia librarum expensam dare, iniuriam a re publica etiam usque ad effusionem sanguinis propellere et haec omnia privilegiis munire sacramentique interpositione[g] propria manu confirmare'[h].

XXX.[i] Ad haec[k] rex tam superbo quam[l] inusitato orationis tenore iusta indignatione inflammatus cursum verborum illorum de suae rei publicae ac imperii iusticia[m] more Italico longa continuatione periodorumque[n] circuitibus[o] sermonem producturis[p] interrupit et cum corporis modestia orisque venustate regalem servans animum ex inproviso non inprovise respondit: 'Multa de Romanorum sapientia seu fortitudine actenus audivimus, magis tamen de sapientia. Quare satis mirari non possumus, quod verba vestra plus arrogantiae tumore insipida quam sale sapientiae condita sentimus. Antiquam tuae proponis urbis nobilitatem, divae tuae rei publicae veterem sta-

a) Assurge ac *A*; Affinita ac *A**. b) sacre *A. A**. c) non deb. tuae *C*. d) hoc tibi *B*. e) quas *add. B*1. f) tibi *deest A. A**. g) interponere *A. A*. β. B, lapsu auctoris ipsius, ut videtur*. h) confortare *A*; num.* 31. *adscr. β*. i) Capitulum XXXII. incipit *A*; *nec littera initialis minio picta nec versus mutatus, sed signum novi cap. C*1; *cf. C*2. k) haec *om. A. A**. l) quam *om. β*. m) insticiae *B*1. 3; *om. B*2. n) peryod. *A. β. C*1. o) circuitiis *A**1; circuitus *A**2. p) *ita A. β* (productur;). *B*; producturus *A*. C. Waitz*; producturum *corr. rel. edd. post.*; producturorum *legere vult Kohl, de qua emendatione etiam Giesebrecht fere cogitavit.*

1) *Verg. [Ecl. III*, 60*]; Aen. VII*, 219. 2) *[Helmold. Chron. Slavor. I*, 80, *SS. r. G. ed.* 2. *rec. Schmeidler, p.* 152. *a rege ut* quindecim milium libras argenti *senatui daret, legatos postulasse refert].*

tum ad sydera[a] [usque[b]] sustollis. Agnosco, agnosco[c], et[d] ut tui scriptoris[1] verbis utar, *fuit, fuit*[e] *quondam in*[f] *hac re publica virtus*. "Quondam" dico. Atque o utinam tam veraciter quam libenter "nunc" dicere possemus! Sensit Roma tua, immo et nostra, vicissitudines rerum. Sola evadere non potuit aeterna lege[2] ab auctore omnium sanccitam cunctis sub lunari[g] globo degentibus sortem. Quid dicam? Clarum est, qualiter primo nobilitatis tuae robur ab hac nostra urbe translatum sit ad Orientis urbem regiam, et per quot[h] annorum curricula ubera delitiarum tuarum Greculus esuriens suxerit. Supervenit Francus, vere nomine[i] et re nobilis[3], eamque[k], quae[l] adhuc in te residua fuit, ingenuitatem fortiter eripuit. Vis cognoscere antiquam tuae[m] Romae gloriam? Senatoriae dignitatis gravitatem? Tabernaculorum dispositionem?[4] Equestris ordinis virtutem et disciplinam, ad conflictum procedentis intemeratam ac indomitam audatiam? Nostram intuere rem publicam. Penes nos cuncta haec sunt. Ad nos simul[n] omnia haec cum imperio demanarunt. Non cessit nobis nudum imperium. Virtute sua amictum venit. Ornamenta sua secum traxit. Penes nos sunt consules tui. Penes[o] nos est senatus tuus. Penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi te consilio regere, equites Francorum ipsi tuam ferro iniuriam propellere debebunt. Gloriaris me per te vocatum esse, me per te primo civem, post principem factum, quod tuum erat a te suscepisse. Quae dicti novitas quam ratione absona, quam veritate vacua sit, estimationi tuae[p] prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum imperatorum gesta, si non divi nostri principes Karolus[q] et Otto nullius beneficio traditam, sed virtute expugnatam Grecis seu Longobardis Urbem cum Italia eripuerint[r] Francorumque apposuerint[s] terminis. Docet[t] haec[u] Desiderius et Beringarius,[v] tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tamquam principibus innitebaris. Eos a Francis nostris non solum subactos et captos fuisse, sed et in servitute ipsorum

1155.

a) sid. *A. β. C* 1. b) usque *deest β. B. C.* c) agn. *om. β.* d) ut et *C.* e) fuit *om. A*. β.* f) hac in *A. A*. β.* g) cunct. sublimari *A. β. C.* h) quot *deest C.* i) re et nom. *A*.* k) et eam *B.* l) quae *om. β.* m) R. t. *A*.* n) omnia haec simul *A. A*.* o) Penos *B* 1. p) vestrae *β. B.* q) Karulus *A.* r) eripuerunt *A*. B*; eripiunt *β.* s) adposuerunt (ad posuert) *β*; apposuerunt *B.* t) Docent *A. A*.* u) hoc *B* 2. 3. v) Berngarius *A*; Berngarius *β.*

1) *Cicero in Catil. I,* 1, 3. 2) *[Boeth. Phil. consol. II, metr.* 3: Constat aeterna positumque lege est, Ut constet genitum nihil*]*. 3) *[Chron. I, 25, p. 57]*. 4) *[Cf. infra IV, 2]*.

1155. consenuisse[a], vitam[b] finisse vera relatione didicimus. Cineres ipsorum aput nos reconditi evidentissimum huius rei representant indicium. Sed dicis: "Vocatione mea venisti". Fateor, vocatus fui. Redde causam, quare vocatus fuerim! Ab hostibus pulsabaris nec propria manu Grecorumve mollicie liberari poteras. Francorum virtus invitatione* adscita[c] est. Implorationem potius quam vocationem hanc dixerim. Implorasti misera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia securum. Eo tenore vocatus, si vocatio dicenda est, veni. Principem tuum militem meum feci teque deinceps usque inpresentiarum in meam ditionem transfudi. Legittimus[d] possessor sum. Eripiat quis[e], si potest, clavam de manu Herculis[1]. Siculus, in quo confidis, forte haec faciet? Ad *priora respiciat exempla. Nondum facta est Francorum sive Teutonicorum manus invalida[2]. Deo largiente *p. 406. vitaque comite[3] et ipse temeritatis suae quandoque capere poterit experimenta. Iusticiam tuam, quam tibi debeam, exquiris. Taceo, quod principem populo, non populum principi leges prescribere oporteat. Pretermitto, quod quilibet possessor possessionem suam ingressurus nullum condicionis preiudicium pati debeat. Ratione contendamus. Proponis, ut mihi videtur, trium sacramentorum exactionem[4]. De singulis respondeo. Dicis me debere iurare, ut leges antecessorum meorum imperatorum, eorum privilegiis tibi firmatas, et bonas consuetudines tuas observem. Apponis etiam, quod patriae usque ad periculum capitis tuitionem iurem. Ad ista duo simul respondeo. Ea quae postulas aut iusta sunt aut iniusta. Si iniusta sunt, nec tuum erit postulare nec meum concedere. Si iusta, recognosco me haec et debendo velle et volendo debere. Quare superfluum erit voluntario debito et debitae voluntati sacramentum apponere. Quomodo enim tibi tuam iusticiam infringerem, qui quibuslibet infimis[f] etiam quod suum est servare[5] cupio? Quo-

*) v. in adiutorium tuum a. *A. A**.

a) obsen. *A**. b) vitamque *A. A**, *melius, sed vix ex archetypo.* c) *ita A. β* (ad seita). *C;* ascita *B*1. d) Legitim. *C.* e) qui *B*1. f) infirmis *A;* inf. *om. A**.

1) *Cf. Macrob. V,* 3, 16. *[Alios locos eiusdem proverbii afferunt A. Otto, 'Sprichwörter . . . der Römer' p.* 163; *Thes. linguae Lat. III, col.* 1296 *sq.].* 2) *[Num.* 11, 23: Numquid manus Domini invalida est?*].* 3) *[Gen.* 18, 10. 14: vita comite; *Ottonis epist. ad imp., Chron. p.* 3: Deo dante vitaque comite*].* 4) *[Cf. supra p.* 3, *n.* 1*].* 5) *[Ottonis epist. ad imp., Chron. p.* 2, *l.* 20 *sq.].*

modo patriam et precipue imperii mei sedem usque ad 1155. periculum capitis non defenderem, qui et ipsius terminos non sine eiusdem periculi estimatione[a], quantum est[b] in me, restaurare cogitaverim? Experta est hoc[c] Dania[1] nuper subacta Romanoque reddita orbi, et fortasse[d] plures provinciae pluraque sensissent regna, si presens negotium non impedisset. Ad tercium venio capitulum. Affirmas pro pecunia quadam iuramentum[e] tibi preberi a mea deberi persona. Proh nefas! A tuo, Roma, exigis principe, quod quilibet lixa potius petere deberet[f] ab institore. A captivis haec penes nos exiguntur. Num in captivitate detineor? Num vinculis hostium urgeor? Nonne multo et forti stipatus milite inclitus sedeo? Cogetur princeps Romanus contra[g] suam voluntatem cuiuslibet prebitor esse, non largitor? Regaliter et magnifice actenus mea cui libuit et quantum decuit[h] et[i] precipue bene de me[k] meritis dare consuevi. Sicut enim a minoribus debitum rite expetitur obsequium, sic a maioribus meritum[l] iuste rependitur beneficium: hunc, quem alibi a divis parentibus[m] meis acceptum[n] servavi morem, civibus [meis[o]] cur negarem Urbemque meo introitu laetam non facerem? Sed merito non iusta[p] iniuste petenti cuncta iuste negantur'. — Haec dicens et non sine condigna mentis indignatione orationem terminans conticuit.

XXXI.[q]. Porro quibusdam ex circumstantibus inquirentibus ab his qui missi fuerant, an plura dicere vellent, paulisper deliberantes in dolo responderunt se prius ea quae audierant concivibus suis referre et tunc demum ex consilio ad principem redire velle. Sic accepto commeatu a curia egredientes ad Urbem cum festinatione revertuntur[r]. Rex[s] dolum presentiens consulendum super hoc negotio patrem suum Romanum pontificem decernit. Cui ille: 'Romanae plebis, fili, adhuc melius experieris versutiam. Cognosces enim in dolo eos venisse et in dolo redisse. Sed, Dei nos adiuvante clementia, dicentis: *Comprehendam sapientes in* 1. Cor. 3, 19.

a) *ita codd. (infra* II, 35: periculorum exceptionem*)*. b) in me est *A. A**. c) hec *β;* hęc *alio atram. corr.* hoc *C* 1. d) fortassis *A. A**. e) tibi iuramenta *A*;* tibi *om. C.* f) debet *A**. g) circa *A.* h) decuerit *A.* i) et *deest A. A**. k) meis *B* 1. l) debitum *A** 2. m) patribus *A**. n) concept. *A.* o) meis *deest β. B. C.* p) iusto *B* 3; iusto iniusta iniuste *β. B* 1. 2. q) Capitulum XXXIII. *A; nulla cap. dist. β. B. C, sed in marg. signum novi cap. C* 1. r) *numerus* 32. *h. l. adscript. β.* s) *nov. cap. inc. β.*

1) */Cf. supra II, 5, p.* 105 *sq./*

1155. *astucia sua,* prevenire eorum poterimus versutas insidias. Maturato igitur premittantur fortes et gnari[a] de exercitu iuvenes, qui aecclesiam beati Petri Leoninumque occupent[b] castrum. In presidiis equites nostri ibi sunt[c], qui eos cognita voluntate nostra statim admittent. Preterea Octavianum cardinalem presbiterum, qui de nobilissimo Romanorum descendit sanguine, fidelissimum tuum, eis adiungemus'. Sicque factum est. Eliguntur proxima nocte pene usque ad mille armatorum equitum lectissimi[d] iuvenes summoque diluculo Leoninam intrantes urbem, aecclesiam beati Petri, vestibulum et gradus occupaturi[e], observant. Redeunt ad castra nuncii haec laeta reportantes[f].

(22). XXXII.[g] Sole orto, transacta iam prima hora, precedente cum cardinalibus et[h] clericis summo pontifice Adriano eiusque adventum in gradibus prestolante, rex castra movens, armatus cum suis per declivum montis Gaudii descendens, ea porta, quam Auream vocant, Leoninam urbem, in qua beati Petri aecclesia sita noscitur, intravit. Videres[i] militem tam armorum splendore fulgentem, tam ordinis integritate decenter incedentem, ut
Cant. 6, 3. recte de illo dici posset: *Terribilis ut castrorum acies or-*
1. Mach. 6, 39. *dinata*, et illud Machabeorum: *Refulsit sol in clipeos aureos*[k], *et resplenduerunt montes ab eis.* Mox princeps ad gradus aecclesiae beati Petri veniens a summo pontifice honorifice susceptus ac usque ad confessionem[l] beati[m] Petri deductus est. Dehinc celebratis ab ipso papa missarum sollempniis, armato stipatus rex milite cum benedictione debita imperii coronam accepit, anno
Iun. 18. regni sui quarto, mense Iunio[n], XIIII.[o] Kal. Iulii, cunctis qui aderant cum magna laeticia acclamantibus Deumque[p] super[q] tam glorioso facto[r] glorificantibus. Interim a suis pons, qui iuxta castrum Crescentii[s] ab urbe Leonina usque ad ingressum ipsius extenditur Urbis, ne a furente populo *celebritatis huius iocunditas interrumpi posset, servabatur. Peractis[t] omnibus im- *p. 107.

a) clari *A** 2. b) preocc. *A. A** *(cf. Epist. Friderici supra p. 3, l. 32).* c) sint *C* 1 (t *supra lin.*). 2. d) elect. *A**. e) occupata *A. A**. f) Hec dixi *add. β; quae nescio an* Hec dixit *emendare ac post verba papae, ante* sicque factum est *(l. 8) inserere liceat (cf. supra* II. 25, *p.* 131, *l.* 10*); numerus* 33. *adscr. β.* g) *novum inc. cap. codd., in A** 1 *inscriptum:* De ingressu pape et regis ad Urbem; Capitulum XXXIIII. incipit *A.* h) et cl. *om. A** 2. i) Videns *A** 1. 2. *B* 1, *corr.* Videres *A** 2. k) et aereos *add. C* 2 *e Vulg.* l) *expunctum et in marg. add.* ecclesiam *A.* m) b. P. *om. A**. n) Iunii *A. A**. *β;* Iua *C* 1. o) Kal. XIIII. Iul. *A**. p) que *om. A**. q) tam super *β. C* 1. r) facto *om. A.* s) Chresc. *B* 3. t) *h. l. novum inc. cap. B* 1*; versus mutat. B* 3.

perator cum corona solus equum faleratum[a] insidens, caeteris pedes[b] euntibus, per eandem, qua[c] introierat, egressus portam ad tabernacula, quae ipsis muris adherebant, revertitur, Romano pontifice in palatio quod iuxta aecclesiam habebat remanente[d]. 1155.

XXXIII[d*]. Dum[e] haec agerentur, Romanus populus cum senatoribus suis in Capitolio convenerant[e*]. Audientes autem[f] imperatorem sine sua astipulatione coronam imperii accepisse, in furorem versi, cum impetu magno Tyberim[g] transeunt ac iuxta[h] aecclesiam beati Petri procurrentes[i] quosdam ex stratoribus, qui remanserant, in ipsa sacrosancta aecclesia necare non timuerunt. Clamor attollitur. Audiens haec[k] imperator militem ex estus magnitudine sitisque ac laboris defatigatione recreari cupientem armari iubet. Festinabat eo amplius, quo timebat furentem plebem[l] in Romanum pontificem cardinalesque irruisse. Pugna conseritur. Ex una parte iuxta castrum Crescentii cum Romanis, ex altero latere iuxta Piscinam[1] cum Transtyberinis[m]. Videres nunc hos[n] istos versus castra propellere, nunc[o] hos illos ad pontem usque repellere. Adiuvabantur nostri, quod a castro Crescentii saxorum ictibus seu iaculorum non ledebantur[p] spiculis, mulieribus etiam, quae in spectaculis stabant, suos, ut aiunt, adhortantibus, ne propter inertis plebis temeritatem tam ordinatum equitum decus ab his qui in arce erant predictis modis sauciaretur. Dubia itaque sorte dum diu ab utrisque decertaretur, Romani tandem atrocitatem nostrorum[q] non ferentes coguntur[r] cedere. Cerneres nostros tam immaniter quam audacter Romanos cedendo sternere, sternendo cedere, acsi[s] dicerent: 'Accipe nunc, Roma, pro auro Arabico Teutonicum ferrum. Haec[t] est pecunia, quam tibi princeps tuus pro tua offert corona. Sic emitur a Francis imperium. Talia tibi a principe tuo redduntur[u] commertia, talia [tibi[v]] prestantur iuramenta'. Prelium hoc a decima pene diei

a) ins. fal. *A. A**. b) *ita codd. omnes pro* pedibus. c) portam qua intr. egr. *A. A**; egr. *deest C.* d) *in marg. numerus* 34. *adscr. β.* d*) Capitulum XXXV. incipit *A; nulla cap. dist. C* 2. e) Cum *A. A**. e*) convenerat *A. A**. f) ergo *A. A**. g) Tyb. *om. A**. h) usque ad *A. A**. i) percurr. *B* 1. k) hoc *A. B* 1. l) populum *A. A**. m) Transtiber. *A.* n) ist. hos *A. A**. o) nunc — repellere *om. B.* p) ledantur *A**. q) nostr. *deest A. A**. r) ced. cog. *A. A**. s) quamvis *add. β.* t) hoc est pecuniam *A**. u) reddentur *A. A** 1; retentur *A** 2. v) tibi *deest β. B. C.*

1) *S. Benedetto in Piscinula.*

1155. hora usque ad noctem protractum est. Cesi fuerunt ibi vel in Tyberi mersi pene mille, capti ferme DC[a], sauciati innumeri, caeteri in fugam versi, uno tantum ex nostris, mirum dictu, occiso, uno capto. Plus enim nostros intemperies caeli estusque illo in tempore maxime circa Urbem inmoderatior quam Romanorum ledere poterant arma[b].

(23). XXXIIII.[b*] Finito tam magnifico triumpho imperator ad castra rediit ibique, et se et suis fessa lectulis Iun. 19. recipientibus membra, nocte illa conquievit. Altera die cum mercatum a civibus amaricatis habere non posset[c], laborantem ciborum inedia militem ad superiora duxit ac paulisper ad campi planitiem procedens tentoria locavit. Dehinc iuxta montem Soractem, in quo beatum Silvestrum olim persecutionem fugientem tradunt latuisse[1], Tyberim transvadans[d], in quadam valle[2] campi viriditate amena, cuiusdam amnis[3] cursu conspicua[4], non longe a civitate Tiburto[e] militem tam crebris laboribus defatigatum aliquantum[f] quiescere permisit. Adventabat toti aecclesiae et precipue Romanae urbis pontifici et Iun. 29. imperatori venerabile festum apostolorum[g] Petri et Pauli. Ea[h] ergo die, missam papa Adriano celebrante, imperator coronatur[5]. Tradunt Romanorum ibi[i] pontificem inter missarum sollempnia cunctos, qui fortasse in conflictu cum Romanis habito sanguinem fuderant, absolvisse, allegationibus usum, eo quod miles proprio principi militans eiusque obedientiae astrictus [non[k] solum] contra hostes[l] imperii [et[k] aecclesiae] dimicans sanguinem[que[m]] fundens iure tam poli quam fori non homicida, sed vindex affirmetur. Inde castra movens inter Urbem et Tusculanum resedit[6]. Iam tempus imminebat, quo Canis Iul. 24. ad morbidum pedem Orionis micans exurgere deberet, e[n] vicinis stagnis cavernosisque ac ruinosis circa Urbem locis tristibus erumpentibus et exhalantibus nebulis totus

a) d^ti (*i. e.* quingenti) *A*; ducenti *C. Wilm.*; *deest β (ut et in Epistola Friderici. cf. supra p.* 4, *n.* 1). b) *numerus* 35. *adscr. β.* b*) Capitulum XXXVI. incipit *A.* c) possent *B* 1. d) transvadens *A**. e) Tyb. *A. β. C*; Thyb. *A**. f) aliquantisper *A. A**. g) apost. *deest β. C*; v. ap. P. et P. festum *A. A**. h) *novum inc. cap. A*, rubra praemissa:* De coronatione imperatoris; *cf. quae ad indicem notata sunt.* i) ibi *deest A. A**. k) non solum *et* et aeccl. *des. β. B. C*; et *deest etiam A.* l) hostem *C* 2. m) que *deest β. B. C.* n) *ita C* (E); cum *β. B*; *deest A. A**.

1) *[Cf. Vit. Silv.]*. 2) *Ad pontem Lucanum.* 3) *[Anienis, qui hodie Teverone]*. 4) *[Cf. supra p.* 49, *n.* 2*]*. 5) *[Cf. supra p.* 107, *n.* 1; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 353, *n.* 230*]*. 6) *[Cf. Epist. Frid., supra p.* 4: usque Albam venimus; *Simonsfeld l. c. p.* 355*]*.

vicinus crassatur aer, ad hauriendum mortalibus letifer 1155.
ac pestifer. Urgebatur hoc incommodo in Urbe civis, hoc tempore ad montana consuetus fugere[a], in castris miles, tanta desuetus[b] aeris intemperie. Nec dubium, quin civis ad obedientiam pontifici, ad deditionem principi suo venisset, si miles extra tantum incommodum pati potuisset. Verum innumeris hac caeli corruptione in morbos gravissimos incidentibus, princeps dolens ac nolens suisque tantum morem gerens ad vicina montana transferre cogitur tabernacula. Itaque proximum ascendens[c] Appenninum[d], super Nar fluvium, de quo Lucanus[1]:

Sulphureas Nar albus aquas[e].

tentoria fixit, circa Tyburtum[f] a Romano pontifice, relictis sibi captivis[g], divisus. Ibi per aliquot dies ma-
*p. 408. nens acceptoque prudentum *consilio corruptum, quem biberant, aerem farmatiis propellendum, exercitum *quantum[h] poterat* recreavit[i].

XXXV.[i*] Peractis ibi aliquot diebus, cum fodrum[k] a vicinis civitatibus et castellis et oppidis exquireretur, Spoletani indignationem principis incurrunt. Dupliciter enim peccaverant, cum DCCC[l] librarum facti essent obnoxii, partim[m] defraudando, partim[m] falsam monetam dando. Adauxit huius indignationis cumulum, quod Gwidonem[n] comitem cognomento Guerram[o], inter omnes Tusciae proceres opulentiorem, de Apulia in legatione imperatoris ad ipsum redire volentem, in sua civitate hospitatum, comprehendere captumque tenere ausi sint[p]. Quodque his peius erat, preceptum principis eum relaxari iubentis contempserunt. Imperator ergo plus de captivitate proceris sui quam de fraudatione pecuniae motus in Spoletanos transtulit arma. Illi murorum ambitu altissimarumque turrium muniminis multitudine non contenti[q], extra muros cum fundibulariis et sagittariis egressi, occurrendum principi putantes, quos poterant percutiebant et quos poterant figebant. Videns hoc[r]

a) confugere *A*. b) disuetus *A**. c) conscend. *A*. d) *ita iam A. A*. β. B*1. *C*1. e) aquas *deest A. A**. f) Thyb. *A**. g) capti' *B*1. 3. h) q. pot. *des. B*. i) *num.* 36. *adscr. β*. i*) Capitulum XXXVII. *A; nulla cap. dist. B. C*. k) forum *β. B*. l) dcectarum *A*; dccc.arum *C*1; detar. *β*. m) partem *A*. n) Guid. *A. β. C*. o) Gwerr. *B*. p) sunt *C*1; fuerunt *A. A**. q) conterriti *β. B*1. 3. r) hec *β*.

1) *Immo Vergilius Aen. VII*, 517: Sulphurea Nar albus aqua.

1155. princeps: 'Ludus', ait, 'hic puerorum, non virorum videtur concertatio[a]'. Dixit suosque fortiter in adversarios ruere iubet. Quo sine mora facto vallorumque obstaculis tamquam plano ex ferventium animorum fortitudine[b] transmissis, caeduntur Spoletani ac aliquamdiu viriliter resistentes cedere coguntur. Urbis refugio se recipere volentibus miles, qui a tergo imminebat, simul recipitur, fortuna iuvante virtutem[1]. Civitas direptioni datur, et antequam asportari usui hominum profutura possent, a quodam apposito igne concrematur[c]. Cives, qui ferrum flammamque effugere poterant, in vicinum montem seminudi, (Iul. 27). vitam tantum servantes, se recipiunt. Protendebatur conflictus iste a tercia usque ad nonam. Nullus in[d] illa concertatione privatus principe strennuior[e], nullus[f] nec gregarius miles ad sumenda arma promptior, nullus ad periculorum exceptionem nec conductitius eo paratior. Denique ea ex parte, qua maioris aecclesiae pontificalem sedem versus ex convexo montis inaccessibilior civitas videbatur, ipse non solum suos ad assultum adhortatione[g] urgebat, minis cogebat, verum etiam aliis exempla prebebat[h] *[et[i]]* non sine maximo periculo montem in propria[k] persona ascendens eam[l] irrupit[m].

XXXVI.[n] Transacto Spoletanorum excidio, princeps (Iul. 28). ea nocte ibi victor remansit. Postera die, eo quod ex adustione cadaverum totus in vicino corruptus aer intollerabilem[o] generaret nidorem[p], ad proxima exercitum transtulit loca, duobus diebus ibi manens, donec igni residua in usus exercitus, non miserorum Spoletanorum cederent spolia. Post haec ad maritima Adriatici equoris loca procedit exercitus. Ibi[q] in confiniis Anchonae imperator castra ponens Palologum[2] —, quod nos veterem sermonem dicere possumus —, nobilissimum Grecorum regalisque sanguinis procerem, et Marodocum[r, 3], egregium virum, ex parte principis sui Constantinopolitani

a) exercitacio *A (sed cf. etiam infra l. 14)*. b) magnitudine *A. A**. c) concremantur *B* 1. d) illa in *A. A*. β*. e) strenuior *A;* strennior *A** 1; strennuor *B* 1. 3. f) nec null. *β*. g) adhortationem *B* 1. h) prebens non *A. A*;* prebebatur non *β*. i) et *deest etiam C*. k) sua *add. A**. l) eamque *C*. m) irrump̄ *β*. n) Capitulum XXXVIII. *A; nulla cap. dist. β. C*. o) intoler. *C*. p) vidorem, d *alio atram. corr. ex* t *C* 1; uetorem, uet. *in l. raso A*. q) Ibi *om. A** 2; *numero* 37. *adscripto nov. cap. inc. β, ubi perperam* Ibimus fimis Anchone. r) Marodogum, g *e corr., ut vid. A*.

1) Fortes fortuna adiuvat, *Terent. Phormio I*, 4, 203. 2) *Michaelem Palaeologum.* 3) *Iohannem Ducam intellegere videtur. [Cf. Epist. Friderici, supra p.* 4; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 365, *n.* 274*]*.

venientes muneraque non parva deferentes obvios habuit. 1155. Quibus auditis causaque viae cognita, per aliquot dies secum detinuit. Dehinc accepto principum, qui cum ipso erant, consilio, Gwibaldum[a] Corbeiensem simul et Stabulensem abbatem regalem, virum prudentem ac in curia magnum, in Greciam[b] legatione ipsius ad regiae urbis principem functurum destinavit[c].

XXXVII.[c*] Inter haec princeps Capuae[1], Andreas Apuliae comes caeterique eiusdem provinciae exules Campaniam et Apuliam cum legatione imperatoris ingredientes civitates, castella caeteraque[d], quae olim habebant, municipia sine contradictione recipiunt, accolis terrae putantibus imperatorem e vestigio ipsos subsecuturum. At princeps diu cum proceribus maioribusque de exercitu consultans plurimum ad inclinandos eorum[e] animos, ut in Apuliam descenderent, laboravit. Verum excandescente amplius in exercitum Canis rabie[2] vixque aliquibus residuis, qui estus fervore et aeris intemperie corruptionem non sentirent, sauciatis quoque de civitatum, castellorum, oppidorum expugnatione pluribus nonnullisque[d] extinctis, non sine cordis amaritudine ad Transalpina redire cogitur[f].

XXXVIII.[f*] Igitur signo dato cunctis ad patriam licentia[g] repedandi conceditur. Intrabant alii naves, per Adriaticum equor ac insulam, quae modo Venetia dicitur, ad propria reversuri. Inter quos primates fuere Peregrinus[h] Aquilegensis[i] patriarcha, Everhardus[k] Babenbergensis[l] episcopus, Berhtolfus[m] *comes[3], Heinricus Carentanorum[n] dux, Odoacer[o] Stirensis[p] marchio. Alii
*p. 409.
ad occidentales partes Longobardiae[q], nonnulli per[r] montem Iovis, **alii[s] per** vallem Moriannae transituri, carpebant iter. Complures adhuc imperatori adherebant.

a) Guib. *A. β. C.* b) Grecia *B* 1. 3. c) *num.* 38. *adscr. β.* c*) Capitulum XXXIX. incipit *A.* d) que *om. A**.* e) anim. eor. *C.* f) *num.* 39. *adscr. β.* f*) Capitulum XL. incipit *A; nulla cap. dist. B. C.* g) rep. libertas *A. A**.* h) Piligrimus *B* 1. i) Aquilegiensis *A.* k) *ita* (Euerh.) *A. A**. β. C* 1; Eberh. *B. C* 2. l) ep. Bab. *A. A**;* ep. Babenburg. *β.* m) Bertolfus *β. C;* Bertholdus *A;* Berchtoldus *A**.* n) Carint. *B* 3. o) *ita A** 1. *β. C;* Odacher *A;* Odacker *A** 2; Othakker *B* 1; Odakere *B* 3. p) Styr. *A. β.* q) Lambardie *β.* r) per eandem montem (montis *A** 2) *A. A**. β.* s) al. p. *des. A. A**. β. B.*

1) *Robertus.* 2) *[*rabiem Canis, *Hor. Epist. I,* 10, 16*].* 3) *[de Andechs].*

1155. XXXVIIII.[a] Fridericus itaque, victor, inclitus, triumphator[1], ab Anconensium[b] territorio castra movens per Senegalliam, ubi Senones Gallos olim Romani mansisse autumant, Fanum et Ymulam transiens, Appennino transmenso[c], in plano ulterioris Italiae iuxta Bononiam super Rhenum resedit. Inde per planam Italiam[d], transmisso iuxta beati Benedicti cenobium[2] navibus* *Sept. in.* Eridano, ad campestria Veronensium revertitur circa (25). principia mensis Septembris[e]. Est[e*] autem antiqua[f] Veronensium consuetudo, et quasi [a[g]] longinquo imperatorum utuntur privilegio, ut principes[h] Romanorum seu ad Urbem ex Transalpinis partibus venientes seu inde redeuntes, ne per ipsorum civitatem veniendo depopulationi subiaceant, paulisper sursum a civitate per pontem navibus ab eis factum Adesam transeant. Hunc morem Veronenses fraudulenter secuti pontem quidem ex navibus fecerant, sed ex ligamentorum tenaculis tam debilem, ut potius muscipulam quam pontem diceres. Alio itidem commento pernicioso usi fuerant. Ex superioribus[i] amnis partibus validas lignorum strues in plures congesserant fasces, quatinus per hoc[k] huius rei ignarum deciperent militem, id est ut, postquam altera pars transiret, altera ponte per haec diabolica machinamenta dirupto remaneret, ipsi in alteros irruerent. *Incid*erunt iniqui *in*[l] *foveam,* iuxta scripturam[3], *quam fec*erunt. Denique nutu Dei saluti principis exercitusque sui previdentis factum est, ut et miles periculose[m], sine dampno tamen, transiret, et predictae strues supervenientes ponte diruto quosdam ex hostibus, qui exercitum subsecuti fuerant, eodem, quo venerant, meatu reverti se putantes interciperent. Qui mox omnes sicut traditores trucidati sunt. Ea nocte fessus laboribus in vicino resedit miles[n].

XL.[n*] Erant in imminenti fauces montium[o] saxumque fortissimum prope in declivo[p] rupis inaccessibile[q]

*) ponte de navibus *B.*

a) Capitulum XLI. incipit *A; nulla cap. dist. β.* b) Anchon. *A** 2. c) transmerso *B* 1. 2. d) Yt. *A, saepe.* e) *numerus* 40. *h. l. adscr. β.* e*) *novum cap. h. l. inc. β. B. C (versus non mutatus, sed magna littera initialis minio picta C* 1*).* f) antiquę *B* 1. g) a *deest β. B. C.* h) princeps *B.* i) enim *add. A**. k) hoc *om. A. A*; hec β.* l) iuxta scr. in fov. *A. A**. m) *ita A. A*. β. C;* sine dampno tamen peric. tr. *B.* n) *num.* 41. *adscr. β* n*) Capitulum XLII. incipit *A.* o) montiumque *A**. p) declivio *A.* q) inaccessibilem *β. B. C (sed cf. infra p.* 148*, l.* 13. 29 *sq.).*

1) *[Cf. Ottonis epist. ad Fridericum imp. Chronicae praemissam, p.* 1*].* 2) *San Benedetto.* 3) *Ps.* 7, 16: incidit in foveam, quam fecit.

observans[a] viam. Oportebat per desubtus [illud[b]] exercitum transire. Talis est enim ibi natura locorum: Ex una parte labitur Athesa fluvius invadabilis[c], ex altera prerupta montis precipicia viam stringunt et vix semitam artissimam faciunt. In hac arce quodam Alberico nobili Veronensium equite auctore latrunculorum predandi causa convolaverat multitudo. Igitur adventante exercitu, quidam ex eis, qui ea die, qua Athesa transmissa est, transire cupiebant, pacifice ex industri[d] dolo angustias a latronibus transpedare permittuntur. Venientibus sequenti[e] luce aliis latrones ad saxorum moles currunt, transmeandi facultatem prepediunt. Principem ea latere non poterant. Erant adhuc in comitatu eius[f] duo Veronensium civium illustres equites, qui eum ad Urbem prosecuti ac inde usque ad presentem locum secuti fuerant, Garzabanus[g] et Ysaac. Hos princeps ad predictos latrones destinandos putavit, ut ita communicato concivium suorum consilio a cepta facilius desisterent malicia. Illi eos nec audire, sed ictibus propellere. Imperator rursum aliis eo destinatis illos ab incepto desistere iubet. At illi in pertinaci obstinatione sua remanentes lapides itidem[h] iactare ceperunt, dicentes imperatorem ibi[i] numquam transiturum, nisi a singulis equitibus loricam vel[1] equum haberent et insuper non modicam pecuniam a principe. Audiens haec[k] imperator: 'Dura est', inquit, 'haec conditio, durum est latroni principem tributa persolvere'. Quid faceret? Quo se verteret[2]? Flumen transvadaret? At[l] ad transvadandum[m] aptus[n] natura renitente non erat. Ingenio transiret? Pons dirutus fuit. Civitatem versus descenderet? Sed et ibi mons ad flumen se stringens clausuram fecerat, quam Veronensium presidia observabant. Ad consueta priorum virtutum se vertit insignia[3]. Oportebat[o] enim qualicumque predictam arcem expugnari ingenio. Iubet sarcinas deponi, tentoria quasi erigi, acsi eadem ibidem nocte figenda forent tabernacula. 1155.

a) servans *C.* b) illud *deest β. B. C.* c) invadibilis *C.* d) *ita codd.; cf. supra* 135, *n.* b. e) consequenti *A.* f) suo *C.* g) Barzabanus *A. β;* Barsabanus *A*.* h) iact. it. *β.* i) numq. ibi *A. A*.* k) hoc *A. B* 1 3. l) At *deest C.* m) transvadendum *B* 1. n) aptu *β;* aptum *rectius quidem B* 1. 3. o) Oportebat — Siculum, III, 20. *om. β, ubi fere novem paginae vacuae relictae. Cf. praef.*

1) *[*et equum *interpretantur Kohl, Giesebrecht, Simonsfeld].* 2) *[Cf. I,* 20, *supra p.* 33, *ubi eaedem locutiones].* 3) *[Cf. supra I,* 9, *p.* 25, *n.* 6*].*

1155. 'Hic', inquit, 'tamquam patriae nobis arridente vestibulo, tot decursis periculis, laborum nostrorum consummationem hic habebimus'. Sic suos alloquens, acsi illo Virgiliano[1] uteretur:

O socii, neque inexpertes[a] *sumus ante laborum,*
O passi graviora, dabit deus his quoque finem.
— *Forsan et haec*[b] *olim meminisse iuvabit,*

omnes armari iubet. Deinde vocato Garzabano[c] et Ysaac de situ[d] locorum, quove aperiri possit[e] via ingenio, inquirendo[f] sollerter edoceri petit. At illi: 'Cernis eam, quae super arcem dependet, rupem, eminentia sua terri- *p. 410. bilem, confragosis[g] locis saxorumque asperitate quasi inaccessibilem? Illam, nisi forte ab eis observetur, si incautis preripere poteris, propositum tenebis'. Nec mora, mittuntur cum Ottone[h] vexillifero quasi ducenti lectissimi[i] iuvenes armati. Illi per devia silvarum et montium, per concava et confragosa Alpium oberrando loca tandem cum[k] multo sudore ad predictam perveniunt rupem. Quae[l] dum quasi ferro abscisa nullum ascendendi aditum militi offerret, curvatur alius, ut socium dorso levet, alius ad erigendum commilitonem[m] humeros prebet. Post haec[n] de hastis facientes scalam — nam gravabatur admodum hac naturali, ut ita dicam, scala armatus eques —, cuncti ad summitatem perveniunt rupis. Exeritur[o] ab Ottone[p] imperatoris vexillum, quod ab eo prius latenter gestabatur. Hoc signo tamquam victoriam presagiente clamor et cantus attollitur; exercitus, qui in valle manebat, ad assultum properat[q]. Latrunculi huius rei incauti — putabant enim predictam rupem cunctis mortalibus inpermeabilem, solis avibus perviam fore —, viso, quod ex infernis et supernis urgerentur locis, desperatione corripiuntur fugamque moliuntur. Sed fugae locus non erat. Quicumque enim ex eis precipitii presidio se committeret, ex collisione hinc inde saxorum confractus membratimque discerptus, antequam ad solum perveniret, animam in inani[r] ponebat. Tanta erat saxi eminentia, tanta fuit hispidae[s] rupis scabrosa

a) enim ignari *(secundum Vergilium) C* 2. b) hoc *A.* c) Barzab. *A; Barsab. A**. d) loc. situ *A**. e) posset *A**. f) soll. inq. *A. A**. g) et fragosis *C.* h) Othone *A. B* 3. i) elect. *A. A**. k) non *A** 1; non modico sud. *A** 2. l) Quem *B* 1. 3. m) comm. suum *C.* n) hoc *A.* o) Erigitur *in marg. add. A** 1, *et ita A** 2. p) Othone *A. B* 3. q) preparatur *A. A**. r) ıatu *A** 1 *in marg., et ita A** 2. s) hispidis *A;* hyspidis *A**.

1) *Aen. I,* 198. 199. 203.

malicia. Quid plura? Uno, ut aiunt, *[excepto[a]]* solo, qui cavernosis locis absconsus delitescens mortem evasit, caeteri omnes obtruncantur, duodecim cum Alberico captis ac ad supplicium reservatis. Erant pene omnes, qui deprehensi in vinculis tenebantur, equestris ordinis. Presentatis igitur predictis viris principi ad patibulique supplicia adiudicatis[b], unus ex eis inquit: 'Audi, imperator nobilissime, miserrimi hominis sortem. Gallus ego natione sum, non Longobardus[c], ordine quamvis pauper eques, conditione liber; casu, non industria his[d] latronibus adiunctus pro resarcienda familiaris rei penuria. Promiserunt se ducturos me ad loca talia, ubi mea posset[e] relevari inopia. Credidi miser, consensi credulus, ductus sum ab iniquis et seductus ad haec infortunia. Quis enim in quolibet mortalium tam precipitatae[f] mentis speraret insaniam, tam furentis animi expectaret audatiam? Quis[g] a proprio cliente has suo principi, Urbis et orbis dominatori, necti crederet insidias? Parce, princeps, parce misero, parce miserabiliter seducto'! Hunc solum imperator gloriosus de caeteris mortis[h] sententia eripiendum decrevit, hoc ei tantum pro pena imposito, ut funibus cervicibus singulorum appositis ligni supplicio commilitones plecteret. Sicque factum est. Non illis miserrimis profuit multa, quam pro vita redimenda promittebant, pecunia; a districto iudice patibulo appensi sunt. Caeteri omnes, qui per decliva montium dispersi iacebant, ut cunctis transeuntibus temeritatis suae preberent documenta, in ipsa via in cumulos acti. Fuerunt autem, ut dicitur[i], quasi quingenti. 1155.

XLI.[k] Princeps, transitis [his[l]] locorum angustiis, iam cunctis emensis periculis, nocte illa in Tridentinorum[m] territorio castra laetus locavit. Dehinc per Tridentum vallemque[n] Tridentinam transiens ad Bauzanum[o, 1] usque pervenit. Haec villa in termino Italiae Baioariaeque[p] posita dulce vinum atque ad[q] vehendum (26).

a) exc. *deest A. A*. C;* uno autem solo *C.* b) iudicatis *A.* c) Lombardus *C.* d) bis *B* 3. e) rel. posset *A*;* rel. possit *A.* f) precipitantem *A. A*.* g) Qui *B* 1. 3. h) sent. mortis *C.* i) dicebatur *B.* k) Capitulum XLIII. incipit *A.* l) his *deest B. C.* m) Tred. *B* 1. 3. n) que *deest B* 1. 3. o) Gansanum *A*.* p) Bauwarieque *A, et ita post.* q) atque advehendum *A.*

1) *Bozen.*

1155. in[a] exteras regiones naturale[b] Noricis mittit[c, 1]. Inde, multis se ad propria dispergentibus domicilia, per Brixinoram iter agens ad Baioariae planitiem eodem ferme, (Sept.). quo inde egressus fuerat, tempore[2] vertente anno rediit.

Haec[d] de expeditionis illius[e] processu et proventu pauca de multis enarrasse sufficiat. Neque enim[f] cuncta ibi fortiter gesta a nobis ea ordinis integritate stilique urbanitate dici poterant, acsi oculis nostris illa vidissemus. Nam antiquorum mos fuisse traditur, ut illi, qui res ipsas prout gestae fuerunt[g] sensibus perceperant, earumdem scriptores existerent. Unde et hystoria[h] ab hysteron[i], quod in Greco 'videre' sonat, appellari consuevit[3]. Tanto enim quisque ea quae vidit et audivit plenius edicere poterit, quanto nullius gratia[k] egens hac illacque ad inquisitionem veritatis non circumfertur dubie anxius et anxie dubius. Durum siquidem est scriptoris animum tamquam proprii extorrem examinis ad alienum pendere arbitrium[l].

(27). XLII.[m] Igitur consummato feliciter viae labore, princeps ad familiaria remeans domicilia alloquitur in confinio Ratisponensium patruum suum Heinricum ducem, ut ei de transactione *facienda cum altero Heinrico, *p. 411. qui iam, ut dictum est[4], ducatum Baioariae iudicio principum obtinuerat, persuaderet. Cui dum ille tunc non acquiesceret, iterum diem alium, quo eum super eodem negotio per internuncios conveniret, in Baioaria versus confinium Boemorum constituit. Quo princeps veniens Labezlaum[n] ducem Boemiae, Albertum marchionem Saxoniae, Herimannum[o] palatinum comitem Rheni cum aliis viris magnis obvios habuit. Tantus etenim[p] eos qui remanserant ob ipsius gestorum magnificentiam in-

a) ad *A**. b) *ita omnes codd.* c) mittit *deest A.* d) *praeced.* Capitulum XLIIII. *A; etiam A* novum cap. inc., rubra praemissa:* Finis illius expeditionis, *quae in indice haud legitur.* e) ill. *deest C.* f) enim *om. A** 2. g) fuerant *A.* h) hist. *A. C.* i) *ita A. C;* histereon *B* 1. 3; hysteron *A**. k) egens gr. *A. A**. l) *rectius, ut Giesebrecht animadvertit, scribere debuit:* ab alieno p. arbitrio. m) Capitulum XLV. incipit *A.* n) Labeslaum *A*;* Labezlavit *B* 3; Labezalaum *C.* o) Hermannum *A. A*. C* 2, *semper.* p) enim *B* 1.

1) *[Cf. Gotifred. Viterb. Gest. Friderici I. metr. v.* 263, *SS. XXII, p.* 313: Brixia festinat Bozanica tradere vina*]*. 2) *[Cf. II,* 11, *p.* 112 *sq.]*. 3) *Isidor. Etym. I,* 41, 1: Dicta autem Graece historia ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, id est a videre vel cognoscere. Apud veteres enim nemo conscribebat historiam, nisi is qui interfuisset et ea quae conscribenda essent vidisset. Melius enim oculis quae fiunt deprehendimus quam quae auditione colligimus. 4) *Cap.* 11.

vaserat[a] metus, ut omnes[b] ultro venirent, et quilibet familiaritatis eius gratiam obsequio contenderet invenire. Quantum etiam Italis timorem[c] incusserit factorum eius memoria, ex legatis Veronensium perpendi potest, quod in proximo, Deo[d] largiente, plenius dicendum erit[1]. At cum multis modis ad transigendum nos, qui mediatorum ibi vice fungebamur, operam daremus, infecto adhuc negotio, insalutati ab invicem separati sunt. 1155.

XLIII.[e] Post haec[f] mediante Octobre[g] imperator Ratisponam, Norici ducatus metropolim, curiam celebraturus ingreditur, habens secum Heinricum Heinrici ducis filium in possessionem eiusdem ducatus mittendum. Haec civitas super Danubium, qui unus trium famosissimorum fluminum in Europa a topografis dicitur[2], ex ea parte, qua predicto amni duo navigabilia, Reginus[h] scilicet et Naba, illabuntur flumina, posita, eo quod ratibus oportuna bonaque[i] sit, vel a ponendo[k] ibi[l] rates Ratisbona[m] vel Ratispona vocatur, Baioariorum[n] quondam regum, modo ducum sedes. Venerunt ad eam curiam Arnaldus[o] Maguntinus[p] archiepiscopus et predictus Herimannus[q] Rheni[r] palatinus comes, uterque de[s] altero querimoniam facientes. Denique manente in Italia principe totum pene Transalpinum imperium seditionibus motum, ferro, flamma publicisque congressionibus turbatum[t], absentiam sui sensit presulis[u] [3]. Inter quos hi duo principes[v], tanto ad nocendum efficaciores quanto fortiores, totam[w] pene Rheni provinciam et precipue Maguntinae[x] civitatis nobile territorium preda, caede et incendiis commacularant[y]. Igitur sedente ibi in publico consistorio imperatore iam sepe nominatus Heinricus dux possessionem suam patrumque suorum recipit sedem. Nam et proceres Baioariae hominio et sacramento sibi obligantur, et cives non solum iuramento, sed etiam, ne ullam vacillandi potestatem haberent, vadibus obfirmantur. (28). Oct.

a) invaserant *B* 1. b) ut *add.* *B* 3. c) stuporem *A*. *A**. d) domino deo *A*. e) Capitulum XLVI. *A*. f) hoc *A*. g) Octobro *A*. h) Reginus, i *alio atram. exp.* *C* 1; Regmus *A;* Regnus *A** 2. *C* 2. i) bona sit etiam vel *A**. k) vel apponendo *B* 1. 2. l) ibi *om.* *B* 1. 3. m) Ratisp. vel Ratisb. *C* 1. n) Bauwarorum *A*. o) Arnoldus *A*. *A**. *B* 1. p) Magont. *h. l.* *A*. *B* 1. 3; Mogont. *C* 1 Mogunt. *C* 2. q) Hermannus *A*. *C* 2; *cf. p.* 150, *n.* o. r) Reni *C* 1. s) ut alter de alt. *C*. t) tubatum *C* 1. u) principis *B* 1. v) magnates *B* 1. 3; duo hi (hii *C* 1) pr. *C*. w) eciam pene regni prov. *A**. x) Magoncie *A;* Magont. *B* 1. 3; Mogont. *C* 1; Mogunt. *C* 2. y) commacularunt *A*. *A**.

1) *Infra c.* 45. 2) *[Cf. supra p.* 114, *n.* 1*]*. 3) *De huius vocabuli usu cf. Ducange ed. Henschel V, p.* 416 *[Favre p.* 473*], ubi huius loci mentio non fit. [Cf. etiam supra II,* 21, *p.* 124, *l.* 14*]*.

1155. XLIIII.[a] Impetitur ibi Hardewicus[b], qui noviter per electionem cleri et populi et[c] metropolitani[1] sui consecrationem pontificatum[d] eiusdem civitatis acceperat. Regalia siquidem, quae iuxta rationes curiae nulli episcoporum militi, antequam de manu principis suscipiantur, tradere licet, ipse huius rei nescius impremeditate, morante adhuc in Italia principe, tradiderat. Ob ea in[e] causam[f] positus, dum et factum inficiari qualitatemve facti defendere nequit, compositionis incurrit noxam[g]. Caeteri quoque, qui ab eo susceperant, quique iuxta suam conditionem et sortem in plusve minusve consimili pena dampnantur. Est[h] enim lex curiae, quod[i] quisquis de ordine principum principis sui iram incurrens compositionem persolvere cogatur, centum librarum debitor existat, caeteri minoris ordinis viri, sive [sint[k]] ingenui sive liberi vel ministri, decem.

XLV.[l] Ad eandem curiam episcopus[m] Veronensis[2] a populo suo ad imperatorem destinatus venit, habens secum duos[n] predictos[3] equites Garzabanum[o] et Ysaac. Qui cum presentiae principis admissus fuisset, inquit: 'Princeps gloriosissime, fidelissimi tui Veronenses ad tuam destinaverunt[p] nos magnificentiam. Neque enim ego, qui eiusdem civitatis, quamvis indignus, episcopus vocor, prius hanc legationem suscipere volui[q], donec, omnibus in maiore[r] aecclesia congregatis, tamquam Deo teste, ea quae ore proferebant corde se tenere unanimiter assererent. Denique credendum non est populum animi virtute prestantem, rerum habundantia pollentem, pastorem animarum suarum deceptionis [sue[s]] baiolum facere. Alium invenire poterant fraudis ydoneiorem[t] ministrum. Preterea hi mihi collegae iuncti sunt, quorum tu fidem in negotiis, fortitudinem in preliis proxima tua expertus es expeditione. Crede ergo, domine, crede quod[u] dicimus. Populus tuus Veronensis tuus pecularis[v]

a) Capitulum XLVII. *A; nulla cap. dist. B. C.* b) Hartwicus *A. A*;* Hardevicus *C* 2. c) metropolitanique *A. A**. d) pontificium *A**. e) Ob eam *A.* f) causa *A*. B; cf. p.* 154, *l.* 5. g) noxiam *B* 3. h) Exiit *A.* i) que si quisquam *A;* quo si quisquam *A**. k) sint *deest C;* sint — sive *des. B.* l) Capitulum XLVIII. *A; nulla cap. dist. B. C.* m) Veron. ep. *B* 1. n) dictos duos *A**. o) Barzab. *A; cf. supra p.* 147, *n.* g; 148, *n.* c. p) nos dest. *A. A**. q) volui *om. A**. r) maiori *A.* s) sue *deest B. C.* t) idoniorem *C.* u) q̊ (que) *A.* v) est pec. *C.*

1) *[Salisburgensis archiepiscopi Eberhardi].* 2) *[Tebaldus].* 3) *[Cf. II, 40, supra p.* 147 *sq.].*

1155. est populus, tibi tamquam domino et imperatori suo[a] fideliter devotissimus et devote fidelissimus. Audierunt, dum per eorum fines transires, quosdam latrunculos angustias viarum observare ausos fuisse; cognoverunt etiam te eosdem debita animadversione punisse. Audivit *p. 412. haec[b] Verona et laetata est. Non reputat suos *cives maiestatis tuae insidiatores. Absit, ut suos cives putet, qui latrocinio inserviunt. Audivit rursum, unde non mediocriter indoluit, huius te rei suspitionem de tua habere civitate. Ad hoc missi sumus. Quicumque hoc tuae insinuavit serenitati, criminator fuit, aliena felicitate lividus. Delatorem eum scias, non cognitorem. Numquid non sacramento fidelitatis tibi obligata est Verona? Numquid, cum ab ea recederes, in tua non remansit gratia? Offenderetne sub bonae fidei pallio perfide[c] [proprium[d]] Verona principem, quae hoc modo laedere non solet equalem? Visne amplius? *Sed*[e] si his credere non placet allegationum rationibus, excusat se super hoc facto Verona. Famam purgare, innocentiam probare iudicio curiae parata est coram tuae maiestatis excellentia. Recipiat ergo bonus princeps devoti populi sui purgationem innocentiae et convertat indignationis suae aculeos contra Mediolanensium et Romanorum superbiam'. Hac legatione accepta imperator cum principibus consilium capit. Postea, sicut cognovimus, in gratiam recepta est Verona. Nam et magnam pecuniam dedit ac[f] miliciam, quam[g] habere posset, contra Mediolanenses ducere sacramento firmavit.

XLVI.[h] Inde ad partes Rheni se conferens proximum natale Domini Wormatiae[i] celebravit. *Dec. 25.* Ea namque regio, quam Rhenus nobilissimus fluvius, ex trium Europae nominatissimorum fluviorum unus[1], intersecat, ex una ripa Galliae, ex altera Germaniae limes, in frumento et vino opima[k], venationibus et piscationibus copiosa — habet enim ex parte Galliae vicinum Vosagum[l] et Ardennam[m], ex parte Germaniae silvas non mediocres, barbara adhuc nomina retinentes[n] —, in Transalpinis ma-

a) suo *deest C;* suo simul *A*.* b) h^c *A;* hoc *B* 1. 3. c) per fidem *A. C* 2; perfidem *C* 1. d) propr. *deest B. C.* e) Sed *deest A. A*.* f) ac *om. A*.* g) quantam *B* 1. h) Capitulum XLIX. incipit *A; nulla cap. dist. B. C.* i) Warm. *B.* k) opuna, *ut videtur, C* 1; optima *A.* l) Vogasum *A.* m) Ardemiam *B* 1. 2. n) retinens *A.*

1) *[Cf. supra p.* 114, *n.* 1. 151, *n.* 2*].*

1155. nentes principes diutissime servare potest. Ad hanc curiam Arnaldus[a] Maguntinus archiepiscopus et Herimannus palatinus[b] comes venientes, de hoc, quod absente principe terram illam, ut supra dictum est[1], preda et incendio perturbarant, in causam ponuntur, ambobusque cum complicibus suis reis inventis, alteri ob senii morumque gravitatem et pontificalis ordinis reverentiam parcitur, alter debita[c] pena plectitur. Denique vetus[d] consuetudo pro lege aput Francos et Suevos[e] inolevit, ut, si quis nobilis, ministerialis[f] vel colonus coram suo iudice pro huiusmodi[g] excessibus reus inventus fuerit, antequam mortis sententia puniatur, ad confusionis suae ignominiam nobilis canem, ministerialis sellam, [rusticus[h] aratri rotam] de comitatu in proximum comitatum gestare cogatur. Hunc morem imperator servans palatinum istum[i] comitem, magnum imperii principem, cum decem comitibus complicibus suis canes per Teutonicum miliare portare coegit. Hoc tam districto iudicio per totam Transalpini imperii latitudinem[k] promulgato[l] tantus omnes terror invasit, ut universi magis quiescere quam bellorum turbini inservire vellent. Accessit ad huius tam magni boni augmentum, quod princeps circumquaque non inpigre discurrens nonnullorum raptorum castra, munitiones et[m] receptacula diruit, quosdam comprehensos capitali sententia plectendo[n], alios patibuli tormento torquendo. Sola Baioaria propter prenominatam litem huius gratiae particeps nondum fieri[o] meruit.

1156. (29). XLVII.[p] Eodem anno[2] inter pascha et pentecosten Arnaldus[q] Coloniensis archiepiscopus, vir honestus suaeque aecclesiae reparator[3], diem obiit[4]. Imperator ad
Iun. 3. 4. Baioariam rediens[r], dies pentecostes in quodam castro[5]
Iun. 5. Ottonis[s] palatini comitis[t] privatus erat. Proxima dehinc

a) Arnold. *A. A*. B* 1. 3. b) comes pal. *A. A*.* c) poena deb. *C* 2. d) *sequentia — cogatur (l. 15) B* habet, ita inscripta:* De quodam Teutonico iure. e) Vetus cons. apud Teutonicos et Swevos *B**. f) vel min. *B**. g) pro preda et incendio reus *B**. h) rust. ar. rotam *des. B. C; suppl. Pithoeus ex A** 2; colonus *add., sed delet. C* 1. i) pal. et istum *A**. k) latit. *om. C* 2. l) permulg. *B* 1; pervulgato *A.* m) et *deest C.* n) complect. *A**. o) fieri *om. B.* p) Capitulum L., *post numerum locus rasus A.* q) Arnold. *A. A*. B* 1. r) rediit et *B.;* red. pentecosten *A;* red. penthecosten *A**. s) Otthonis *B* 1. t) com. *om. C.*

1) *Cap.* 43. 2) *[Annum a nativitate Domini incipit].* 3) *[Cf. supra I, 67].* 4) *Die* 14. *Maii a.* 1156. 5) *[Kelheim intellegendum videtur; cf. Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 662, *quem Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 83, *atque Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 430, *n.* 58, *probant; supra I,* 69, *p.* 97*].*

1156. tercia[a] feria non longe a civitate Ratispona patruum suum Heinricum ducem[b] alloquens ad transactionem cum altero itidem Heinrico faciendam tunc[c] demum inclinavit. Preponebat hoc princeps omnibus[d] eventuum suorum successibus, si tam magnos sibique tam affines imperii sui principes sine sanguinis effusione[1] in concordiam revocare posset.

XLVIII.[e] Proxima[f] dehinc ebdomada in civitate *Iun. 10-17.* orientalis Franciae Herbipoli regio apparatu, multa principum astipulatione, iuncta sibi Beatrice Reginaldi[g] comitis filia nuptias celebrat. Reginaldus[g] iste de antiqua et illustri Burgundionum[h] prosapia originem trahens illius Burgundiae comes dicebatur, quae olim a Rudolfo[i] rege imperatori Heinrico, Conradi[k] filio, cum testamento relicta regnum erat[2]. Haec eadem provincia est, a qua *p. 413. Conradus[k] dux[l. 3] *eiusque filius Berhtolfus[m] duces vocari consueverunt[4]. Quae vero huius disceptationis causa fuerit[n], paucis absolvam. Mos in illa, qui pene in omnibus Galliae provinciis servatur, remansit, quod semper seniori fratri eiusque liberis, seu maribus[o] seu feminis, paternae hereditatis cedat auctoritas, caeteris ad illum tamquam ad dominum respicientibus. Ex qua consuetudine factum est, ut Gwilhelmus[p] qui dicebatur Puer, huius[5] ex parte patris consanguineus, Conradi[q] vero ducis sororis[6] filius, rerum summam, dum adviveret[r], illa[s] in provincia haberet. Quo fraude suorum rebus humanis exempto[7], Reginaldo[t] comiti iure hereditario dominium cessit. Actum est hoc sub Heinrico quinto seu Lothario secundo. Verum predictus comes nimis iusticiae suae[u] confisus — erat enim homo[v] lenis et ex nimia lenitate[w] remissus —, curias principis adire neglexit. Ex quo factum est, ut indignatione motus

a) fer. terc. *C.* b) all. ducem *A*.* c) Tridentum incl. *A*.* d) omn. — principes *om. A*.* e) Capitulum LI. *A; nulla cap. dist. C.* f) Sequente *C*1; Sequenti *C*2. g) Reginold. *B*1; Reinald. *C; et ita mox.* h) Burgundiorum *B. C*1. i) Radolfo *B;* Radulfo *C*1. k) Chunrad. *A.* l) dux *om. A*.* m) Bertolfus *A. A*. C, et ita post;* Bertholfus *B*1. n) fuerat *A*.* o) maioribus *B*3; seu maioribus (io *eras.) in marg. suppl. C*1. p) Guillelm. *A. C*1; Guilh. *C*2. q) Cunr. *A, ut plerumque.* r) *ita A. A*. B*3; adhuc viveret *B*1. 2. *C, sed* h[c] (huc) *in fine versus certe nonnisi postea, fortasse etiam alia manu additum C*1. s) in illa *B*1. t) Reinoldo *h. l. et mox B*1; Reinaldo *B*3. u) suae *om. A*, post add. B*1. v) hō *in l. raso C*1; huius *A;* hic *A**1, *e corr. A**2. w) *ita A. A*. C;* len. sua nimia *B.*

1) *[Cf. II,* 7. 11, *supra p.* 107. 112*].* 2) *[Chron. VI,* 30 *in.].* 3) *De Zaehringen.* 4) *Cf. I,* 9. 5) *[sc. Reginaldi].* 6) *[Agnetis].* 7) *A.* 1127.

1127. princeps predictam terram Conrado[a] duci concederet, sicque uterque vicina[b] sibi vendicaret loca. Longa itaque concertatione, in tantum ut etiam in campo congressu publico ab eis pugnaretur, pene usque inpresen- 1156? tiarum deducta est haec controversia, donec recenter[1] ab imperatore, sicut cognovimus, eo tenore decisa est, quod[c] Bertolfus[d] predicti Conradi[e] filius in negotii transactionem[f] tres civitates inter Iurum et montem Iovis, Losannam, Gebennam[g] et N.[h, 2] accepit, caeteris omnibus imperatrici relictis. Protenditur etenim haec provincia pene a Basilea, id est a castro quod Mons-Biliardi[i] vocatur, usque ad Ysaram[k] fluvium, de quo Lucanus[3]:

Hi vada liquerunt Ysarae[k*],

iunctam habens dominatui suo eam terram, quae proprie Provincia vocatur et ab eo flumine porrigitur usque ad ea loca, qua Rhodanus[l] mari recipitur et Arelatum civitas sita est. At Reginaldus[m] iste Symonis[n] Lotharingiorum ducis filiam[4] ducens ab ea tantum hanc pu- 1148. *(Ian. 22).* ellam suscepit ipsamque non multo post moriens secundum predictum morem tocius terrae suae heredem reliquit. Quam imperator, ut ostensum est, in matrimonio sortitus non solum Burgundiam, sed et Provinciam, imperio iam diu alienatas, sub uxoris titulo, ut postmodum plenius dicetur[5], familiariter possidere coepit.

XLVIIII.[o] Ad eam curiam Gwibaldus[p] Corbagensis[q] abbas a Grecia rediens[6] venit. Nam legati Grecorum, qui cum eo ad imperatorem destinati fuerant, aput Iuvaviam[r] relicti presentiae principis non admittebantur. Cuius rei ratio haec fuit. Cum ab eo circa Anconam recessissent[7], litteras quasdam sigillo suo clausas per surreptionem acceperant. Igitur redeunte ad Transalpina[s] principe, Greci Campaniam simul et Apuliam in-

a) Chunrad. *A.* b) vincina *C* 1. c) quod *om. A*.* d) Bertholdus *h. l. B* 1; Berhtoldus *B* 3. e) Cunr. *A.* f) transactione *B* 3. g) Gegennam *A*.* h) em̄ *A.* i) Baliardi *B* 3. k) Isaram *C.* k*) Is. *A. C.* l) Rodan. *C.* m) Reinaldus *C.* n) Sim. *C* 2. o) *nulla cap. dist. A. B. C; cf. tamen indicem, supra p.* 101. p) Guib. *A. C.* q) *ita A. A*. B* 2. 3. *C;* Corbeiensis *B* 1, *melius; cf. supra II,* 36, *p.* 145, *l.* 4. r) Iuaviam *C* 1. s) Transalpinam *B* 3.

1) *[De tempore cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 99*; Simonsfeld l. c. p.* 433. 480*].* 2) *Sedunum (Sitten); cf. Otto de S. Blasio [c.* 21*], SS. XX, p.* 314. *Non de conventione a.* 1152. *(Wibaldi epist.* 383, *p.* 514*) agi patet.* 3) *Phars. I,* 399. 4) *Agatham.* 5) *III,* 12. 6) *[Cf. supra II,* 36, *p.* 145*].* 7) *[Cf. ibid. p.* 144 *sq.].*

1156. grediuntur ostensisque imperialibus litteris maritima sibi a[a] principe concessa fuisse loca[b] mentiuntur, sicque indigenas quosque non solum auctoritate imperatoris terrendo, sed et auro corrumpendo, totam provinciam ad suam ditionem inclinant[c]. Inde Barrum usque procedentes arcem [etiam[d]], ubi Gwilhelmi[e] presidia posita erant, expugnant. Mortuus fuit ibi Palologus et ad terram suam deportatus. Adiuvabantur non solum exulum, videlicet principis Capuani[1], Andreae comitis aliorumque, qui noviter terras suas receperant[2], auxilio, sed et Roberti[f] Cavillensis[g, 3] cuiusdam comitis, magni de terra illa viri, quem[h] pecunia[i] sibi allexerant. Preterea totus pene populus in civitatibus oppidisque manens, eo quod iam diu Gwilhelmi[k] *huius*[l] patrisque* sui Rogerii tyrannide premeretur, tamquam de iugo tam gravi liberari optans, illis adherebat. Diffamabatur non solum per vicinas regiones, sed[m] ad nos usque [rumor[n]] pervenit, Gwilhelmum[o] vel vitam finisse vel ex vi morborum sensum amisisse, Grecos iam omnes illas possidere[p] provincias. Audivit hoc[q] princeps *indignationeque motus p. 414. consultabat diutissime, an predicti legati, qui ex parte principis sui Manuel advenerant, presentiae suae admittendi vel tamquam traditores puniendi vel contemptibiliter facultatem redeundi accepturi forent. Tandem inclinatus[r] quorundam precibus audientiam eis prestare disponit, et ob hoc dies eis in Norico castro mense Iulio prescribitur. Ipse[s] vero, quamvis Gwilhelmum[s*] odiret[t], (30). nolens tamen imperii sui limites tyrannica Rogerii rabie usurpatos ab exteris eripi, expeditionem illo iurari[u] fecit. Non multo tamen post, ex quo cognovit Gwilhelmum[v] fusis Grecis Apuliam[w] et Calabriam[x] recepisse, consilium mutavit et ad compescendam Mediolanensium contuma-

*) ut pridem patris *B*.

a) a *om. B* 3. b) loca *deest C; cf. infra III,* 20. *IV,* 13. 84. c) inclinavit *A. A**. *B* 2. d) etiam *deest B. C.* e) Guillelm. *A. C* 1; Guilh. *C* 2; Gwilleh. *Wilm.* f) Rudb. *A. A** 1; Rudp. *A** 2; Rŏb. *B* 1. 3. g) Cavilensis *A.* h) quam *B* 3. i) per pecuniam *C.* k) Gwillelm. *A;* Guillelm. *C* 1; Guilh. *C* 2. l) huius *deest A. A**. m) sed et *C.* n) rumor *deest B. C;* rumor usque *A.* o) Guillelm. *A. C* 1; Guilh. *C* 2. p) prov. poss. *B.* q) hec *A. A**. r) quor. incl. *A. A**. s) *novum cap. inc. C (versus non mutatus, sed littera initialis minio picta C* 1*).* s*) Gwill. *A;* Guill. *C* 1. t) *sic codd.* u) iurare *B.* v) Gwill. *A;* Willelmum *h. l. et post C* 1. w) et Apul. et *A**. x) Gal. *A. B* 3.

1) *[Roberti].* 2) *[Cf. supra II, 37, p.* 145*].* 3) *[Robertus de Bassavilla, comes de Conversano et Loritello].*

tiam iram convertit. Unde eius tale scriptum ad principes destinatum invenitur:

1157. L.[a] *Fridericus*[b·1] *Dei gratia Romanorum imperator et*[c] *semper augustus dilecto patruo suo Ottoni*[d] *Frisingensi episcopo gratiam suam et omne bonum. Quia divina providente clementia Urbis et orbis gubernacula tenemus, iuxta diversos*[e] *eventus rerum et successiones temporum sacro imperio et divae rei publicae consulere debemus. Cum enim ea quae necessitatis causa instituta fuerint*[f] *cessante necessitate cessare debeant, expeditionem, quam proxime Wirzeburch*[g] *propter invasionem Grecorum in Apuliam iurari precepimus*[2]*, post fugam eorum tibi caeterisque*[h] *principibus relaxamus, ut ad alia imperii negotia promptiores eos invenire possimus. Verum quia Mediolanensium superbia iam diu caput contra Romanum*[i] *erexit*[k] *imperium et modo sua fortitudine totam*[l] *Italiam subvertere vel suo nititur subiugare*[m] *dominio, ne tanta presumptio nostro tempore prevaleat, vel gloriam nostram plebs improba usurpare vel conculcare valeat, futuris casibus viriliter occurrere et ad destructionem eorum*[n] *omne robur imperii excitare intendimus. Ex iudicio igitur principum expeditionem contra Mediolanum* (Maii 19.) *a proximo pentecosten*[o] *[usque*[p]*] ad annum iuratam tibi indicimus, quam intime rogantes et precipientes, quatinus* (1158. Iun. 7.) *ad eam nobiscum peragendam a vigilia pentecosten*[q] *ad annum Ulmae*[q*] *nobis indubitanter occurras, certus, quod nec te nec aliquem principum nostrorum montem Appenninum transire cogemus*[3].

LI.[r] Denique princeps ad Transalpina rediens, sicut Francis presentia[s] sua pacem reddidit, sic Italis absentia subtraxit. Nam non solum Apulia et Campania huius mali, ut ostensum est[4], particeps fuit, sed etiam[t]

a) *nulla cap. dist. A. C* 1. — *hanc epistolam habet B*, his praemissis:* Fridericus Rom. imperator ad principes Ottonemque episcopum Fris. b) F. *A** 1. c) et *om. A**. d) O. *A. A*. B* 1. e) diversorum *A.* f) fuerunt (fuer̅t) *A.* g) Wirzeburc *C* 1; Wirziburch *B**. h) ceteris et *A**. i) nomen *B* 1. k) imp. er. *C.* l) It. totam *A**. m) dom. subiug. *C.* n) illorum *A. A**. o) *ita B. C.* p) usque *deest B. C.* q) *ita B;* pentecostes *C.* q*) nob. Ulm. *B**. r) Capit. LII. incipit *A; nulla cap. dist. B. C* 2, *in marg. signum novi cap. C* 1. s) pres. *om. A**. t) et *A. C, quod an in archetypo fuerit dubito.*

1) *Hanc epistolam non ante April. a.* 1157. *datam esse monuit Jungfer, 'Untersuchung' etc. p.* 43; *[cf.] etiam Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 103. *[VI, p.* 347. 350, *qui eam exeunte Martio vel circa Kal. April. anni illius scriptam statuit; Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 521, *n.* 39; *Constit. I, p.* 224*].* 2) *[Cf. Simonsfeld l. c. p.* 438, *n.* 96. 480. 521, *n.* 39*].* 3) *[Hoc praeceptum se recepisse testatur Otto in epistola ad imperatorem Chronicae suae recensioni alteri praemissa].* 4) *[Cap.* 49*].*

ulterior Italia absentiam sui sentiens principis inmunis 1155— ab hoc turbine esse non potuit. Mediolanenses siquidem 1157. mox reedificata Terdona Papiensium renovant bellum, duobus super Tycinum[a] fabricatis pontibus, fines eorum irrumpunt, oppidum quoddam Vingevum[b][1], ubi multi 1157. ex ipsis simul cum marchione Gwilhelmo[c] fuerunt, obsidione vallant ac tandem artificiose ad deditionem[d] coactos pacem petere, obsides dare compellunt. Sed cum *(Iun. 18).* duras nimium pacis conditiones audissent, rursus rebellare temptabant Papienses. Igitur Mediolanenses per pontes, quos fecerant, transmeantes Limellum[e] reedificant[2] to- *(Aug. ex.).* tumque[f] pene territorium Papiensium crudeliter depopulantur.

LII.[g] Ea tempestate defuncto, ut dictum est[3], 1156. (31). Arnaldo[h] Coloniensi archiepiscopo, aecclesia illa ad electionem faciendam conveniens gravissime scissa est, prepositis et abbatibus Gerardum[i] Bunnensem prepositum, maioris vero[k] aecclesiae canonicis, qui tunc temporis preposito et decano carebant, Fridericum[l] Adolfi comitis filium[4] eligentibus. Itaque imperatore mense Iulio *Iul.* in Norico castro, ubi Greci eius maiestati presentandi erant[5], morante utraeque istae partes causam suam principi ostensurae veniunt.

LIII.[m] Non longe ante haec tempora Grecorum princeps cum Boricio contra Ungaros copias mittens magnum sui detrimentum accepit exercitus, in tantum ut et Boricius a quodam, qui secum[n] venerat, Cumano, qui et Scitha[o], sagitta transfixus necaretur. Eapropter predicti nuncii non solum ob[p] firmandum conubium[6] ad imperatorem venerant, sed etiam ad vindicandam[q] suam de Ungaris auctoritate principis iniuriam. In utroque

a) Ticin. *A. C.* b) Vingenum *A. A*; Vigevenum (rectius?) Wilm.* c) Gwill. *A;* Willelmo *C* 1; Guilh. *C* 2. d) additionem eo actos *B* 3. e) Limellum *vel* Lunellum *C* 1; Lunellum *A*. C* 2. f) *ita A. C;* totum *A*. B.* g) Capitulum LIII. *A.* h) Arnoldo *A. A*. B* 1. i) Gerhardum *B.* k) eccl. autem can. *B.* l) Fred. *h. l. B* 1. *C* 1 *constanter.* m) Capitulum LIIII. incipit *A; nulla cap. dist. B. C.* n) secum *om. A*.* o) Scita *A. A*;* Schitha *B.* p) ad *A*.* q) iudic. *C.*

1) *Vigevanum (Vigevano); cf. [Gesta Federici I. imp. in Lombardia auct. cive Mediolanensi; Ann. S. Eustorgii Mediolan.; Not. S. Georgii Mediolan. rec. O. Holder-Egger, SS. r. G. p.* 24. 26. 68. 71*].* 2) *[Cf. supra II,* 25, *p.* 130*].* 3) *[Cf. supra II,* 47, *p.* 154*].* 4) *[Cf. supra I,* 67, *p.* 95 *sq.].* 5) *[Cf. cap.* 49, *p.* 157*].* 6) *[Cf. supra II,* 11, *p.* 112*].*

1156. frustrati sunt. Nam et imperator aliam sibi, ut predictum est[1], in matrimonio iunxerat, et expeditio contra Ungaros — postulabant enim[a] in[b] proximo[c] eam Septembre fieri — tam celeriter[d] ordinari non poterat. Admittuntur tamen eius conspectui, scripta recipiuntur. Remittitur[e] cum eis Stephanus capellanus imperatoris, per quem princeps de illius principis voluntate amplius *cognoscat. Sed de Grecis dicta hunc teneant[f] locum. *p. 415.

LIIII.[g] Procedunt Colonienses, advocatos exposcunt, de sua utrique electione per triduum coram principe decertant et conrixantur. Tandem princeps, utrorumque auditis allegationibus[h], consilio et iudicio, quos secum habebat, episcoporum aliorumque principum predictam causam ad curiam Ratisponensem, ubi consilium pro terminanda duorum ducum lite publicari debuit, pro-
(32). Sept. med. ducendam decrevit. Igitur[i] mediante iam Septembre principes Ratisponae conveniunt ac per aliquot dies presentiam imperatoris prestolantur[k].

LV.[1][l] Dehinc principe patruo suo in campum occurrente — manebat enim ille [pene[m]] ad duo Teutonica miliaria sub[n] papilionibus — cunctisque[o] proceribus virisque magnis accurrentibus[p], consilium, quod iam diu secreto[q] retentum celabatur, publicatum est. Erat autem haec summa, ut recolo[2], concordiae. Heinricus maior natu ducatum Baioariae septem[r] per vexilla imperatori[s] resignavit. Quibus iuniori[t] traditis, ille duobus [cum[u]] vexillis marchiam Orientalem cum comitatibus ad[v] eam ex antiquo pertinentibus reddidit. Exinde de eadem marchia cum predictis comitatibus, quos tres dicunt[3], iudicio principum ducatum fecit eumque non solum sibi, sed et uxori cum duobus vexillis tradidit, neve in posterum ab aliquo successorum[w] suorum mutari posset aut

a) enim *om. A.* b) in *deest A*. C.* c) eam prox. *C* 2. d) fieri vel *in marg. alia manu adscr. C* 1, *et ita C* 2. e) Mittitur *A;* Mittiturque *A*.* f) teneat *B* 1. 3; teneāt, *signo compendii postea add. C* 1. g) Capitulum LV. incipit *A; nulla cap. dist. C.* h) legat. *B.* i) *nov. cap. inc. C.* k) prestolabantur *C.* l) *nulla cap. dist. A. A** 1. *B. C; cf. tamen indicem, supra p.* 102. m) pene *deest B. C.* n) in *B.* o) que *deest C* 2. p) occurr. *A.* q) secretum *A*.* r) per septem *C* 1; per VII *C* 2. s) imp. *deest C.* t) *ita A. B* 1. 2. *C* 1; minori *C* 2. u) cum *deest B. C.* v) ad eam *om. A** 2. w) suor. succ. *A*.*

1) *[Cap.* 48, *p.* 155*].* 2) *[Cf. supra p.* 103, *n.* 2*].* 3) *[Cf. Uhlirz, 'Jahrbücher d. D. R. unter Otto II. u. Otto III.' t. I, p.* 232 *sqq.; Simonsfeld l. c. p.* 469, *n.* 174. 711 *sqq., praesertim p.* 714*].*

infringi, privilegio [suo[a]] confirmavit[1]. Acta sunt haec anno regni eius quinto, imperii secundo. 1156.

LVI.[b] Ita[c] ad civitatem, iuxta quod preoptaverat, inter patruum et avunculi sui filium terminata sine sanguinis[d] effusione[2] controversia, laetus rediit ac statim sequenti die in publico residens consistorio, ne Baioaria *Sept.* 18. ulterius totius regni quietis inmunis esset, treugam a proximo pentecosten ad annum iurari fecit[3]. Porro tanta ab ea die usque inpresentiarum toti Transalpino pacis iocunditas arrisit imperio, ut non solum imperator et augustus, sed et pater patriae iure dicatur Fridericus[e]. Enimvero, antequam haec curia terminaretur, presentatis[f] sibi iterum de Coloniensi aecclesia utrisque[g] partibus, alteram electionem, eam videlicet, quae a canonicis maioris aecclesiae facta fuit[h], validiorem iudicans, Fridericum, Adolfi comitis filium, de regalibus investit[i] sicque eum a Romano pontifice consecrandum ad Urbem[k] misit.

Tanta sunt, quae de tuae[l] maiestatis virtute[m] dici possent, augustorum optime, quod, si simul sine interpolatione insipienter effundantur, scribentis prefocare possent animum. Quare huic secundo operi terminus detur, ut ad ea quae dicenda restant tercio locus servetur volumini[n].

---

a) suo *deest B. C.* b) *nulla cap. dist. B. C; novum cap. a verbis* Acta sunt *(l. 1) inc. A. A*.* c) Itaque *C2.* d) sang. sui *A2.* e) Fred. *corr.* Frid. *h. l. C1.* f) presentata *B.* g) utriusque *A; utraque parte B.* h) fuerat *A. A*.* i) investit *corr. ex* investivit *A.* k) Romam *A*.* l) tua maiest. tue *A*.* m) *ita codd. omnes;* virtutum *ed. pr. (C2);* virtutibus *edd. post. (etiam W.).* n) Explicit liber secundus feliciter. Liber Tercius incipit *A*; Explicit liber 2us, sequitur 3us *A*1*; Explicit liber secundus. Sequitur epistola in 3m librum huius 2i operis *A*2*; Huc usque Otto episcopus. Deinceps Radewinus *B1*, *ubi pagina vacat;* Liber hystoriarum Ottonis Frisingensis secundus de Friderico imp. primo explicit. Incipit prologus in tercium de eodem principe *manu s. XV. add. B3*; Huc usque Otto episcopus cronica sua, am̊ (amodo; *male* a magistro *W.*) R. *C1*, *ubi folium antecedens excisum, pagina una vacua relicta est;* Hucusque Otto episcopus Frisingensis chronicam illam deduxit. Finis secundi libri *C2*.

1) *Cf. Friderici privilegium genuinum, d.* 17. *Sept. [Constit. I, p.* 220 *sqq., nr.* 159; *Levison, 'N. Archiv' XXXIV, p.* 210 *sqq.].* 2) *[Cf. supra II,* 7. 47, *p.* 107. 155, *n.* 1*].* 3) *[Treugam, quae pentecoste anni* 1158. *in posterum valere coepisset, intellegit Thatcher, 'Mitth. d. Inst. f. Österreich. Geschichtsforschung' XXII, p.* 659 *sqq.; cf. supra II,* 7. 11. 50, *p.* 108. 112. 158; *Riezler, 'Gesch. Baierns' I, p.* 664. *Alii, etiam Simonsfeld l. c. p.* 478, *n.* 185. *haec diverse interpretantur. Cf. infra IV,* 46*].*

[INCIPIT[a] PROLOGUS SEQUENTIS OPERIS.]

Viris prudentissimis, pace et militia exercitatis, [domino[b]] Ulrico[c] et [domino[b]] Heinrico[d], sacri palatii uni cancellario, alteri notario[e], Radewinus[f] sanctae Frisingensis aecclesiae professione canonicus, ordine diaconus*, licet indignus, simul cum intellectu spiritu
Iob 8, 8. pietatis habundare. *Interrog*ans *generationem pristinam et diligenter investig*ans *patrum memoriam* multis experimentis invenio humanarum[1] rerum nichil firmum, nichil perpetuum, sed dies hominis velocius transire, quam a texente tela succiditur[2], et vitam eius velocius umbra aut vento declinare[3]. Quod cum multis et magnis clarum sit experimentis, etiam presentis operis pagina suum nobis exinde prebet documentum, quae ab auctore suo felicis memoriae venusti sermonis inchoata principio, ipso proh dolor! infausta morte prevento, nostrae parvitati, velut abortiva et quasi de domini[g] sui funere rapta[4], eius iussu pariterque serenissimi et *divi impe- *p. 416.
ratoris Friderici[h] nutu fovenda et promovenda committitur. Parendum ergo tam magnis preceptoribus deliberavi, malens potius de rudis informitate sermonis subire iudicium, quam de perfida desidia seu deside perfidia[i] notari, si tam clari ac magni viri mihique karissimi domini tam preclarae materiae coeptum opus et memoriale[5] pariter cum illo in interitum atque oblivionem passus fuissem venire[6]. Et vestrae quidem prudentiae potissimum labor iste debebatur[7], aput quos exacta fides hysto-

*) dignitate prepositus *add. B. B**.

a) *ita B* 1. 2. b) domino *deest B. C.* c) N. *A;* Olrico *B* 1. 3; U. *C.* d) H. *A. A*. C* 1; N. *C* 2. e) pronotario *B* 1; protonotario *B* (cf. infra IV, 84).* f) *ita B. B*;* Radebinus *B* 2; R. *A. A*. C* 1; Raudeuicus *C* 2; Radewicus can. *post in marg. add. A** 1[a]. g) sinu dom. sui fun. *B.* h) F. *A** 2; *e corr. A** 1; Fred. *B*. C* 1. i) seu de fide perfida *B* 1.

1) [humanarum — perpetuum *ex Iosephi Bell. Iud. a Rufino transl. III,* 14]. 2) *[Iob* 7, 6: Dies mei velocius transierunt, quam a texente tela succiditur*]*. 3) *[Iob* 8, 9: sicut umbra dies nostri sunt super terram. 7, 7: Memento, quia ventus est vita mea*]*. 4) *[Ovid. Trist. I,* 7, 38: Sed quasi de domini funere rapta sui*]*. 5) *[sc. Gesta Friderici ab Ottone coepta; cf. infra IV,* 14: huius istius operis auctor et feliciori fine futurus consummator*]*. 6) *[Hoc loco iam Einhardum in praefatione Vitae Karoli M., SS. r. G. ed.* 6. *p.* 1 *sq., imitari videtur]*. 7) *[I. e. vobis labor operis Ottonis continuandi et conficiendi debitus esset; cf. infra p.* 163, *l.* 24; *supra praef.]*.

riae reperitur; sed preiudicantibus vobis in hac parte diversarum occupationum curis, non tam vacat ad scribendum distractos animos applicare, quam scriptis aliorum accusationem vel debitam laudationem[a] accommodare. *Quidam* enim, *ut[b] ait Iosephus*[1], *non quod rebus interfuerint*, *sed* incertos et *incongruos narrantium sermones auribus colligentes oratorum more perscrib*ere solent; *qui vero praesto fuerunt*, *aut* vincentis principis *obsequio aut odio* eorum qui victi sunt *contra fidem rerum falsa confirmant.* A quorum parte utrimque me beatum[2] estimo, qui in his quae audivi non passim quorumlibet relatorum rumusculis sum me perpessus abrumpi nec in his quae per me cognovi gratia principis seu favore meae gentis *falsum*[c] quippiam addidi[3]. Si quis autem superioris operis facundiam habita collatione cum arido nostri ingenii eloquio contulerit, veniam placatus tribuat. Fateor equidem, quod[4] tenuis mihi spiritus est ad excitandam vel[d] minutam tybiam, nedum[e] ad implendam[f] superioris auctoris [et[g]] venerabilis presulis tam magnificam et copiosam scribendi *et[h] dicendi* tubam. Sed ubi eloquentiae et[i] stili me superat pondus, sensus et integra veritas rerum[k] gestarum Deo propitiante exequabit. Vos itaque ambos in hoc opere preceptores, testes et iudices eligo, rogans, ut exactum a me laborem sine contumelia suscipiatis, et qui rebus ipsis tamquam familiares et conscii secretorum interfuistis, si quid corrigendum est, ad regulam veritatis emendare, si quid parum aut[l] superflue dictum est, vel radere vel superaddere, quantum satis est, non pigritemini. Ego[m] etenim revera, nisi vestra fretus ope ac studio, sub hoc fasce succumberem, frustra per me conatus tanti imperatoris gesta adtingere, cuius si[5] quis magnitudinem animi et imperii cum annis conferat, aetatem ultra putet. Ita enim late et magnifice per orbem terrarum arma[n] circumtulit, tantum operum[o] pace belloque gessit, ut qui

a) acc. laud. *B. B**. b) ut ait Ios. *des. A. A**. c) falsum *deest A. A*; post add. B* 1. d) vel *deest C*. e) necdum *C* (nec dum *C* 1). f) supplendam *A*. g) et *deest B. C*. h) et dic. *des. A. A**. i) et *om. A. A**. k) earum rerum *A**. l) aut *om. A. A**. m) Ego *om. A*. n) arma *om. A**. o) opere *B*.

1) *Prol. [ad quem etiam verba praecedentia* scriptis – laudationem *conformata].* 2) *[I. e. liberum; cf. infra III,* 20. 46*].* 3) *[Cf. Iordan. Get.* 60, 316, *Auct. ant. V,* 1, *p.* 138*].* 4) *[*quod tenuis – superaddere, *l.* 28 *sq., ad Iordan. Get. prol., Auct. ant. V,* 1, *p.* 53 *sq. conformata].* 5) si quis — arbitretur, *p.* 164, *l.* 2, *ex Flori prooemio sumpta.*

res eius[a] legerit, non unius, sed multorum facta regum seu imperatorum arbitretur.

*[EXPLICIT[b] PROLOGUS.

INCIPIUNT]* CAPITULA LIBRI TERCII[c].

a) *ita etiam Flor. cod. Nazarianus* (illius *rec. prima*). b) *ita B; des. A. A*. C.* c) *ita B 1 et omissis verbis* libri tercii *B 2*; Cap. tercii lib. *A;* Capitula libri tercii et rubrice *A*1*; Sequitur liber tereius *A*2*; Capita tertii libri *C2*; *des. β. C1.* d) et situ t. et de more *A*; alterum* et *post add. C1, primum om. C.* e) *ita C1*; Polimiam *A. A*. β. B1. 3*; Poloniam *C2.* f) condiccione *A;* condicione *A*.* g) Grecorum *om. β.* h) eiusdemque *A*;* et eius *C.* i) *numerus* 7 *adscr. β.* k) et exempl. *C2*; *novum inc. cap.* (8. *A*2*) *A*. β. C1; A*2 vero sequens cum hoc coniungit.* l) eiusdem *om. C2; num.* 8 *adscr. β.* m) *rubricae* VIII *et* IX *a scriba in margine suppletae sunt A.* n) *num.* 9 *adscr. β.* o) et de *C2; iterum novum inc. cap. A*. β. C1, sed sine numero A*2 (in A*1 et C numeri omnes desunt).* p) Bisuntium *C;* Bisunzium *B1.* q) *num.* 10 *adscr. β.* r) *num.* 11 *adscr. β.* s) Quid *β, et ita post;* Qualiter *C2.* t) legat. papae *C2.* u) *num.* 12 *adscr. β.* v) et literae *C2, hoc cap. cum praecedente iungens.* w) *num.* 13 *adscr. β.* x) negotiis *C2.* y) *num.* 14 *adscr. β.* z) sint *β.* a) G a i s a e *add. C2.* b) de *om. C2.* c) eius *om. β, ubi post* fratre *adscr.* 15; S t e p h a n o *add. C2.* d) Bolislaus *A. A*;* Bolilaus *β;* Bolizaus *C1*; Labezlaus dux Boemorum ex d. r. cr. *C2, qui addit:* Et quomodo etiam Ottonem Frisingensem episcopum et Henricum Austriae ducem concordarit. e) *num.* 16 *adscr. β, et sic deinceps usque* 57. f) Qualiter Fr. imperator partes Rheni peragraverit et quomodo cons. rel. — praeparaverit *C2.* g) Renum *β.*

XVa. Qualiter religiosorum consiliis ad expeditionem contra Mediolanenses[a] se[b] preparavit.

XVI. Recapitulatio de legatis Romani pontificis et exemplar litterarum Adriani papae.

XVII. Quid episcopi Alemanniae rescripserint[c].

XVIII. Quod procinctum movens aput Augustam nuncios[d] Romani pontificis audivit.

XVIIII. De legatis principis, quos misit in Italiam[e].

*p. 417. *XX. Quomodo[f] ab Italis recepti et quid patraverint[g].

XXI. Qualiter se[h] erga nuncios Romani pontificis habuerint[i], et quid eisdem Romanis in via acciderit.

XXII. Quae verba[k] apportaverint.

XXIII. Excusatoriae[l] litterae Adriani papae.

XXIIII. Quod[m] imperator tunc Romanis reconciliatus est.

XXV. De nunciis regis Datiae[n].

XXVI. Quot et quibus viis exercitus montana transivit[o].

XXVII. Quomodo Brissienses primo impetu attriti[p] sint[q].

XXVIII. Quomodo pacem in exercitu princeps iurari fecerit[r], et de legibus pacis.

XXVIIII. Adhortatio principis post adunatum exercitum.

XXX. De nunciis Mediolanensium et immutatione atque commotione, quae in civitate *[fit]*[s].

XXXI. Quomodo Fridericus ad obsidionem Mediolani properans Adduam transivit.

XXXII. Quomodo castrum Trecium ab imperatore expugnatum sit[t].

XXXIII. De morte comitis Ekkeberti[u] et aliorum[v].

XXXIIII. Quod imperator ob hoc iratus et quomodo placatus [sit][w].

a) Mediolañ *A;* Mediolanum *A**. b) se *om. A. A**. c) rescripserunt *β*. d) et nuntios *C*. e) *C* 2. *add.:* Quomodo praecursores imperatoris in Italia castrum Rivola in deditionem acceperint, et iuramentum quale imperatori facere promiserint episcopi atque aliae civitates. f) Quomodo legati principis ab *C* 2. g) patraverunt *A*; C* 2 *add.:* et cur Otto comes palatii in Guilhelmum quendam Ravennatensem nobilem manum miserit. h) legati *add. C* 2. i) habuerunt *A**. k) nuntii Romani *add. C* 2. l) Item excus. *C* 2, *hoc cap. cum praecedente iungens.* m) Quomodo imp. legatis pontificis reconcil. fuerit *C* 2. n) petentes investituram suo reg mittere *add. C* 2. o) transiverit et quomodo Brissens. *C* 2, *utrumque cap. coniungensi* p) atriti *B* 1. q) sunt *A;* sint *deest β. B* 1. *C* 1. r) fecit *A. A**. s) fit *deest. A. A** 1. *β. C* 1; erat *A** 2; facta est *C* 2. t) est *A*. u) Ekgeb. *A;* Egkeb. *A** 1; Egb. *A** 2; Egeb. *β;* Ekeb. *C*. v) alior. nobilium et quomodo imp. *C* 2, *hoc cap. cum praecedente iungens.* w) sit *deest β. B. C* 1; ob hoc ir. placatus fuerit *C* 2.

XXXV. Quo ordine et quot legionibus contra civitatem[a] properat.

XXXVI. De adventu principis Mediolanum[b].

XXXVII. De situ civitatis et moribus civium[c].

XXXVIII. De excursu Mediolanensium, et quomodo[d] et a quibus excepti seu repulsi [sint][e].

XXXVIIII. De assultu nostrorum in portam.

XL. Item[f] de eruptione Mediolanensium contra[g] ducem Austriae et clade[h] eorum.

XLI. De temeritate cuiusdam Mediolanensis et probitate comitis Alberti.

XLII. Quomodo imperator civitatem giraverit.

XLIII. De[i] turre quae vocabatur[k] arcus[l] Romanus.

XLIIII. De crudelitate Cremonensium[m] et Papiensium contra Mediolanenses[n].

XLV. Quod[o] Mediolanenses variis modis attriti suadente Gwidone[p] comite[q] tractant[r] de[s] pace.

XLVI. Oratio[t] eiusdem exhortatoria.

XLVII. Quomodo Mediolanenses in gratiam sint[u] recepti, et de[v] condicionibus pacis.

XLVIII. Ubi Mediolanenses ad conspectum principis admissi sint et qualiter recepti[w] [sint][x].

XLVIIII. De reconciliatione eorum[y] quanta utrimque laeticia.

L. Quod[z] post actum[a] triumphum plures ex principibus Fridericus redire permisit.

LI. Qua de causa Fridericus quosdam Veronensium hostes iudicaverit, et de dampno eis illato.

LII. De[b] Ferraria et eius obsidibus[c].

LIII. De edificatione novae Laudae[d] et[e] curia aput Roncalias[f] celebranda.

LIIII. De Constantinopolitano imperatore, quomodo[g] insidias suorum evaserit[h].

[EXPLICIUNT CAPITULA][i].

a) Mediolanum transivit et de *C* 2, *utrumque cap. coniungens.* b) et a quibus et quomodo excepti seu repulsi sint *h. l. add. A (cf.* 38, *ubi haec omissa).* c) Mediolanensium *add. C* 2. d) a quibus et quomodo *A (cf. n.* b*). A*.* e) sint *deest β. B. C.* f) Item *om. C* 2. g) Henricum *add. C* 2. h) cladem *A. A*;* cladis *β. B* 1. 3. i) et de terra *C* 2, *hoc cap. cum praecedente iungens.* k) qui vocatur *A*.* l) arcus *deest A. A*.* m) Chrem. *B* 1. n) Mediolanum *A*.* o) Quomodo *C* 2. p) Guid. *A. β. C* 2. q) comite G. *A*.* r) tractaverint *C* 2. s) de p. *om. β.* t) Or. eiusd. exh. *des. B;* Item or. exh. eiusdem de illa re *C* 2, *hoc cap. cum praecedente iungens.* u) sunt *B* 1. v) de *om. C* 1. w) recepti *om. C* 2. x) sint *deest β. B. C.* y) Mediolanensium et q. utrisque l. *C* 2. z) Quomodo post act. tr. imperator plur. ex pr. ad propria red. permisit *C* 2. a) peractum *A*.* b) Item de *C* 2, *hoc cap. cum praecedente iungens;* Feraria *B* 1. *C* 1. c) obsidione *A*.* d) et leticia *add. C* 1. e) *nov. cap. inc. C* 1; De cur. *C* 2. f) Ronc. cel. *om. β.* g) *nov. cap. inc. C* 1; et quomodo *C* 2. h) invas. *B.* i) *ita B.*

INCIPIT[a] LIBER TERCIUS.

I.[b] Ordinato in Alemanniae[c] partibus summa prudentia imperio, tota terra illa iam[d] inusitatam et diu incognitam tranquillitatem[e] agebat. Ea denique pax in Germania erat, ut mutati homines, terra alia, caelum ipsum mitius molliusque[f] videretur[1]. Imperator autem tanta quiete non ad ocium, non ad voluptatum illecebras abutebatur[g]. Indignum siquidem ratus est, si exercitatum bellicis negotiis animum sine utilitatibus imperii per desidiam dissolvi pateretur.

Anno[h] itaque ab incarnatione Domini MCLVII°, 1157.
mense Augusto contra Polanos procinctum movet[2]. Est Aug.
autem Polunia[i], quam modo Sclavi[k] inhabitant, sicut placet his[l], qui situs terrarum descriptionibus notant[3], in finibus superioris[m] Germaniae, habens ab occidente Odderam[n] fluvium, ab oriente Vistulam[o], a septentrione Ruthenos et mare Sciticum, a meridie silvas Boemorum. Terra utique naturalibus firmamentis munitissima, natio tam propria feritate quam vicinarum contiguitate gentium pene barbara et ad pugnandum[p] promptissima. Aiunt enim eius maris, quod illius terrae litus alluit, tales esse provinciarum habitatores, qui famis tempore
*p. 418. semet devorent, et cum perpetuis rigeant *algoribus ideoque nullam possint agriculturam in quibusdam locis exercere, venationibus et mortibus[q] dediti sunt. Omnes autem pyraticam exercent et insulas occeani, Hyberniam[r] et Brittanniam[s], Datiam quoque inquietant, licet in alio littore reperiantur. Talium, ut assolet, nationum vicinia[t] nonnichil atrocitatis tamquam de rubiginoso ferro cariem[u] sibi Polani affricuere[v.4]. Unde nec principibus suis fidem nec natura propinquis debitam inveniuntur gratiam conservare.

a) *ita B* 1; Liber tercius de primi Friderici imperatoris gestis incipit *B* 3; Tercius Liber Incipit *C* 1; *des. A. C* 2. b) *A atque A* rubram infra (l. 11) ante* Anno *ponunt.* c) Alleñanie *A.* d) iam *deest B* 2. 3. e) pacem *A. A*.* f) que *om. B* 3. g) adut. *B* 1. h) *littera initialis magna minio picta, sed versus non mutatus C* 1; *cf. C* 2 *et supra n.* b. i) Polimia *codd. fere omnes;* Polunia *potius quam* Polimia *C* 1; Polonia *C* 2. k) Slavi *C* 1. l) his *om. A*.* m) Germ. sup. *B.* n) Otteram *A. A*.* o) Iustulam *codd. omnes;* Istulam *C* 2. p) expugn. *A*.* q) *ita A. A*. B* 1. *C;* motibus *B* 3. r) Hib. *A.* s) Britann. *A.* t) vicina *B* 3. u) scariem *A. A** 1. *B* 1. 3; *sed etiam* cariem, *ut iam Kohl animadvertit, minus apte positum videtur; emendandum propono* scabiem. v) affrixuere *B* 1.

1) *Cf. Flor. epit. II,* 30 *(IV,* 12*).* 2) *De hac expeditione cf. Friderici I. epistolam ad Wibaldum* 470 *(p.* 601*) necnon* 465 *(p.* 598*).* 3) *[Cf. Flori prooem.:* qui terrarum situs pingunt*].* 4) rubiginem suam adfricuit *Seneca epist.* 7, 7.

1157. II.[a] At huius expeditionis haec ratio fuit[1]. Bolizlaus[b], Gazimerus[c] et tercius[*,2], qui Gerdrudem[d,3], neptem[e,4] imperatoris, filiam Leopaldi marchionis Austriae, sortitus fuerat uxorem, totam terram funicolo[5] hereditatis tenere debebant, maiori natu, quem ultimo po-
(1146). suimus loco, nomen et honorem ducis habente[6]. Quo a fratribus per vim cum regalis sanguinis uxore proiecto[f] et ad Conradum[g] Romani imperii tunc principem per fugam[h] profecto[i] et clementer recepto, missa ad prenominatos tyrannos crebra legatione, ut in pristinum[k] statum fratrem reciperent, rex spretus est, ducisque exilium usque ad obitum regis duravit. Divo autem principe[l] Friderico rerum summam gubernante, pari modo mandatum eius floccipendere sibi impune arbitrabantur[m]. Cessit vero his secus ac rati sunt. Nam et altioris spiritus et acrioris ingenii principem multiplicatae iniuriae ulterius dissimulare facinus non sinebant. Accessit siquidem ad haec[n], quod vel debitum fidelitatis sacramentum offerre vel solitum singulis annis tributum[7] quingentarum marcarum[o] publico erario inferre iam desueverant talibusque inditiis aperte se ab imperio descivisse et non clanculam, sed evidentem se[p] rebellionem moliri[q] protestabantur.

III.[a] Imperator ergo cum magnis copiis Poluniam[r,8], quamvis arte et natura admodum munita sit[s], ut priores reges seu imperatores vix magna difficultate ad fluvium Odderam[t] pervenissent, fretus ope divina, quae visibiliter exercitum precessit, clausuras illorum, quas in angustis[u] locis precisa[v] densitate silvarum fe-

*) item Bilizlaus *add. B;* item Lolizlaus *in marg. add. C* 1, *et ita C* 2.

a) *nulla cap. dist. A. A** 1. b) Bolislaus *A*;* Bozizlaus *C* 1. c) Gasmerus *A**. d) B. *A. A** 1 *(cf. infra n.* 3*);* S. *A** 2. e) neptem *deest B.* f) eiecto *B.* g) Cǒnr. *B* 1; Cunr., *ut plerumque, A.* h) *ita A. B. Wilm.;* perfuga *C;* profuga *A**. i) profecto *in l. raso C* 1. k) pristinos status *B.* l) imperatore F. *A. A**. m) *ita A. C;* arbitrantur *B.* n) hoc *B* 1. o) marcharum *B* 1. p) se *deest C.* q) moliti *C.* r) Polimiam *plerique;* Poluniam *vel* Polimiam *C* 1; Poloniam *C* 2. s) sit *om. A*;* ita *alio atram. s. l. add. C* 1, *et ita C* 2. t) Oderam *A**. u) angustiis *A. A** 1. *B* 1. v) prescisa *C* 1; praescisa *C* 2.

1) *[Cf. II,* 49, *supra p.* 156, *l.* 30*].* 2) *[Wladislaus II].* 3) *[Immo Agnetem; cf. infra IV,* 14*].* 4) *[Immo amitam, sc. sororem patris uterinam].* 5) *[Hanc vocem, ut et Helmoldus nonnullis locis, ex Biblia Vulgata sumpsisse videtur; cf. Ios.* 17, 14, *alibi].* 6) *[Cf. supra I,* 30, *p.* 47*].* 7) *[Cf. Ottonis Chron. VI,* 28*].* 8) *Sequentia ad verbum fere ex epistola Friderici [ad Wibaldum* 470. *sive alia eiusdem fere tenoris] sumpta sunt.*

cerant et magna mole ingeniose obstruxerant, penetravit, 1157.
et XI.[a] Kal. Septembris prenominatum amnem, qui *Aug.* 22.
ex illa parte totam[b] Poluniam[c] quasi murus ambit et profunditate sui gurgitis omnes excludit aditus, preter opinionem incolarum cum omni[d] exercitu transvadavit. Tantum enim omnes tenebat transeundi desiderium, ut alii natando, alii, quodlibet instrumentum fors[e] obtulisset, eo pro navicula utendo transirent. Quo viso, Polani[f] de tam inproviso malo perculsi et vehementer exterriti, cum iam nichil preter exicium sui et destructionem terrae superesse viderent, quamvis auxilio vicinarum gentium, Ruthenorum videlicet, Parthorum [1], Pruscorum et Pomeranorum, maximum collegissent exercitum, in sola fuga spem vitae constituunt; adeo desperatione[g] correpti, ut proprium solum, propriam patriam suis manibus incendendo vastarent, insuper et arces ac[h] munitiones destruerent. Inter quas munitissima castra, Glogowa videlicet et Bitum [2], quae prius ab hoste capta non fuerant, ne a nostris ibidem presidia ponerentur, cremaverunt. Imperator fugientes insecutus et territorium episcopii[i], quod vocatur Frodezlau, transcurrens in episcopatum Poznan pervenit, totamque terram etiam ipse igne et gladio depopulatus est, indignum estimans eis parcere, qui in se ipsos tam crudeles hostes inventi fuissent.

IIII.[k] Bolizlaus[l] dux rebus suis ultimum fatum cernens imminere, cum totam terram populumque suum periclitari et prope esse ad interitum cerneret, barones et principes nostros tum per nuncios tum in[m] propria persona conveniens, multis precibus, multis lacrimis, multis quoque promissionibus, ut sub iugum Romanae ditionis et in gratiam principis recipi[n] mereretur, postulavit, salutare [3] secutus consilium, ante intollerabilem calamitatem rebellionis mutare sententiam; debere autem dedignari dominos humiliores, non eum, cuius in potestate

a) XI. *om. A. A*; extat etiam Wib.* b) totam *om. A**. c) Polimiam *plerique;* Poluniam *vel* Polimiam *C* 1; Poloniam *C* 2. d) magno *C* 2. e) sors *B* 2. 3. f) Poloni *A. C* 2. g) corr. desper. *A**. h) et *A. A**. i) episcopi *A**. k) *nulla cap. dist. A; littera initialis* B *minio picta, sed versus non mutatus C* 1. l) Bolislaus *A**. m) pro *A**. n) redire *A** 1.

1) *[Hungarorum?].* 2) *Glogau et Beuthen.* 3) salutare — imperium *ad Iosephi Bell. Iud. VI,* 11. *conformata [cf. etiam infra III,* 46*].*

1157. sit Romanum imperium[1]. Imperator iam dudum edoctus hanc nobilitatem,

Parcere[2] *prostratis et debellare superbos,*

prematuram, subitam et a Deo datam nolens cruentare victoriam, ducem ad deditionem recipiendum decrevit.

V.[a] Itaque in predicto territorio episcopatus Poznan[b], circa partes Crisgowe[3], prefatus dux pedibus imperatoris provolutus interventu principum hoc tenore in gratiam receptus *est. Primo iuravit pro se et pro *p. 419. omnibus Polanis[c], quod frater suus exul ad ignominiam Romani imperii non fuerit expulsus. Deinde pollicitus[d] est dare duo milia marcarum imperatori et principibus mille, imperatrici XX[e] marcas auri, curiae CC marcas argenti ob eam negligentiam, quod ad curiam non venerat nec de terra debitam fecerat[f] fidelitatem. Iuravit quoque Italicam expeditionem. Deinde iuravit, ut in proxima nativitate[g] Domini ad curiam Magdeburg[h] celebrandam venire deberet, iuxta iudicium et sententiam Polanorum et Boemorum super querimonia fratris sui expulsi plenarie responsurus. Sicque, iurata principi fidelitate, sicut mos est, et de supradictis omnibus fideliter adimplendis acceptis obsidibus, Gazimero[i] videlicet, fratre ducis, et aliis nobilibus, gloriosam adeptus[k] victoriam Deo duce feliciter augustus revertitur[4]. Ipse tamen dux dolis plenus et acerbam dominationis cupidinem mente gerens iamiam suis[l] promissionibus, ut postmodum patuit[5], moliebatur insidias. Nam nec ad curiam venit nec sufficientes pro se procuratores misit, Italicam quoque expeditionem violato sacramento mentitus est.

VI. Non multo post aput Herbipolim civitatem [Alexii[m.] [6]] Constantinopolitani imperatoris legati coram principe cum muneribus suam peragunt legationem. Quia

a) *A* 2 novum cap. inc. a verbis:* Primo iuravit *(l. 9); nulla cap. dist. A. A* 1.* b) Boznan *A. C* 1; Boznañ. *C* 2; Bosnan *A**. c) Polonis *C* 2; Poloniis *A. A**. d) pollicitatus *B.* e) XXX *B; sed* XX *etiam epistola Friderici.* f) fid. fec. *A. A**. g) nat. *A. A** 1. *C* 1; natale *B* 1. h) Magdeburḡ *A** 1. *B* 3. i) Cazimero *h. l. A. A**. k) est *add. B* 1. l) *ita codd.* m) Alexii *deest B. C.*

1) *[Cf. Ioseph. l. c.; Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 353, *n.* 1*].* 2) *Verg. Aen. VI,* 853: Parcere subiectis et debellare superbos. 3) *[Krzyszkowo prope Posnaniam].* 4) *Hucusque ex epistola Friderici.* 5) *[Cf. infra III,* 13*].* 6) *[Immo Manuelis].*

tamen verba eorum[a] in quibusdam fastum regalem et 1157. Grecum in subornato sermone videbantur sapere tumorem, imperator eos despexit, et nisi in melius commutata sententia commodius sibi prospexissent, si fieri poterat salvo nunciorum privilegio, dissimulationem agente principe, prope fuit, ut a quibusdam ignominiosum et erumpnosum accepissent responsum. Placatus tamen multis eorum precibus et lacrimis imperator veniam super[b] his donavit, accepta sponsione, quod deinceps spernentes ampullosa, nonnisi eam quam deceret Romanum principem et orbis ac[c] Urbis dominatorem, reverentiam suis salutationibus apportarent. Indulgentiam et gratiam consecuti Fridericum[d] ducem Sueviae[e], filium Conradi[f] regis, adhuc adolescentulum, in presentia sua gladio accingi et militem profiteri postulant et impetrant. Amita siquidem sua* imperatrix Constantinopolitana[g] et antea et nunc multis et magnificis eundem puerum visitaverat largitionum muneribus idque legatis in mandatis dedisse traditur, ne quando nisi completo hoc negotio in Greciam reverterentur, astipulante sibi cum magno favore proprio marito ob gratiam et antiquam amiciciam cum patre pueri rege Conrado[h] habitam.

VII.[i] Ibidem tunc affuere etiam *Heinrici*[k] regis Angliae missi, varia et preciosa donaria multo lepore verborum adornata presentantes. Inter quae papilionem unum, quantitate maximum, qualitate bonissimum, perspeximus. Cuius si quantitatem requiris, nonnisi machinis et instrumentorum genere et amminiculo levari poterat; si qualitatem, nec materia nec opere ipsum putem aliquando ab aliquo huiuscemodi[l] apparatu superatum iri. Litteras quoque mellito sermone plenas pariter direxerat; quarum hic tenor fuit:

Precordiali[m] *amico suo Friderico*[n], *Dei gratia Romanorum*[o] *imperatori invictissimo, Heinricus*[p] *rex Angliae, dux*

*) Herena *add. C.*

a) illorum *A. A**. b) superbis don. *B.* c) et *A** 1; U. ac o. *C.* d) F. *A. A** 1. e) Swev. *B* 1. f) Co͛nr. *B* 1, *et ita post.* g) *ita B;* Constantinop̄ *A. C* 1; Constantinopol' *C* 2; Constantinopolis *Waitz.* h) C. *A. A** 1. i) *nulla cap. dist. A. A** 1. k) N. *A;* enim *(pro N) A**. l) huiusce *(om.* modi*) A. C* 1. m) *hanc epistolam habet B**. n) F. *A. A**. *C* 1. o) Rom̄ *A;* Romano *A**. p) N. *A;* H. *A*;* Hainr. *B**.

1157. *Normanniae et Aquitaniae et comes Andegavensis, salutem et verae [pacis[a] et] dilectionis concordiam. Excellentiae vestrae quantas possumus referimus grates, dominantium optime, quod nos nunciis vestris visitare, salutare litteris, muneribus prevenire et, quod his carius amplectimur, pacis et amoris invicem dignatus estis federa inchoare. Exultavimus et quodammodo animum nobis crescere et in maius sensimus evehi, dum vestra promissio, in qua nobis spem dedistis in disponendis regni nostri negotiis, alacriores nos reddidit et promptiores. Exultavimus, inquam, et tota mente magnificentiae vestrae assurreximus, id vobis in sincero cordis affectu respondentes, quod, quidquid ad honorem vestrum[b] spectare noverimus, pro posse nostro effectui mancipare parati sumus. Regnum nostrum et quidquid ubique nostrae subicitur dicioni vobis exponimus et vestrae committimus potestati, ut ad vestrum[c] nutum omnia disponantur et in omnibus vestri fiat voluntas imperii. Sit igitur inter nos et populos nostros dilectionis et pacis unitas indivisa, commertia tuta, ita tamen, ut vobis, qui dignitate preminetis, imperandi cedat auctoritas, nobis non deerit voluntas obsequendi. Et sicut vestrae serenitatis memoriam vestrorum excitat in nobis munerum largitio, sic vos nostri quoque reminisci preoptamus[d], mittentes quae pulchriora penes nos erant et vobis magis placitura. Attendite itaque dantis affectum, non data, et eo animo quo dantur excipite. De *manu beati Iacobi, super qua nobis scripsistis, in ore* *p. 420. *magistri Heriberti[1] et Wilhelmi[e] clerici nostri verbum posuimus. Teste Thoma cancellario aput Northamt[f].*

VIII.[g] Aderant preterea diversarum nationum, utpote de Datia, [de[h]] Pannonia, Italia seu de Burgundia, diversae legationes, quarum[i] portitores se mutuo videntes atque certatim munera et supplicationes afferentes singuli singulis stuporem pariter et admirationem addidere.

Octob. Mense[k] Octobre mediante imperator apud Bisuncium[l] curiam celebraturus[m] in Burgundiam iter aggre-

a) verae et unicae dil. *B. B*;* pacis et *des. B. C.* b) Dei *B*.* c) nut. v. *A. A*.* d) optamus *B* 1, *e corr. B* 3. e) Willī *A;* Wiłłi *B*. C* 1; Wilh'. *A*;* Willehelmi *B* 1; Guilh. *C* 2. f) Northat *B;* Norhat' *A;* Norhat *B*. C* 1; Norhant *C* 2; Nothart *A*.* g) *nulla cap. dist. A. A** 1. h) de *deest B. C.* i) qua *B* 1. k) *sequentia habet B*, rubra post addita:* Initium scismatis inter sacerdotium et regnum. — Capitulum VII. incipit *A; item novum inc. cap. A*; littera initialis* M *minio picta, quamquam versus non mutatus C* 1. l) Bisunzium *B* 1; Bisuntium *C.* m) celebr. in Burg. *om. A*.*

1) *[Herberti de Boseham, ut videtur, qui Vitam Thomae archiepiscopi Cantuariensis scripsit].*

ditur. Est autem Bisuncium[a] una metropoleos[b] eius 1157. terciae partis[c], in quas[c] imperator gloriosus Karolus *Magnus*[d] suum inter tres filios suos, omnes regio nomine gaudentes, divisit imperium, sita super amnem Tuba[e, 1]. In qua civitate pene omnibus proceribus terrae illius adunatis, multis quoque exterarum gentium hominibus[f], utpote Romanis, Apulis, Tuscis, Venetis, Italis, Francis, Anglis et Hyspanis, per legatos suos imperatoris adventum prestolantibus, festivissimo apparatu et sollempni favore excipitur. Tota* siquidem terra eundem fortissimum cognoscens et clementissimum, amore pariter et timore permixto, novis illum fascibus honorare, novis laudibus attollere satagebat. At priusquam ad eius provinciae negotia seu ordinationem stilus se porrigat, de legatis Romani pontificis Adriani[f*], ad quid venerint[g] et quomodo recesserint, quia et auctoritas eius partis maior et causa gravior, dicendum nobis erit. Prolixitatem huius narrationis non causabitur, qui materiae pondus ac temporis, quo haec tempestas protracta est et protrahitur, diuturnitatem diligenter consideraverit[h]. Personae nunciorum erant Rolandus tituli Sancti Marci presbiter cardinalis et cancellarius sanctae Romanae aecclesiae et Bernhardus[i] tituli Sancti Clementis presbiter cardinalis, ambo divitiis, maturitate et gravitate insignes et pene omnibus aliis in Romana aecclesia auctoritate maiores. Causa vero adventus eorum speciem sinceritatis videbatur habere; sed fermentum et occasionem malorum intus[k] latuisse postmodum evidenter deprehensum est. Principe ergo die[l] quodam a strepitu et populi tumultu declinante, in cuiusdam oratorii privatiore recessu predicti nuncii in conspectum[m] eius deducti ab eoque, ut oportebat, sicut qui[d] boni se nuncii baiolos[2] assererent, benigne et honeste recepti sunt. Ex-

*) *B* his omissis sequentia ita contrahit:* Aderant etiam inibi Romani summi pontificis Adriani legati, qui quare venerint et quomodo recesserint, dicendum est.

a) Busuncium *h. l. A.* b) *ita omnes codd. (forsitan conferre liceat IV,* 84: Pentapoleos). c) *ita codd. omnes.* d) Magnus *om. A. A*.* e) Tŏba *C* 1; Touba *C* 2; *om. A.* f) hominibus *om. C.* f*) Add'r *A;* Adriani *om. A*.* g) additur *add. A*, cf. n.* f*. h) consideravit *C.* i) Bern. *A;* Bernardus *C* 1. k) intus *om. C.* l) dę *C* 1; de *C* 2. m) *ita A. C;* conspectu *A*? B. B*.*

1) *Doubs.* 2) [2. *Reg.* 18, 22: non eris boni nuncii baiulus].

1157. ordium autem sermonis illorum in fronte ipsa notabile comparuit, quod tale fuisse dicitur: 'Salutat vos beatissimus pater noster papa Adrianus[a] et universitas cardinalium sanctae Romanae aecclesiae, ille ut pater, illi ut fratres'. Paucisque interpositis, litteras quas ferebant protulere[1]. Quas et aliarum quae in hac turbulentia hinc inde discurrebant rescripta litterarum idcirco huic operi interserere curavi, ut quivis lector, qui[b] in partem declinare voluerit, non meis verbis vel assertionibus, sed ipsarum partium propriis scriptis tractus et vocatus, libere eligat, utri parti suum velit accommodare favorem[2]. Tenor denique litterarum talis erat:

(Sept. 20). VIIII.[c] *Adrianus*[3] *episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio Friderico*[d], *illustri Romanorum*[e] *imperatori, salutem et apostolicam benedictionem. Imperatoriae maiestati paucis*[f] *retroactis diebus recolimus nos*[g] *scripsisse, illud horrendum et execrabile facinus et piaculare flagitium tempore nostro commissum, in Teutonicis partibus, sicut credimus, aliquando intemptatum, excellentiae tuae ad memoriam revocantes, nec*[h] *sine grandi*[i] *ammiratione ferentes, quod absque digna severitate vindictae usque nunc transire passus sis tam perniciosi sceleris feritatem. Qualiter enim venerabilis frater noster E.*[4] *Lundenensis*[k] *archiepiscopus, dum a sede apostolica remearet, a quibusdam impiis et scelestis, quod sine grandi animi merore non dicimus, in partibus illis*[l] *captus fuerit et adhuc in custodia teneatur, qualiter etiam in ipsa captione predicta viri impietatis, semen nequam, filii scelerati*[5], *in eum et in suos evaginatis gladiis violenter exarserint et eos, ablatis omnibus, quam turpiter atque inhoneste tractaverint, et tua serenissima celsitudo cognoscit, atque ad longinquas et remotissimas regiones fama tanti sceleris iam pervenit. Ad cuius utique*[m] *vehementissimi faci-*

a) A. *A. A** 1. b) quam *B**. c) *nulla cap. dist. A.* d) F. *A. A** 1. e) Rom̄ *A. A*. B**. f) *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 497, *n.* 254. *miratur non potius* non paucis *legi; aliter C. Schambach, 'Histor. Vierteljahrschr.' XIV,* 1911, *p.* 429 *sqq. hunc locum explicare conatus est.* g) nos *deest C.* h) *ita A. A*. V. M. S;* non *B. C.* i) gravi *A**. k) Lundensis *M;* Ludun. *B* 1; Lundun. *B**. l) istis *V.* m) itaque *A**.

1) *[Cf. infra cap.* 11*].* 2) *[Cf. infra III,* 16. *IV,* 59. 75, *ubi noster pari modo rei arbitrium ad lectorem reicit].* 3) *Exstat in cod. Vind.* 629 *(ius can.* 133*), cuius lectiones a Wattenbachio enotatas V. indicavi. [Cf. Constit. I, p.* 229 *sq. nr.* 164, *ubi etiam cod. Monac. saec XII. et Argentin., ab editore M et S signati, adhibiti, quorum lectiones ex parte enotare satis habuimus].* 4) *Eskillus.* 5) *[Isai.* 1, 4: Vae . . . semini nequam, filiis sceleratis*].*

*p. 421. *noris ultionem, sicut his*[a][1] *cui bona pla***cere*[b], *mala vero displicere credimus, constantius exurgere debuisti, et gladium, qui tibi*[c] *ad vindictam malefactorum*[d], *laudem vero bonorum*[2] *est ex divina provisione concessus, in cervicem desevire oportuit impiorum et gravissime conterere presumptores. Tu vero id ipsum ita dissimulasse diceris, seviciam*[e] *neglexisse, quod eosdem*[f] *non est quare peniteat commisisse reatum, quia [se*[g]*] inpunitatem sacrilegii quod gesserunt iamiam sentiunt invenisse. Cuius quidem dissimulationis et negligentiae causam penitus ignoramus, quoniam nos in aliquo serenitatis tuae gloriam offendisse conscientiae scrupulus nostrum animum non accusat, sed personam tuam sicut karissimi et specialis filii nostri et principis christianissimi, quem in apostolicae confessionis petra non ambigimus per Dei gratiam solidatum*[h], *sincera semper dileximus*[i] *karitate*[k] *et debitae tractavimus benignitatis affectu. Debes enim, gloriosissime fili, ante oculos mentis reducere, quam gratanter et quam iocunde alio anno mater tua sacrosancta Romana aecclesia te susceperit, quanta cordis affectione tractaverit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit et honoris, et qualiter imperialis insigne coronae*[3] *libentissime conferens benignissimo gremio suo tuae*[l] *sublimitatis apicem studuerit confovere, nichil prorsus efficiens, quod regiae voluntati vel in minimo cognosceret obviare. Neque tamen penitet*[m] *nos tuae*[n] *desideria voluntatis in omnibus implevisse, sed, si*[o] *maiora beneficia*[p] *excellentia tua de manu nostra suscepisset, si fieri posset, considerantes, quanta aecclesiae Dei et nobis per te incrementa possint et commoda provenire, non inmerito gauderemus. Nunc autem, quia tam inmensum* **facinus**[q], *quod in contumeliam universalis aec-* 1157.

a) *ita A. A*. C.* b) placere *om. A*.* c) qui ad vind. malefactor. laudem vero bonor. tibi *V.* d) malorum *B;* maledictorum *C* 2. e) *ita codd. omnes (atque M. S);* seu etiam *recte V.* f) malefactores *add. M. S.* g) *ita A. A*. V. M. S;* se *deest B. C.* h) sine causa *add. B. B*.* i) dilexerimus *C,* er *expunctum C* 1. k) *ita A. C* 1. *V. M. S.* l) tuae *om. B* 3. m) peniteret *B. B*.* n) des. tuae vol. *C.* o) si *om. B* 3. p) maiora excell. tua, si fieri posset, de manibus nostris beneficia *V.* q) facinus *om. A. A*. V. S;* inmensum facinus *om. M.*

1) *[l. c.* is*].* 2) *[*1. *Petr.* 2, 14: ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum; *cf. LL. II, p.* 193*].* 3) *[Weiland, Constit. I, p.* 230, *n.* 1. 232, *n.* 1. *hoc loco atque in encyclica imperatoris (infra c.* 11*) vocem* beneficium *deletam esse ex Hadriani epistola c.* 16. *inserta collegit, quem etiam Hauck, 'Kirchengesch. Deutschlands' IV, p.* 215, *n.* 3 *probat; cf. tamen c.* 10, *infra p.* 176, *l.* 31 *necnon c.* 23; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 569, *n.* 173; *C. Schambach, 'Histor. Vierteljahrschrift' XIV,* 1911, *p.* 414 *sqq.].*

1157. *clesiae et imperii tui noscitur etiam commissum, negligere ac*[a] *dissimulare videris, suspicamur utique ac*[a] *veremur, ne forte in hanc dissimulationem et negligentiam propter hoc tuus animus sit inductus, quod suggestione perversi hominis zizania seminantis*[1] *adversus clementissimam matrem tuam sacrosanctam Romanam aecclesiam et nos ipsos indignationem, quod absit, aliquam conceperis vel rancorem. Ob hoc igitur et ob alia omnia*[b] *negotia, quae cognoscimus imminere, duos de melioribus et carioribus quos circa nos habemus, dilectos scilicet filios nostros, Bernhardum*[c] *Sancti*[d] *Clementis presbiterum cardinalem*[e] *et Rolandum*[f] *[tituli*[g]*] Sancti Marci presbiterum cardinalem et cancellarium nostrum, viros utique religione et*[h] *prudentia et honestate conspicuos, serenitati tuae de latere nostro ad presens duximus destinandos, excellentiam tuam rogantes attentius, quatinus eos tam honorifice quam benigne recipias, honeste tractes et ea, quae ipsi super hoc et super aliis ad honorem Dei et sacrosanctae Romanae aecclesiae, ad decus etiam et exaltationem imperii pertinentia ex parte nostra imperatoriae proposuerint dignitati, sicut*[i] *ab ore nostro procedant, absque ulla hesitatione suscipias et ipsorum verbis, tamquam si*[k] *ea contingeret nos proferre, fidem*[l] *non dubites adhibere*[2].

X.[m] Talibus litteris lectis et per Reinaldum cancellarium fida satis*) interpretatione diligenter expositis, magna principes[n] qui aderant indignatione commoti sunt, quia[o] tota litterarum continentia non parum acredinis[p] habere et[q] occasionem futuri mali iamiam fronte sua preferre videbatur. Precipue tamen universos accenderat, quod in premissis litteris inter caetera dictum fuisse acceperant dignitatis et honoris plenitudinem sibi a Romano pontifice collatam et insigne imperialis coronae de manu eius imperatorem suscepisse, nec ipsum penitere, si maiora[r] beneficia de manu eius suscepisset,

) nimis B. B.

a) et A*. b) quaedam V; omnia deest S. c) B. A. A* 1. C 1; Bn̄ A* 2. — tituli add. M. S. d) Sancti om. A. e) card. et om. C. f) R. A. A* 1. C 1; Rol. A* 2. g) iterum (it'm) A; tituli deest B. C. h) ita A* 1. B 1. M; et deest rel. i) velut si V, melius. k) si om. B 3. l) non dub. adh. fidem A. A*. m) Capitulum IX. incipit A. n) princeps et (post add. A* 1) A*. o) tum quia A. A*. p) acerbitudinis seu amaritudinis A. A*. q) habere occas. et A*. r) ibi add. A. A*.

1) *[Cf. Matth. 13, 25].* 2) Dat. Anagniae XII. Kal. Octobris *add. cod. Vind. [M. S.].*

habita consideratione, quanta aecclesiae[a] Romanae per ipsum possent incrementa et commoda provenire. Atque ad horum verborum strictam expositionem ac prefatae interpretationis fidem auditores induxerat, quod a nonnullis Romanorum temere affirmari noverant imperium Urbis et regnum Italicum donatione pontificum reges nostros hactenus possedisse, idque non solum dictis, sed[b] et scriptis atque picturis representare et ad posteros transmittere. Unde de imperatore Lothario in palatio Lateranensi super eiusmodi[c] picturam[1] scriptum est: 1157.

*p. 422. *_Rex venit ante fores, iurans prius Urbis honores,_
Post homo[d] fit papae, sumit quo dante coronam.

Talis pictura talisque superscriptio principi, quando[e] alio anno circa Urbem fuerat, per fideles imperii delata cum vehementer displicuisset, amica prius invectione precedente, laudamentum a papa † Adriano[f] † accepisse memoratur[g], ut et scriptura pariter[h] atque[i] pictura talis de medio tolleretur, ne tam vana res summis in orbe viris litigandi et discordandi prebere posset[k] materiam. His omnibus in unum collatis, cum strepitus et turba inter optimates regni de tam insolita legatione magis ac magis invalesceret, quasi gladium[l] igni adderet[2], dixisse ferunt unum de legatis: 'A quo ergo habet, si a domno papa non habet imperium?' Ob hoc dictum eo processit iracundia, ut unus eorum, videlicet Otto[m] palatinus comes de Baioaria, ut dicebatur, exerto* gladio cervici illius mortem intentaret. At Fridericus auctoritate presentiae suae interposita tumultum quidem compescuit, ipsos autem legatos securitate donatos ad habitacula deduci ac primo mane via sua proficisci precepit, addens in mandatis, ne hac vel illac in territoriis episcoporum seu abbatum vagarentur, sed recta via, nec ad dexteram[n] nec ad sinistram declinantes, reverterentur ad Urbem. Ipsis itaque sine efficatia revertentibus, id quod factum fuerat ab imperatore per universum regni ambitum provide litteris declaratur; quarum hic tenor fuit:

*) prope exerto _C._

a) Rom. eccl. _B_ 1. b) sed _om. B._ c) huiusmodi _C._ d) hc _A;_ hec _A*._ e) cum _A. A*._ f) Adriano _deest B._ g) dicitur acc. _B_ 1. 3. h) pariter _om. A*;_ _post add. B_ 1. i) ac _A._ k) possit _A*._ l) igni glad. _A. A*._ m) O. _A. A*_ 1. n) _ita A. B_ 1. _B*. C._

1) _[Cf. Chron. reg. Colon. rec. Waitz p._ 93 _sq.]._ 2) ignem gladio scrutare _Horat. Sat. II,_ 3. 276.

1157. (Oct.). XI.[a] *Cum*[b] *divina potentia, a qua omnis potestas in caelo et in terra*[1], *nobis, christo eius, regnum*[c] *et imperium regendum commiserit et pacem aecclesiarum imperialibus armis conservandam ordinaverit, non sine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni vestrae, quod a capite sanctae aecclesiae, cui Christus pacis ac dilectionis suae caracterem impressit, causae dissensionum, seminarium*[d] *malorum, pestiferi morbi venenum manare videntur; de quibus, nisi Deus avertat, totum corpus aecclesiae commaculari, unitatem scindi, inter regnum et sacerdotium scisma fieri pertimescimus. Cum enim nuper in curia Bisuncii*[e] *essemus et de honore imperii et salute aecclesiarum debita sollicitudine tractaremus, venerunt legati apostolici, asserentes se talem legationem nostrae afferre maiestati, unde honor imperii non parvum accipere deberet incrementum. Quos cum prima die adventus sui honorifice suscepissemus*[f] *et secunda, ut mos est, ad audiendam legationem eorum cum principibus nostris consedissemus, ipsi, quasi de mammona iniquitatis*[2] *inflati, de altitudine superbiae, de fastu arrogantiae, de execrabili* * *tumidi*[g] * *cordis elatione, legationem apostolicis litteris conscriptam nobis presentaverunt, quarum tenor talis erat, quod pre oculis mentis semper deberemus habere, qualiter domnus papa insigne imperialis coronae*[3] *nobis contulerit neque tamen penitentia*[h] *moveretur, si maiora excellentia nostra ab eo beneficia suscepisset. Haec erat illa paternae dulcedinis legatio, quae unitatem aecclesiae et imperii confovere debuit, quae vinculo pacis utrumque colligare studuit, quae ad utriusque concordiam et obedientiam animos audientium allexit. Certe ad*[i] *vocem illam nefandam et omni veritate vacuam non solum imperialis maiestas debitam indignationem concepit, verum omnes principes qui aderant tanto furore et ira sunt*[k] *repleti, quod sine dubio illos duos iniquos presbiteros mortis sententia dampnassent, nisi*[l] *hoc*[m] *nostra intercepisset presentia. Porro quia multa paria litterarum*[4] *apud eos reperta sunt et scedulae sigil-*

a) Capitulum X. *A.* b) *nec littera initialis minio picta nec versus mutatus, sed signum novi cap. C* 1; *cf. C* 2. c) regnum conm. (comm.) et imp. reg. *A. A**. d) seminaria *A. A**. e) Bisunzii *B* 1; Bisuntii *C.* f) suscepimus *A**. g) tumidi *deest B.* h) penitentie *B* 3. i) et ad *A**. k) repl. sunt *A. A**. l) non nisi *B* 1. 2. m) hec *A.*

1) *[Cf. Rom.* 13, 1: non est enim potestas nisi a Deo*].* 2) *[Luc.* 16, 9: de mammona iniquitatis*].* 3) *[Cf. supra p.* 175, *n.* 3*].* 4) *[I. e. multae litterae, cf. Zeumer, 'N. Archiv' XXXV, p.* 232 *sqq. XXXVII, p.* 328 *sq.; W. Voss, 'Zeitschr. f. deutsches Altertum' LIII, p.* 69 *sqq.; infra III,* 17: his quae et scripta et scribenda ferebant*].*

latae ad arbitrium eorum adhuc scribendae, quibus, sicut 1157. *hactenus consuetudinis eorum fuit, per singulas aecclesias Teutonici regni conceptum iniquitatis suae virus respergere, altaria denudare, vasa domus Dei asportare*[1], *cruces excoriare nitebantur, ne ultra procedendi facultas eis daretur, eadem qua venerant via ad Urbem eos redire fecimus. Cumque*[a] *per electionem principum a solo Deo regnum et imperium nostrum sit*[b], *qui in passione Christi filii sui duobus gladiis necessariis*[2] *regendum orbem subiecit, cumque Petrus apostolus hac doctrina mundum informaverit:* 'Deum 1. *Petr.* 2, 17. timete, regem honorificate', *quicumque nos imperialem coronam pro beneficio a domno papa suscepisse dixerit, divinae*[c] *institutioni et doctrinae Petri contrarius est et mendacii reus erit. Quia vero hactenus honorem ac libertatem aecclesiarum, quae iam diu indebitae servitutis iugo *depressa*
*p. 423. *est, a manu Egyptiorum*[d. 3] *studuimus eripere et omnia eis dignitatum suarum iura conservare intendimus, universitatem vestram super tanta ignominia nobis et imperio condolere rogamus, sperantes, ne honorem imperii, qui a constitutione Urbis et Christianae religionis institutione ad vestra usque tempora gloriosus et imminutus extitit, fidei*[e] *vestrae indivisa sinceritas tam inaudita novitate, tam presumptuosa elatione imminui paciatur, sciens, omni ambiguitate remota, quod mortis periculum ante vellemus incurrere, quam nostris temporibus tantae confusionis obprobrium sustinere**.

XII.[f] His ita gestis, Fridericus ad ordinanda im- (11). perii negotia in regno Burgundiae animum intendit. Cumque Burgundia aliquando per se fortes reges habuisset et per eos suis gentibus precepta dare solita fuisset, ex appetitu libertatis, quae, ut dicitur[4], *res inestimabilis est,* iam dudum insolentiam et desuetudinem induerat obsequendi. Ea itaque terra, quae nonnisi

*) *B* pergit:* De hoc hactenus. Revertentibus autem legatis apostolicae sedis Rolando et Bernhardo, quantas (*c.* 16).

a) Unde ortum habeat imperium *rubro in marg. add. A** 1. 2. b) fit *B* 1. 3. c) divini *B* 1. *B**. d) Egypc. *A;* Egipt. *A*;* Ęgypt. *C* 1; Aegypt. *C* 2. e) fidei *om. A**. f) Capitulum XI. incipit *A.*

1) *[Cf. Dan.* 1, 2*].* 2) *[Cf. Luc.* 22, 38*].* 3) *[Exod.* 18, 9: eo quod eruisset eum de manu Aegyptiorum; 1. *Reg.* 10, 18*].* 4) *Dig. L,* 17, 106 *[cf. etiam infra III,* 46*].*

1157. multo labore ac bellico sudore[1] subigenda putabatur, ita, Deo ordinante, paruit, quod nisi alia in regno disponenda inevitabiliter imperatorem retraxissent, familiariter[2] et cum paucis usque[a] Arelatum, sedem regni Burgundiae, procedere[b] potuisset. Denique, quod modo viventium excedit memoriam hominum aliquando contigisse, Stephanus Viennensis archiepiscopus et archicancellarius de Burgundia et Eraclius archiepiscopus et primas Lugdunensis et Odo Valentinus[c] episcopus et Gaufredus[d] Avinionensis et Silvio magnus princeps et prepotens de Claria[3], tunc ad curiam venientes Friderico fidelitatem fecerunt atque hominium et beneficia sua de manu illius reverenter susceperunt. Arelatensis autem **archi**episcopus[e] et alii omnes archiepiscopi, episcopi, primates et nobiles venissent idemque fecissent, nisi mora principem adeundi compendio suae brevitatis prestitisset inpedimentum. Missis tamen per honestos valde et industrios nuncios litteris omnimodam subiectionem et debitam fidelitatem imperio Romano compromiserunt. Lodewicus[f] quoque rex Francorum usque Diunum[g, 4] occurrerat ad colloquium imperatoris, sed eo versus Alemaniam[h] iter agente ceptum non processit. Directis[i] autem[k] uterque principum nunciis, imperator[l] quidem cancellario[m] suo prenominato[5] Reinaldo[n] et comite Udalrico[o] de Lenzeburch[p], rex vero etiam suo cancellario magistro Alderico[q], sese per illos mutuo salutarunt[r]. Reliquum legationis[s], ut videbatur quidem utilitati, re autem vera regali potius fastui studere utrimque videbatur. Nam sicut egomet referente venerabili viro Heinrico Trecense episcopo cognovi, Lodewicus[t], audito quam strennue partibus illis Fridericus prevaluisset, pertimuit, nec iam ad colloquium, quod suspectum habebat, sed ad bellum se ratus proficisci, clanculo non parvas copias collegerat, adeo quod novem episcopos cum sua milicia una nocte in Trecensi[u] civitate tunc hospitasse[v]

a) usque ad *A** 2. b) procedere *om.* *B* 1. 3. c) Valent. *A.* *A** 1. *B* 1. *C* 1; Valent. *C* 2. d) Ganfredus *A*.* *B* 1. *C.* e) episcopus *A.* *C.* f) Lǒd. *B* 1. g) *ita* *B* 1; Duinum *A.* *C* 2; Duinum *corr.* Diunum *C* 1; Dinnum *A** (*A** 1 *e corr.*); Duunum *B* 3. h) Adelemanniam *B* 3. i) Missis *A.* *A*.* k) uterque autem *A*.* l) imperatoris *B* 1. m) cancellarium suum prenominatum Reginaldum (Reg. pren. *A**) et comitem Udalricum *A.* *A*.* n) Reinoldo *B* 1. o) Ǒdalr. *B*; Ůdalr. *C* 1. p) Lenzeburg *A*.* *C* 2; Lenzeburc *C* 1. q) Ader. *A*.* r) salutaverunt *A*.* s) relationis *B*; *cf. etiam infra III,* 21. t) Lodeuicus *A.* u) c. Tr. *A.* *A*.* v) hospitatos *B.*

1) *[Cf. supra p.* 1, *n.* 3*].* 2) *[Cf. supra II,* 48, *p.* 156, *l.* 25*].* 3) *Clérieux.* 4) *Dijon.* 5) *[Cf. supra III,* 10, *p.* 176*].*

memoratus presul memoraret. Cumque tota terra illa 1157.
non minimo metu nutaret, ipsa trepidatio nobis pro
victoria putabatur.

XIII.[a] Reversus de Burgundia imperator, rebus (12).
feliciter gestis prediisque coniugis[b] suae imperatricis, de
qua supra[c] dictum est[1], ad arbitrium suum dispositis,
in Saxoniam iter flectit, diesque natalis[d] Domini in *Dec.* 25.
civitate Magdeburg[e] celebravit, experimentum accipiens
de Polanis, qui, ut[f] prefati sumus[2], suis negotiis tunc 1158.
finem facere debuerant, quod ipsi, avaricia pariter et
ambitione cecati, de promissis fidem et sacramenta vile
quid iudicarent. Deinde in Baioariam tendens, Ratisponae curiam magna[g] cum frequentia principum in
octava epiphaniae agit. Ibi inter caeteros, qui tunc *Ian.* 13.
crebri[h] aderant, etiam regis Ungariae N.[i] * legati[k] affuere. Siquidem frater eius[l] nomine N.[m] ** quorumdam criminationibus regi delatus fuerat, quasi ad regnum aspiraret, atque in ea re avunculum amborum, [ducem[n]] Belum, virum valde prudentem ac ad innovandas res ydoneum, suasorem habere putabatur, pro eo quod honorificentius[3] habito adolescenti per studia colendi ferociae visus est nutrimenta suggerere. Rex autem suspectum habens tantum fratris honorem et peiora re ipsa de illo veritus, non tam ipsum quam amicos[o] et familiares eius iam[p] aperte insimulans, omnia facta seu dicta eorum in crimina vertebat. Multisque adversus fratrem vulgatis, pluribus ad contestandum subornatis, per insidias necem fratris dicebatur adoptare[q]. Is antehac compertum habens, quod Romanum imperium totius orbis esset asylum[4], fugiens ad imperatorem evasit erumpnasque suas ac erga
*p. 424. se germani crudelem acerbitatem lacri*mabili conque-

*) Gaizae *C.*

**) Stephanus *C.*

a) Capitulum XII. incipit *A.* b) coniugiis *B* 1. c) supra *om. A**. d) *ita A. A*;* naī. *B* 1. *C* 1; nativitatis *C* 2. e) Magdeb' *A;* Madeburg *A*;* Magdeburg *B* 1; Magdeburgensi *B* 2. f) ut *om. B* 3. g) magnam *A** 2. *B* 1. 3. h) curie *A.* i) H. *A.* k) aff. leg. *B.* l) suus *A. A**. m) *ita A. B;* enim *A** 1; *om. A** 2. n) ducem *deest B. C.* o) amicos eius et fam. iam *A. A**. p) iam *om. B* 1. 3. q) optare *A. (Ios.).*

1) *II,* 48. 2) *Cap.* 5. 3) *[*honorificentius — recidi oportere, *p.* 182 *l.* 24, *aliquam partem ad Ioseph.-Rufin. Bell. Iud. I,* 17. *conformata].* 4) *[Cf. Ottonis Chron. VII,* 34, *p.* 367, *n.* 6*].*

1158. stione deploravit; criminationumque[a] suarum invidiam diluendo, ficta quae adversum[b] se dicebantur asserere, et purgationis suae fidem omnibus constare; numquam calumpniatores defore, dum extet cui persuadeatur; iniquissimum esse, quod fratri non sufficeret paterno eum regno expulisse, nisi de capite quoque suo[c] et vita innocentissima supplicium sumeretur. Tali deprecatione permotus Fridericus, missis in Ungariam legatis, de restitutione iuvenis cogitabat, imperialem precibus adiungens *dignitatem[d] et* auctoritatem. Rex itaque adversus fratrem[e] duos de optimatibus regni sui dirigit ad curiam, episcopum Gervasium[f] de Castro-ferreo[1] et comitem Heidenricum[g], viros opulentos et copia dicendi satis instructos, per quos et obiecta diluere et de fratris eiectione invidiam in eum qui passus erat retorquere satagere[h], prosequens iniurias et[i] peccata plurima in se admissa: regni consortio secum illum participasse, solo nomine se illo priorem tantum fuisse, quamdiu germanitatis iura inter se inviolata mansissent; deinde pravorum consilia secutum, quae ad pessima studia lubricam in adolescente aetatem impellebant; ita factum, quemadmodum in corpore, ubi semper[k] dum aliqua pars tumescit suaque corruptione totum corpus debilitat et inficit, ex quo curari desperatur, recidi oportere. Bellum[2] ultro inferentem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam facere nequivisset, fugam ipsum simulasse, in regno manere licuisse, donec odia omnium et inimicicias adeo contra se firmaverit, ut velut crudelem hostem et regni insidiatorem pellendum arbitrarentur, antequam facinoribus suis illud cruentari et principatus eius monarchiam scindi ac dilacerari contigisset. Imperator, partibus auditis, cum[l] videret rem eo venturam, quod aut in communi dividendo[m] aut in uniuscuiusvis condempnatione litem opus esset terminari, conferens quoque in corde suo plurium negotiorum occupationes, ad

a) que *om.* *A**. b) adversus *A. A**. c) suo quoque *B* 1. 3. d) dignitatem et *des. A. A**. e) fratres *B* 1. 3. f) N. *A*; enim *(pro* N*) A**. g) Heinricum *A. A**. h) *ita omnes codd.; ut Giesebrecht monuit,* satageret *scribi oportebat.* i) et *om. B* 3. k) dum semper *A. A**. l) et cum *A**. m) diiudicandi *A. A** 2; diiudicand' *A** 1.

1) *Eisenstadt. [Gervasius episcopus Iaurini (Raab) erat].* 2) Bellum — nequivisset *ex Sallust. Iug.* 15, 1; fugam — licuisse *ibid.* 14, 20.

oportuniora tempora decisionem huius litis placuit prote- 1158.
landam. Itaque rogatus ab adolescente, per Venetias illum transmittit in Greciam; legatos quoque regis, acceptis[a] ab eis muneribus ferme ad mille talenta, simulque eos sua liberalitate honoratos ad principem suum cum pacis legatione remeare concessit.

XIIII.[b] In eadem curia[1] dux Boemorum[c] N.[d, *], (13).
vir ingenio validus, viribus prepollens[2], consilio, manu audatiaque magnus, cuius antehac industriae, obsequii[e] multa precesserant experimenta, maximeque nuper in expeditione Polunica maxima[f] virtus claruerat, adeo ut ob merita sua omnibus carus esset[3], ab imperatore ac imperii primis ex duce rex creatur, anno ab incarnatione Domini MCLVIII[g]. Suscepto itaque privilegio[4] de usu diadematis aliisque regni insignibus, laetus revertitur et ad Italicam expeditionem rex pariter cum imperatore fastu regali profecturus accingitur. Ibidem etiam patruos suos[h], Ottonem[i] Frisingensem episcopum et Heinricum[k] ducem Austriae, dissidentes, eo quod prefatus antistes germano fratri, predia aecclesiae illicite sibi usurpare volenti, omnino[l] contradiceret, in pristinam pacem et fraternam concordiam revocavit.

XV.[m] His[n] in Baioaria peractis, Fridericus[o] Ri- (14).
buariorum[p] fines ingreditur inferioresque Rheni partes peragrans nullos sibi dies otiosos transire passus est, eos se[q] ratus perdidisse[5], in quibus non aliquid de utilitatibus imperii, de iure et iusticia inter omnes gentes conservanda disposuisset. Inde fuit, quod tam valido cis[r] Alpes imperio ita provide consuluisset, ferocitatem tantarum gentium tanto consilio ac sine armis delinisset, ut, quod dictu mirum est, iam non regni rector, sed

*) Labezlaus *C.*

a) donatus *A. A**. b) *nulla cap. dist. A.* c) *ita A. A* 1. B. C;* Bolislaus *A* 2 (ex rubra).* d) H. *A.* e) obsequi *A;* obsequium *B.* f) magna *C.* g) M⁰C⁰LXIII⁰. *A*, MCLXIII. *A**. *B* (X *pro* V); M⁰C⁰LVIII⁰, V *in l. raso C* 1. h) suos *alio atram. in marg. C* 1. i) O. *A. A* 1. B.* k) N. *A;* H. *A* 1. B.* l) eo āīō (animo) *A**. m) Capitulum XIIII. *A.* n) ita *add. B* 1. o) Fridericus *deest B* 1. 3. p) Bauwariorum *A;* Bau(u)ariorum *A**. q) se *deest A. A**. r) cis *om. A**.

1) *[Cf. supra III,* 13, *p.* 181*].* 2) *Cf. Sallust. Iug.* 6, 1. 3) *[Cf. ibid.* 6, 1. 9, 2*].* 4) *[A.* 1158. *Ian.* 18, *MG. Constit. I, p.* 236 *sq., nr.* 170*].* 5) *Cf. Sueton. Titus c.* 8 *[quamquam ibi non ita similia; magis similia infra III,* 53*].*

1158. unius domus, unius[a] rei publicae paterfamilias [et[b] gubernator] haberetur.

Apr. 20. XVa.[c] * Post celebratum aput N.** [1] pascha rursus ad superiores Vangionum[d] *partes iter reflectit[e] ac *p. 425. in domum regalem, quam apud Lutra edificaverat[2], divertens domui suae et familiaribus negotiis ordinandis aliquot dies indulget. Instabat iam tempus, quo reges ad bella proficisci solent[3], ipseque in proximo ad Transalpina[4] exercitum ducturus, primo omnium in Deo spem suam reponens[5], adscitis religiosis et probatis in sanctitate viris tamquam divinum eos oraculum consultabat atque illorum persuasionibus aecclesiis Dei multa donaria imperiali largitate dispergebat. Quibus in negotiis specialem habebat preceptorem et salutis animae suae fidum secretarium Hartmannum[f] Brixinorensem[g] episcopum, virum, qui tunc[6] inter[h] Germaniae episcopos singularis sanctitatis opinione et austerioris vitae conversatione preminebat. Hoc ad se adscito, de secretis suis pii se pontificis submisit devote consiliis, religiosi ac christianissimi principis officium[i] exercens, quatinus iturus ad bellum spiritalibus armis ante muniret animam quam corpus, ante[k] caelestibus[l] se disciplinis prestrueret, quam ad pugnam iturum militem militaribus instruere preceptis curaret. Causas autem belli exponens, dum eas iustas tam memoratus antistes quam reliqui sacerdotes cognovissent, ne dignitas imperialis ab indignis

*) *Hoc caput post* 17. *ponunt A*, *verbis* Capitulum XVIII. incipit *praemissis. A**.
**) aecclesiam (eccl.) sancti Guiberti[7] *C* 1. 2; Quitilinburch *B*.

a) unius *om. A. A**. b) et gub. *des. B. C.* c) *nulla cap. dist. C* 2. d) Vuag., ua *e corr. A.* e) reflexit *C.* f) Hartemannum *C.* g) Brixionensem *B* 1. h) in *A**, *corr.* inter *B* 1. i) opus *A. A**. k) et *A. A**. l) *ita A. A*. C;* se cel. *B* 2. 3.

1) *[Pascha imperator Traiecti ad Mosam (aut Ultraiecti) celebravit; cf. Ann. Palidens., Magdeb., SS. XVI, p.* 90. 191; *Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 132. *VI, p.* 358; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 633, *n.* 125*]*. 2) *[Cf. infra IV,* 86*]*. 3) 2. *Reg.* 11, 1: eo tempore, quo solent reges ad bella procedere. 4) *[Haec vox hic diverse atque alibi usurpata; cf. supra I,* 8, *p.* 24 *etc.]*. 5) *[Ps.* 72, 28: ponere in Domino Deo spem meam*]*. 6) *[Etiam quo tempore Rahewinus haec scripsit; praeerat enim episcopatui Brixinensi a.* 1140—1164, *quo obiit d. Dec.* 23*]*. 7) *[Depravatum ex* s. Suiberti *(Kaiserswerth), ubi imperator April. die* 22. *erat]*.

1158.
imminueretur et sic pax et tranquillitas aecclesiarum turbaretur, salutaribus mandatis premonitum et premunitum ad proficiscendum contra rebelles animarunt[a].

(15).
XVI.[b] Cum[c] haec agerentur, legati sedis apostolicae Rolandus[d] et Bernhardus[e] reversi[1], quantas[f] iniurias sustinuerint, in quo periculo fuerint, exponunt, gravibus graviora adicientes, ut in ultionem eorum, quae se pertulisse dixerunt[g], Romanae urbis episcopum provocarent. In hoc negotio clerus Romanus ita inter se divisus est, ut pars eorum partibus faveret imperatoris et eorum qui missi fuerant incuriam seu imperitiam causarentur, quedam vero pars votis sui pontificis adhereret. Unde de hac tempestate dicturi, sicut supra diximus[2], lectorem non nostris verbis niti volumus, sed ponentes epistolas hinc inde directas, ex eis colligat, quam partem tueatur cuive fidus velit permanere; nobis autem indulgentiam petimus, qui potius utramque personam, sacerdotalem scilicet et regalem, reverentia debita veneramur, quam temere de altera iudicare presumamus. Exemplar[h] itaque litterarum a summo pontifice ad archiepiscopos et episcopos super his directarum tale fuit[3]:

(1157 ex.).
Quotiens[i] *aliquid in aecclesia contra honorem Dei et salutem fidelium attemptatur, fratrum et*[k] *coepiscoporum nostrorum, et eorum precipue qui spiritu Dei aguntur, cura debet existere, ut ea*[l] *quae male gesta sunt*[m] *gratam Deo correctionem debeant invenire. Hoc autem tempore, quod absque nimio merore non dicimus, karissimus filius noster F[ridericus]*[n] *Romanorum imperator tale quid egit, quale temporibus antecessorum suorum non legimus perpetratum. Cum enim nos duos de melioribus fratribus nostris, B[ernhardum]*[o] **[scilicet*[p]*]* tituli Sancti Clementis et R[olandum]*[q] *cancellarium nostrum tituli Sancti Marci presbiteros cardi-*

a) animaverunt *A;* armaverunt *A**. b) Capitulum XV incipit *A*. c) Dum *A*. d) R. et B. *A. A** 1; Ro et Bñ *A** 2. e) Bernard. *C* 1. f) *pergit B**. g) dixerint *A**. h) Exempla *B* 3. i) *praeced.* Capitulum XVI. *A; littera* Q *initialis maior nigra, ante quam signum novi cap. C* 1; *cf. C* 2. k) ac *A**. l) ea *deest A. A*;* ea — sunt *des. V*. m) gestans grat. *B* 3. n) F. *A. A*. B* 1. *C* 1. o) B. *A. A** 1. *B* 1. *C* 1; Bñ *A** 2. p) scilicet *deest A. C*. q) R. *A. A** 1. *B* 1. *C* 1; Rol. *A** 2.

1) *[Cf. supra c.* 8—10, *p.* 173—177*].* 2) *Cap.* 8 *[cf. p.* 174, *n.* 2*].* 3) *Has et mox sequentes litteras a Rahewino post insertas esse, probare nititur Iordan p.* 74 *sqq., quod tamen codices recensionis A. A* haud confirmant. Exstant in cod. Vind. supra p.* 174, *n.* 3. *laudato. [Cf. Constit. I, p.* 232 *sq. nr.* 166*].*

1157. *nales, ad ipsius presentiam misissemus, ipse, cum primum ad eius presentiam pervenerunt*[a], *alacriter visus est eos recepisse*[b]; *sequenti vero*[c] *die, cum redirent ad eum et litterae nostrae in eius auribus legerentur, accepta occasione cuiusdam verbi, quod ipsarum litterarum series continebat, 'insigne*[d] *videlicet beneficium*[e, 1] *coronae tibi contulimus', in tantam animi commotionem exarsit, ut convicia, quae in*[f] *nos et legatos nostros dicitur coniecisse, et quam inhoneste ipsos a presentia sua*[g] *recedere ac de terra sua velociter exire compulerit, et audire obprobrium et lamentabile sit referre. Eis autem ab illius*[h] *presentia excedentibus*[i], *facto edicto, ne aliquis de regno vestro ad apostolicam sedem accedat, per omnes fines eiusdem regni custodes dicitur posuisse, qui eos, qui ad apostolicam sedem venire voluerint, violenter*[k] *debeant revocare. Super quo facto licet aliquantulum conturbemur*[l], *ex hoc tamen in nobis*[m] *ipsis maiorem*[n] *consolationem accipimus*[o], *quod ad id de vestro et principum consilio non processit. Unde confidimus eum*[p] *a sui animi motu consilio et persuasione vestra facile revocandum. Quocirca, fratres, quoniam in hoc facto non solum nostra, sed vestra et omnium aecclesiarum res agi*[2] *dinoscitur, karitatem vestram monemus et exhortamur in Domino, quatinus opponatis*[q] *vos murum pro domo Domini*[3] *et prefatum filium nostrum ad viam rectam quam citius reducere studeatis, atten*tissimam* *p. 426. *sollicitudinem adhibentes, ut a Reinaldo*[r] *cancellario suo et* palatino comite, qui magnas blasphemias in prefatos legatos nostros et matrem vestram*[s] *sacrosanctam*[t] *Romanam aecclesiam evomere presumpserunt, talem et tam evidentem satisfactionem faciat exhiberi, ut, sicut multorum aures amaritudo sermonis eorum offendit, ita etiam*[u] *satisfactio multos ad viam rectam debeat revocare. Non acquiescat idem filius noster consiliis*[4] *iniquorum, consideret*[v] *novissima et antiqua*[5]

*) O. *add. A** 2. *V;* Ottone *add. B**.

a) adven. *V.* b) susc. *A. A*.* c) vero *om. A. A*.* d) vid. ins. *V.* e) cor. ben. *B. C;* ben. *deest B*;* ben. imperialis cor. *V; cf. supra c.* 9. 11, *p.* 175. 178. f) in *om. A. A*.* g) sua *om. B* 1. 3; sua pr. *A** 1. h) ipsius *C.* i) recedentibus *A.* k) violentius debeat *V.* l) perturbemur *C* 1; aliquantum perturbemur *C* 2. m) nobismet *V.* n) miciorem *A. A*.* o) accepimus *B* 1; recipimus *V.* p) eum *om. V.* q) vos opp. *V.* r) R. *A. A*. B* 2. *V;* Reinoldo *B* 1. s) nostram *A. A*.* t) sanctam mat. vestr. *V.* u) etiam *deest V.* v) considerans *V.*

1) *[Cf. supra p.* 175, *n.* 3; *Schambach vocem* beneficium *h. l. per errorem suppletam censet].* 2) *[Horat. Epist. I,* 18, 84: Nam tua res agitur *etc.].* 3) *[Ezech.* 13, 5: neque opposuistis murum pro domo Israel*].* 4) *[Cf. Gen.* 27, 8*].* 5) *[Ps.* 138, 5: Cognovisti . . . novissima et antiqua*].*

et per illam viam incedat, per quam Iustinianus et alii 1157. *katholici imperatores*[a] *incessisse noscuntur. Exemplo siquidem et imitatione illorum et honorem in terris et felicitatem in caelis sibi poterit cumulare. Vos etiam, si eum ad rectam semitam reduxeritis, et beato Petro apostolorum principi gratum dependetis*[b] *obsequium et vobis et aecclesiis vestris suam*[c] *conservabitis libertatem. Alioquin noverit antedictus filius noster ex ammonitione vestra*[d], *noverit ex promissionis ewangelicae veritate, quod sacrosancta Romana aecclesia super*[e] *firmissimam petram, Deo collocante, fundata*[1], *quantocumque*[f] *ventorum*[g] *turbine quatiatur, in sua*[h] *firmitate, protegente Domino, in seculum seculi permanebit. Nec*[i] *autem*[k], *sicut nostis, deceret eum tam arduam viam absque vestro consilio attemptasse; unde credimus, quod auditis ammonitionibus vestris facillime poterit ad frugem sanioris studii, sicut vir discretus et imperator katholicus, revocari*[1].

XVII. His litteris talique legatione percepta, pre- (16). sules Alemanniae, communicato in unum assensu et consilio, sedi apostolicae in haec verba rescribunt:

Quamvis[2] *sciamus et certi simus, quod aecclesiam Dei* (1158. *in.*). *fundatam supra firmam petram*[m] *neque venti neque flumina tempestatum possint deicere, nos tamen infirmiores et pusillanimes, si quando huiusmodi contigerint*[n] *impetus, concutimur*[o] *et contremiscimus*[p]. *Inde nimirum graviter conturbati sumus et conterriti*[q] *super his, quae inter vestram sanctitatem et filium vestrum devotissimum, dominum nostrum*[r] *imperatorem, magni mali, nisi Deus avertat, seminarium prebitura videntur. Equidem a verbis illis, quae in litteris vestris continebantur, quas per nuncios vestros prudentissimos et honestissimos, dominum B[ernhardum]*[s] *et dominum R[olandum]*[t] *cancellarium, venerabiles presbiteros cardinales, misistis, commota est universa res publica imperii nostri; aures imperialis potentiae ea pacienter audire non potuerunt neque aures principum sustinere; omnes ita*[u] *continuerunt aures suas*[3], *quod nos, salva gratia vestrae sanctis-*

a) imperatores *om. V.* b) dependitis *B* 3. c) suam *deest C.* d) nostra *V, sed cf. etiam infra l.* 14—15. e) supra *B* 1. f) quautocumque — quatiatur *des. V.* g) verborum *codd. fere omnes;* ventorum *recte B*; cf. etiam infra l.* 21. h) sui *A. A*.* i) Hęc *B* 1. k) enim *A.* l) possit rev. *V.* m) supra petram petram *V.* n) contingerint *A. B* 1. *C* 1. o) concuttimur *B* 1. p) *ita C. V;* trem. *A. A*. B. B*.* q) conturbamur *A;* turbamur *A*.* r) imp. n. *B* 1. s) B. *A. A** 1. *B* 1. *V;* Bñ *A** 2; Bernard. *C* 1. t) R. *A. A** 1. *B* 1. *V;* Rol. *A** 2. u) itaque *A*.*

1) *[Matth.* 7, 25. 16, 18*].* 2) *[Cf. Constit. I, p.* 233 *sq., nr.* 167*].* 3) *[Act.* 7, 56: Continuerunt aures suas*].*

1158. *simae paternitatis, ea tueri*[a] *propter sinistram ambiguitatis interpretationem vel consensu aliquo approbare nec audemus nec possumus, eo quod insolita et inaudita fuerunt usque ad haec tempora. Litteras autem, quas nobis misistis, debita cum reverentia suscipientes et amplectentes commonuimus filium vestrum, dominum nostrum imperatorem, sicut iussistis, et ab eo responsum*[b]*, Deo gratias, accepimus tale, quale decebat katholicum principem, in hunc modum: 'Duo sunt, quibus nostrum regi oportet imperium, leges sanctae imperatorum et usus bonus predecessorum et patrum nostrorum. Istos limites aecclesiae*[c] *nec*[d] *volumus preterire nec possumus; quidquid ab his discordat non recipimus. Debitam patri nostro reverentiam libenter*[e] *exhibemus, liberam imperii nostri coronam divino tantum beneficio ascribimus, electionis primam vocem Maguntino archiepiscopo, deinde quod superest caeteris secundum ordinem principibus recognoscimus, regalem unctionem Coloniensi, supremam*[f] *vero, quae imperialis est, summo pontifici; quidquid*[g] *preter haec*[h] *est, ex habundanti est, a malo est*[1]*. Cardinales in contemptum dilectissimi et reverentissimi*[i] *patris nostri et consecratoris a finibus terrae nostrae exire*[k] *non coegimus. Sed cum*[l] *his et pro his quae et scripta et scribenda ferebant in dedecus et scandalum imperii nostri ultra eos prodire pati noluimus. Introitum et exitum Italiae nec clausimus edicto nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus vel pro suis necessitatibus rationabiliter cum testimonio episcoporum et*[m] *prelatorum suorum*[n] *Romanam sedem adeuntibus; sed illis abusionibus, quibus omnes aecclesiae regni nostri gravatae et attenuatae sunt et omnes pene claustrales disciplinae emortuae et sepultae, obviare intendimus. In capite orbis Deus per imperium exaltavit aecclesiam, in capite orbis aecclesia, non per Deum, ut credimus, nunc demolitur imperium. A pictura cepit*[o]*, ad scripturam pictura processit, scriptura in auctoritatem prodire conatur*[2]*. Non patiemur, non sustinebimus; coronam ante ponemus, quam imperii *coronam una nobiscum sic deponi consentiamus.* *p. 427.

a) tuere *B.* b) Deo gr. resp. *B* 1. c) excedere nec volumus nec possumus *rectius V, quae Weiland, Constit. l. c. recepit.* d) nec *om. B.* e) libenter *om. B* 1. 2. f) suppremam *A. A** 1. *B* 1. g) quid *B* 1. 2. h) hoc *B* 1. i) reverendissimi *A. C* 2. k) non exire coeg., *signis in* e. n. c. *mut. C* 1; coeg. non exire *C* 2. l) pro his et cum his *A. A*.* m) et *om. B* 3. n) nostrorum *A.* o) incepit *A. A*.*

1) *[Matth.* 5, 37: Quod autem his abundantius est, a malo est*].* 2) *[Cf. supra c.* 9. 10, *p.* 175. 177; *Weiland, Constit. I, p.* 234, *n.* 1*].*

Picturae deleantur, scripturae[a] *retractentur, ut inter regnum et sacerdotium aeterna inimiciciarum monimenta non remaneant'. Haec et alia, utpote de concordia Ro.*[b][1] *et W[illelmi]*[c] *Siculi et aliis quae in Italia facta*[d] *sunt conventionibus, quae ad plenum prosequi non audemus, ab ore domini nostri imperatoris audivimus. Absente autem palatino comite*[e] *et in*[f] *preparatione expeditionis in Italiam iam premisso, a*[g] *cancellario ibidem adhuc*[h] *presente aliud non audivimus, nisi quod humilitatis erat et pacis*[i][2]*, preter quod eis pro periculo vitae, quod a populo imminebat, pro viribus suis astiterit, cunctis qui ibi aderant huius*[k] *rei testimonium eis*[l] *perhibentibus*[m]*. De caetero sanctitatem vestram suppliciter rogamus et obsecramus, ut*[n] *nostrae parcatis infirmitati, ut magnanimitatem filii vestri sicut bonus pastor leniatis*[o] *scriptis vestris scripta priora suavitate mellita dulcorantibus, quatinus et aecclesia Dei tranquilla devotione laetetur et imperium in suae sublimitatis statu glorietur, ipso mediante et adiuvante, qui mediator Dei et hominum factus est homo Christus Iesus*[3]*.* 1158.

XVIII.[p] Feliciter ergo procinctum movens ac aput Augustam Rhetiae[q] civitatem super ripam Lici fluminis castra ponens[4] confluentem ex diversis partibus militem per septem dies operitur. Interea[r] Romanus antistes de adventu principis certior effectus — nam[s] legati eius[t], videlicet Reinaldus cancellarius et Otto[u] palatinus comes, quorum supra meminimus[5], iam dudum Italiam intra- (17).

*) *In A et A* sequitur c.* 15a; *cf. supra p.* 184. *B* pergit:* De his hactenus. Fredericus Rom̄ imperator volens intrare Italiam feliciter proc. mov. apud Aug.

a) scripturae *om. B* 3. b) *ita A. A*. B;* Rolandi *B*;* Rogerii *C.* c) W. *A. A*. B* 1. 3; B. *B* 2; Willihelmi *B**. d) facte *A** 1, *quod quamquam Simonsfeld l. c. p.* 617, *n.* 58 *merito praefert, recipere tamen dubitamus.* e) comite *om. V.* f) in *om. V.* g) a *om. B* 1. h) adhuc *om. B**. i) pacis, videlicet quod nullis iniuriis, facto aut dicto, pro sua conscientia domnos cardinales offenderit, preter *V.* k) test. huius rei *B.* l) *ita A. A*. B*. C;* ei *Wilm., quod etiam Kohl non sine causa probat; deest B* 1. 3. m) perhibentes *B* 1. n) nostre ut *B.* o) lenitatis *A;* lenitatis *corr.* leniatis *C* 1. p) Capitulum XIX incipit *A.* q) Rhecie *A;* Rhecię *C* 1; Retię *B* 1; Retie *B* 2. r) Capitulum XX incipit *A; novum inc. cap. A**. s) nam — intraverant *des. B**. t) eiusdem *B* 1. u) O. *A.*

1) *[*Ro(manorum) *supplendum videtur; cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 131. *VI, p.* 358; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 617, *n.* 58; *etiam infra IV,* 34*]*. 2) *[Cf. Luc.* 14, 32: ea quae pacis sunt*]*. 3) *[*1. *Tim.* 2, 5: unus et mediator Dei et hominum homo Christus Iesus*]*. 4) *Mense Iunio; cf. Stumpf nr.* 3812. 5) *Cap.* 10.

1158. verant[a][1] — in melius mutato consilio ad leniendum eius animum nuncios mittit, Heinricum videlicet cardinalem presbiterum tituli Sanctorum Nerei et Achillei et Iacinctum cardinalem diaconem[b] Sanctae Mariae in scola Greca, viros prudentes in secularibus et ad curialia negotia pertractanda prioribus missis multo aptiores[c].

(18). XVIIII.[d] Verum antequam horum iter et negotia prosequamur, non ab re est de prefatis regalium nunciorum personis et gestis pauca de multis prelibare. Inerat utique his[e] preclaris viris personarum spectabilitas gratiosa, generis nobilitas, ingenium[2] sapientia validum, animi inperterriti, quippe* quibus nullus[3] labor insolitus, non locus ullus asper, non armatus hostis formidolosus. Nullius[4] sibi delicti, nullius libidinis gratiam faciebant; laudis[5] avidi, pecuniae liberales erant; gloriam ingentem, divitias honestas volebant. Etas[6] iuvenilis, eloquentia mirabilis; prope moribus equales, preter quod uni ex officio et ordine clericali** mansuetudo et misericordia, alteri[f], quem non sine causa portabat, gladii severitas dignitatem addiderat[7]. [Aput*** alterum miseris profugium erat, aput alterum malis pernicies]. His moribus talibusque studiis sibi laudem, imperio gloriam et utilitates non modicas domi miliciaeque peperere, adeo quod tunc temporis pene nichil[g] ingens, nullum exquisitum virtutis facinus in ea expeditione gestum est, in quo hos viros[h] aut primos aut de primis non compererim extitisse.

(19). XX.[i] Itaque in primo suo ingressu in Italiam castrum quod Rivola[8] vocatur, super clausuram[k] Vero-

*) ut alias de quibusdam dicitur *add. C.*
**) necessaria inerat *add. C;* cler. paulo mitior animus, alt. *B.*
***) *Haec des. B. C.*

a) intraverat *B* 3. b) Iacinctus cardinalis diaconus *B* 1. 2. c) potiores *B**, *qui pergit c.* 22. d) *nulla cap. dist. A. A** 1. e) precl. his *A**. f) et alt. *A** 1. g) nil *A.* h) heroas *C.* i) *nulla cap. dist. A. A** 1. k) clusuram *B* 1.

1) *Quorum narrationem rerum a se gestarum cf. in V. Cl. Sudendorfii Reg. II,* 54, *p.* 131. *W. [Quam etiam ed. atque commentatus est M. Doeberl, 'Monumenta Germaniae selecta' IV, p.* 116 *sqq., nr. XXXVI].* 2) ingenium — validum *ex Sallust. Catil.* 6, 6. 3) nullus — formidolosus *indidem* 7, 5. 4) *[*Nullius — faciebant *ad Sallust. Catil.* 52, 8. *conformata].* 5) laudis — volebant *indidem* 7, 6. 6) *Sequentia usque* pernicies *(l.* 21*) ad Sallust. Catil.* 54, 1—3. *conformata.* 7) *[Sallust. l. c.* 54, 2: Ille mansuetudine et misericordia clarus factus, huic severitas dignitatem addiderat. *Rom.* 13, 4: Non enim sine causa gladium portat*].* 8) *Rivoli ad Athesim.*

nensium situm, natura loci inexpugnabile, in deditionem 1158. accipiunt, existimantes presidio eiusdem in tam strictis locorum faucibus nostros[a] clementiorem aditum veniendi et redeundi invenire. Excepti cum magna frequentia et honorificentia episcopi civiumque Veronensium tam illic quam in aliis civitatibus [videlicet* Mantua[b], Cremona, Papia] fidelitatem imperatori et[c] amminiculum expeditionis tactis sacrosanctis promitti fecerunt, viamque venturo imperatori preparantes eius adventus fidi et utiles precursores[d] extitere[e]. Sane haec est forma sacramenti[f], in qua omnes iuraverunt:

Ego iuro, quod ammodo in antea ero fidelis domino meo Friderico[g] *Romanorum*[h] *imperatori contra omnes homines, sicut iure debeo domino et imperatori, et adiuvabo eum retinere coronam *imperii et omnem honorem eius in* *p. 428. *Italia, nominatim et specialiter civitatem N.*[i] *et*[k] *quicquid in ea iuris habere debet, vel in omni virtute comitatus vel episcopatus N. Regalia sua ei non auferam ibidem nec*[l] *alibi, et si fuerint ablata, bona fide recuperare et retinere adiuvabo. Neque in consilio ero nec*[m] *in facto, quod vitam vel*[n] *membrum vel honorem suum perdat vel mala captione teneatur. Omne mandatum eius, quod ipse mihi fecerit per se vel per epistolam suam*[o] *aut per legatum suum de facienda iusticia, fideliter observabo et illud audire vel recipere vel complere nullo malo ingenio evitabo. Haec omnia observabo fide*[p] *bona sine fraude. Sic me Deus adiuvet et haec sancta quatuor ewangelia.*

*A** Verona per Mantuam iter agunt, et venientes (20). Cremonam celebre colloquium, et[q] si mavis curiam, tenuere, occurrentibus eis ad eam civitatem[1] archiepiscopis Ravennate et Mediolanense et de suffraganeis eorum XV episcopis necnon comitibus, marchionibus, consulibus et primis omnium circaiacentium civitatum,

*) *Haec des. B. C.*

**) *Sequentia* — et gloriam *(p. 192, l. 3) des. A. A*.*

a) clem. adit. ven. et red. nostros invenire *A. A**. b) Montua *A**. c) et *om. A**. d) praecussores *corr.* praecurssores *B* 1; percussores *B* 2; percussoris *B* 3. e) extiterunt *A*. f) iuramenti *A. A**. g) F. *A. A*. B* 1. h) Romano *A**. i) illam *C*. k) et — N. *om. B*. l) nec *om. A**. m) neque *C*. n) vel *om. C*. o) suam *om. A**. p) bona fide *A*. q) vel mavis *B;* vel si mavis *fere praeferendum videretur.*

1) *[Cf. tamen relationem legatorum, quacum haec parum concordare videntur].*

1158. idque veraciter asserere potero multis ante haec regibus denegatam eam, quam tunc probitate sua evicerunt isti legati principis, magnificentiam et gloriam*.

Inde[a] per Romaniolam et Emiliam iter agentes exarchatum Ravennatem visitant, nusquam segnes, nusquam incauti peragere, quae negotiis principis ac regni utilitatibus profutura novissent. Inde per Ariminum versus Anconam tendunt; compererant enim logothetam[b] seu[c] Paliologum[1] cum aliis nunciis Constantinopolitani imperatoris ibidem morari, specie quidem, quo adversus Wilhelmum[d] Siculum largitione[e] pecuniae milites qui solidarii vocantur colligerent, re autem vera, [sicut* tunc fama fuit][2], ut civitates maritimas, quod sepius antehac attemptatum novimus[3], seu vi seu[f] dolo sub Grecorum redigerent ditionem. *Cumque[g,**] Ravenna exeuntes non longe adhuc a civitate processissent, obvios habuere non paucos de melioribus terrae, qui ad prefatos Grecorum[h] legatos ierant et cum ipsis colloquium familiare tenuerant. Qua de re commoti et in iram versi, pro eo quod se despexisse et Grecos **spe lucri[i]** sibi preposuisse viderentur, Otto palatii comes, nec suorum paucitate nec illorum remoratus numerositate, gladio exerto in meliorem et nobiliorem omnium Ravennatensium, nomine Wilhelmum[k] cognomento Maltraversar[l,4], manum misit seque eum captivum abducturum comminatus est, omnibus aliis pre timore et pavore silentibus et non contradicentibus. Magna et miranda prefati comitis

*) *Haec des. β. B. C.*
**) Cumque — castra posuit *(p.* 193, *l.* 8*) des. A. A*.*

a) *in margine signum novi cap. C*1. b) logotheram *B. C*1 (Logotheram *B*3. *C*1); logothecam *A**1. 2. c) se *B.* d) Will'm *A;* Wiłłm *B*1. 3; Willelm. *C*1; Guilh. *C*2. e) *hic pergit β; cf. supra p.* 147, *n.* o. f) se *B*3. g) Cumque *om. β.* h) Grecorum *om. β.* i) *ita C;* spe licet *β;* spe lucri *des. rel.* k) Guiłłm *β;* Gwiłłm *B*3; Willehelm. *B*1; Willelm. *C*1; Guilh. *C*2. l) Malterversar *B*1.

1) *[Immo Alexium protostratorem, quocum noster Michaelem Palaeologum, qui iam multo antea Bario expugnato obierat, confudit; cf. Epist. Friderici, supra p.* 4*; II,* 36. 49, *p.* 144. 157; *W. Ribbeck, 'Friedrich I. und die Römische Curie' p.* 74; *Giesebrecht l. c. VI, p.* 361, *n.* 1; *Simonsfeld l. c. p.* 624. 718 *sq.].* 2) *[Cf. infra III,* 40: ut tunc fama fuerat*].* 3) *[Cf. supra II,* 49, *p.* 156 *sq.*; *etiam infra IV,* 84*].* 4) *Wilhelmus Traversarius dicitur in epistola Reinaldi et Ottonis (Sudendorf, Registr. II,* 54, *p.* 131*); quacum Rahewinus convenit, ita tamen ut non eam ante oculos habuisse videatur. [Cf. Doeberl l. c.; Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 716 *sqq.].*

animositas, quem nec copiosus eiusdem nobilis viri comitatus terruit nec vicinae civitatis metus permovit, quin ut legatus imperii, ubi ratio postulabat, auctoritate imperiali uteretur. Tandem lenioribus verbis et multa supplicatione mitigatus et placatus ceptum iter peregit ac contra Grecos, qui, ut diximus, apud Anconam[a] tunc morabantur, profecturus non parvam miliciam collegit et prope civitatem castra posuit*. 1158.

Evocatos itaque ad se verbis minacibus[b] et valde gravibus adorsi sunt, qua temeritate sine principis conscientia talia presumpsissent; non se ignorare Danaum insidias[1] et Grecam astutiam: simulata humanitate maleficia voluisse, callidissima fraude composita in amicos deputasse, quod contra inimicos struxisse putabantur. Cumque manifestis indiciis hostes Romani imperii convincantur, non aliud superesse, quam ut pro crimine lesae maiestatis de ipsis omnibus supplicium sumatur. Talibus invectionibus perterriti Greci atque animo consternati multa supplicatione verba excusationis depromunt partemque suam quibus possunt argumentis purgare conantur*. Nequaquam[2] se ignorare legem[c] Iuliam maiestatis, quae in eos, qui contra imperatorem vel[d] rem publicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit. Verum ab hoc suam ipsorum conscientiam sese beatos[3] facere, ficta pro veris non recipienda. Magis eos[e] credere debere benignitatibus et obsequiis sepissime a Grecis in nostros experimento probatis. Testis horum sit Alemannia tota, testis pietatis sit ipse imperator, nunc princeps orbis terrarum, qui haec[f] aliquando[4] viderit et re ipsa expertus fuerit. Equitas in vivos, misericordia in mortuos, honor in principem, munificentia in optimates, haec esse affectus sui erga nostros probationes certissimas fictisque criminationibus veriores. His et

*) *Hoc loco add. A. A*:* Ficta pro veris non recipienda, *quae infra (l.* 25*) desunt.*

a) *ita C*; Anconiam *β;* Anchonam *h. l. B* 1. b) *ita A. β. C;* minantibus *B.* c) legem *om. B* 1. d) contra *add. A*.* e) eos *om. B* 3. f) hec *alio atram. superscr. C* 1.

1) *[Verg. Aen. II,* 65: Accipe nunc Danaum insidias*].* 2) *[Cf. Inst. IV,* 18. *de publicis iudiciis* 3. 4; *infra IV,* 43; *H. Böhmer, 'N. Archiv' XXI, p.* 653. 668*].* 3) *[Cf. supra p.* 163, *n.* 2*].* 4) *[Sc. in itinere in Terram sanctam].*

1158. similibus se cum magna mentium contritione Grecis de obiectis excusantibus, dum nulla fraudis deprehendi potuissent indicia, acceptis ab eis magnificis muneribus in Greciam[a] eos pacifice remigare concedunt ipsique[b] Mutinum revertuntur.

*XXI. Hisdem diebus[1] **Heinricus[c] et Iacinctus**, *p. 429. supra[2] dicti nuncii Adriani papae, Ferariam[d] venerant, auditoque quod legati imperatoris Mutinam[e] redissent, non sperantes ipsos sibi occurrere, humilitatis formam prebentes, quod insolitum antea fuerat, ad eos pergunt, expositaque causa legationis[f], quod scilicet ea, quae pacis essent[3] et honor imperio, in mandatis haberent, dimittuntur. Iam vero adventum illorum per omnes partes illas, ubi arta montium transituri erant, fama nunciaverat, multosque mortalium rerum alienarum[g] cupidos id contra eos animaverat, quod pene neminem latebat maiestatem imperialem Romanis infensam existere, quodque[h] vicio aviditatis quisque ardebat, acsi regiae voluntati obsequeretur, temerarius intendebat, sperans in hoc casu latrocinium honestiori nomine posse palliari. A Feraria[i] itaque Veronam, a Verona per vallem Tridentinam iter agunt, habentes secum gratia maioris securitatis venerabilem episcopum Tridentinum Albertum. Sed prevaluit *auri sacra fames*[4], quae quos arripuit, nil umquam[k] honestum, nil moderatum sentire vel appetere permittit. Nam Fridericus et Heinricus comites, quorum in illis partibus non parum poterat violentia, tam cardinales quam episcopum captos, spoliatos in vinculis ponunt, donec Romanos[l] quidam[m] datus in obsidem[n] nobilis vir N.[o], germanus Iacincti[p], episcopum autem evidenter divina potentia liberavit. Hanc tamen inmanitatem[q] nobilissimus dux Baioariae et Saxoniae[r] ob amorem sanctae Romanae aecclesiae et honorem imperii

a) Grecia *B* 1. 2. b) que *om. A**. c) H. et I. *des. A. A**. *β*. d) *ita β. B* 1. 3; Ferariam *alio atram. corr.* Ferr. *C* 1; Ferrariam *A. A**. *C* 2. e) *ita h. l. A. A**. *β. B* 1; Mutinum *C*. f) relationis *B, cf. supra p.* 180, *n.* s. g) esse *add. B*. h) vix *add. A** 2. i) *ita β. B* 1. 3. *C* 1; Ferrar. *A. A**. *C* 2. k) numquam *B*. l) *ita A. A**. *C* 1 *(cf. etiam Kohl p.* 41, *n.* 1; *Simonsfeld l. c. p.* 623, *n.* 85*)*; Romanus *β. B? C* 2. m) quidem *A** 1. *C;* quid, *A; Kohl* quidem *praeferendum putat, cui an assentiamur dubitamus.* n) obsidine *B* 1. o) N. *deest C.* p) Iacc. *A.* q) Heinricus (Henr. *C* 2) *add. C.* r) H. *h. l. add. A** 2.

1) *[Immo iam antea; cf. Giesebrecht l. c. VI, p.* 360; *Simonsfeld l. c. p.* 622, *n.* 80. 719*]*. 2) *[cap.* 18, *p.* 190*]*. 3) *[Cf. Luc.* 14, 32: ea quae pacis sunt*]*. 4) *Verg. Aen. III,* 57.

non multo post probe vindicavit. Namque et vadem 1158.
eripuit et comites multis malis attritos ad deditionem et satisfactionem coegit.

XXII.[a] Friderico igitur, ut iam dictum est[1], castra in campestribus Augustae civitatis metato, ad suam eosdem legatos admittit presentiam, eisque[b] clementer receptis causam adventus exquirit. Illi reverenter ac demisso vultu, voce[c] modesta[2] tale suae legationis assumunt principium: 'Presul[d] sanctae Romanae aecclesiae, vestrae excellentiae devotissimus in[e] Christo pater, salutat vos sicut karissimum et spiritalem[f] sancti Petri filium. Salutant etiam vos venerabiles fratres nostri, clerici autem vestri, universi cardinales, tamquam dominum et imperatorem Urbis et orbis. Quanta dilectione sancta Romana aecclesia amplitudinem et honorem imperii vestri amplectatur, quam sine conscientia peccati vestram satis invita sustinuerit indignationem, et scripta presentia et in ore nostro positae vivae vocis officium declarabit'. Post haec verba litteras efferunt,[g] quae venerabili Ottoni[h] Frisingensi[3] episcopo ad legendum simul et interpretandum datae sunt, viro utique, qui singularem habebat dolorem de controversia inter regnum et sacerdotium. Exemplar litterarum hoc[i] est:

XXIII. *Ex*[k] *quo universalis aecclesiae curam Deo, prout ipsi placuit, disponente suscepimus, ita in cunctis negotiis magnificentiam tuam honorare curavimus, ut de die in diem animus tuus magis ac magis in amore nostro et veneratione sedis apostolicae debuisset accendi. Unde sine grandi ammiratione non ferimus, quod cum, audito ex suggestione quorumdam animum tuum aliquantulum contra nos fuisse*

a) *nulla cap. dist. B* 1. b) Quibus clementer *pergit B**. c) voce *om. B* 3. d) *novus versus, magna littera initialis minio picta C* 1; *cf. C* 2. e) pater in Chr. *A*. f) spēalē (specialem?) *A*. g) offerunt *A. A**. h) O. *A. A** 1. *β*. i) haec *B* 1. k) *eodem versu pergit β*.

1) *[III,* 18, *p.* 189*]*. 2) *[Cf. Sallust. Catil.* 31, 7: demisso voltu, voce supplice*]*. 3) *Qui legatorum apostolicorum ita mentionem facit in charta Alberto praeposito S. Mariae Frisingensis concessa, quae in Cunradi Gestis episcop. Fris. extat, typis mandata ap. Meichelbeck I,* 1, 339 *sq.:* Consultis itaque venerabilibus dominis Henrico et Iacincto — s. Romane ecclesie cardinalibus et legatis, qui hoc tempore in regno Teutonico legatione fungebantur, et eorum adhibita auctoritate antiquas — ecclesie vestre consuetudines — volumus a fraternitate vestra diligenter observari. Data per manum Rahwini notarii *(nostri auctoris, qui ergo rebus a se hic relatis ipse interfuit)* anno 1158. *W.*

1158. *commotum, duos de melioribus et maioribus fratribus*[a] *nostris, R[olandum]*[b] *scilicet*[c] *cancellarium tituli Sancti Marci et B[ernhardum]*[d] *tituli Sancti Clementis presbiteros cardinales, qui pro tuae maiestatis honore in Romana aecclesia solliciti semper extiterant, pro voluntatis tuae cognitione ad tuam presentiam direximus*[e]*, aliter quam imperialem decuerit*[f] *honorificentiam sunt tractati. Occasione siquidem cuiusdam verbi, quod est 'beneficium', tuus animus, sicut dicitur, est commotus, quod*[g] *utique nedum tanti viri, sed nec cuiuslibet minoris animum merito commovisset. Licet enim hoc nomen, quod est 'beneficium', *apud quosdam in* *p. 450. *alia significatione, quam*[h] *ex inpositione habeat, assumatur, tunc tamen in ea significatione accipiendum fuerat, quam*[i] *nos ipsi*[k] *posuimus, et quam ex institutione sua noscitur retinere. Hoc enim nomen ex bono et facto est editum, et dicitur beneficium aput nos non feudum, sed bonum factum; in qua significatione in*[l] *universo Sacrae Scripturae corpore invenitur, ubi ex beneficio Dei, non tamquam ex feudo, sed velut ex benedictione et bono facto ipsius gubernari dicimur*[m] *et nutriri. Et tua quidem magnificentia liquido recognoscit, quod nos ita bene et honorifice imperialis dignitatis insigne tuo capiti imposuimus, ut bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Unde quod quidam verbum hoc et illud, scilicet: 'contulimus tibi insigne imperialis coronae'*[1]*, à sensu suo nisi sunt ad alium retorquere, non ex merito causae, sed de voluntate propria et illorum suggestione, qui pacem regni et aecclesiae nullatenus diligunt, hoc*[n] *egerunt. Per hoc enim vocabulum 'contulimus' nil aliud intelligimus*[o]*, nisi quod superius dictum est 'imposuimus'. Sane quod postmodum personas aecclesiasticas a debita sacrosanctae Romanae aecclesiae visitatione, ut dicitur, revocari*[p] *iussisti, si ita est, quam inconvenienter actum sit, tua*[q]*, fili in Christo karissime, discretio, ut credimus, recognoscit. Nam si aput*[r] *nos aliquid amaritudinis habebas, per nuncios et litteras tuas nobis fuerat*[s] *intimandum, et nos honori tuo curavissemus, sicut filii karissimi, providere. Nunc igitur*[t] **|quoniam*[u]*|* *ad*

a) de fratr. *A**. b) R. *A. A** 1. *β. B* 1; Ro. *A** 2. c) scilicet *om. A. B* 1. d) B. *A. A** 1. *β. B* 1; Bn *A** 2; Bernard *C* 1. e) destinavimus *C*. f) decernit *A. β*. g) qui *A. A**. h) quam — signif. *om. A**. i) qua *A*. k) ibi *A*. l) in *om. B* 3; *post add. B* 1. m) dicuntur *A. β. B. B**. n) hec *A*. o) intelleximus *C*. p) *ita A. A*. β. B*. C* 1; revocare *B. C* 2. q) tua *om. β*. r) aliquid ap. nos *C*. s) fuerit *A. A**. t) ergo *β*. u) *ita A. A*. C;* quoniam *deest β. B*.

1) *[Cf. supra p.* 175, *n.* 3*]*.

commonitionem dilecti filii nostri H[einrici][a] Baioariae et 1158. *Saxoniae[b] ducis duos de fratribus nostris, Heinricum[c] tituli Sanctorum Nerei et Achillei [presbiterum[d]] et Iacinctum Sanctae Mariae in* Cosmidin diaconem[e] cardinales, prudentes siquidem et honestos viros, ad tuam presentiam destinamus[f], celsitudinem tuam monentes et hortantes in Domino, quatinus eos[g] honeste ac[h] benigne recipias, et quod ab eis ex parte nostra tuae magnificentiae fuerit intimatum, a sinceritate cordis nostri noverit tua excellentia[i] processisse, ac per hoc cum eisdem filiis nostris, mediante iam dicto filio nostro duce, ita[k] celsitudo tua studeat convenire, ut inter te et[l] matrem tuam sacrosanctam *Romanam*[m] aecclesiam [ammodo[n]] nullius discordiae seminarium debeat remanere.*

XXIIII.[o] Lectis et benigna interpretatione ex- (23). positis litteris[1], imperator mitigatus est, clementiorque factus quasdam causas alio loco memorandas[2], quae seminarium discordiae prestarent, si non[p] congrua emendatio interveniret, legatis per capitula distinxit. Quibus ad nutum principis *et*[q] per omnia bene respondentibus presulemque Romanum in nullo regiae dignitati derogare[3], sed honorem ac iusticiam imperii semper illibatam conservare pollicentibus, pacem et amiciciam tam summo pontifici quam omni clero Romano reddidit eamque signo pacis et osculo absentibus per presentes destinavit. Sicque hylariores facti legati donatique regalibus muneribus divertunt in civitatem[r].

XXV. Eodem loco hisdemque diebus[s] nuncii regis (24). Datiae[t] N.[u, 4], nuper electi, principis adeunt presentiam, postulantes, quatinus[v] investituram de regno suo regi mittere ac electionem de ipso factam ratihabitione[w] con-

*) in scola Greca[5] *A.*

a) *ita C* 1; Henr. *C* 2; N. *A. β;* H. *A** 1. *B* 1. 3. b) Baioariorum et Saxonum *B* 1. 3. c) H. *A** 1. *B* 1. d) presbiterum *deest β. B. C; sed perperam omissum.* e) dyac. *A*;* diač *A;* diac̄ *β. C* 1; diacōn *B* 1; diaconos *C* 2; diaconum *B* 3. — cardinalem *B* 1 (m *e corr.*). 3. f) destinavimus *C.* g) eos *om. β.* h) et *C.* i) discretio *A. A*.* k) ita *om. A*.* l) *ita A. A*. B* 1; ac *rel.* m) Romanam *deest A. A*.* n) ammodo *deest β. B. C.* o) *nulla cap. dist. A. A** 1. p) sine *B* 3, *corr.* si non *B* 1. q) et *deest A. A*.* r) *pergit in libro* IV. *B*.* s) temporibus *A. A*.* t) Dacie *A. β.* u) N. *deest C.* v) quatinus *om. A*.* w) rati inhibicione *β;* rati exhibitione *B* 2. 3.

1) *[Cf. supra III,* 10, *p.* 176; *Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 643, *n.* 168*].* 2) *[Cf. infra IV,* 34—36; *Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 359; *Simonsfeld l. c. p.* 644, *n.* 172*].* 3) [regiae dignitati derogare *Ioseph. Bell. Iud. I,* 5*].* 4) *Waldemari.* 5) *[Cf. supra III,* 18, *p.* 190*].*

1158. firmare dignaretur. Exaudivit[a] eos imperator, prebito et accepto ab eis sacramento iurisiurandi post reditum suum de Italia infra XL dies regem ad curiam venturum et regni administrationem de manu principis debitae fidelitatis interposita securitate suscepturum.

(25). XXVI. Interea confluente ad ipsum undiqueversus copioso exercitu, nuncii diversorum principum aulam replevere, quibus locis singuli eorum cum singulis exercitibus per artiora montium loca transirent, imperatorem consultantes. Tantae siquidem erant auxiliariorum[b] copiae, quod plurium viarum meatus vix eos pre multitudine sustinere potuissent[c], videlicet Francorum, Saxonum, Ribuariorum[d], Burgundionum, Suevorum, Baioariorum[e], Lotharingiorum[f], Boemorum[g], Ungarorum[h], Carentanorum, et cum his aliae nonnullae Celticae[1] seu Germaniae[i] nationes, viri[k] fortes, bellatores infinitae multitudinis vario armorum apparatu, iuventus valida et ad bellorum motus inperterrita[l]. Fridericus habito consilio et provida circumspectione usus hoc modo eis vias et Alpium transitus censuit distribuendas. Dux Austriae Heinricus[m] et item[n] Heinricus[m] dux Carentanus et simul cum eis copiae Ungarorum, ferme DC sagittarii electi, pariterque comites et barones illarum terrarum per Canalem et Forum Iulii atque marchiam Veronensem; dux Bertolfus[o] de Zaringen vel potius Burgundiae[2] cum Lotharingis per viam Iulii Cesaris, quae modo *mons *p. 431. Iovis vocatur; multa pars Francorum, Ripariolorum ac[p] Suevorum per Clavennam et lacum Cumanum. Princeps ipse, habens in comitatu suo[q] regem Boemiae[*. r], ducem Sueviae, videlicet Fridericum[s], filium regis Conradi[t],

*) ducem[u] Baioariorum[v] (Baioariae) et Saxonum[w] (Saxoniae)[3] *add. A. A*. β.*

a) Exaudit *A.* b) auxiliorum *A*; item,* ari *alio atram. superscr. C*1. c) potuisset *A. A*. β. C*1, *attamen* potuissent *praeferendum videtur.* d) Ribar. *A*;* Bauuarorum *h. l.,* Rib. *post pos. A.* e) Ribuanorum *h. l. pro* B. *supra pos. A.* f) Lotharingorum *A. β. B*1. 3. g) Bohem. *A*;* Boemiorum *B*1. 3. — Loth. Carent. Boem. (Bohem.) Ung. *A. A*.* h) Ungariorum *β.* i) Germanice *β.* k) fort. viri *A*.* l) inperterritus *A*.* m) H. *A. A**1. n) *ita C*2; iterum *A. β. B*1. 3; it'm *A**1. *C*1. o) B. *A. A*. β;* Bertoldus *B*3. p) et *A*.* q) Bolislaum *add. A**2. r) Boemorum *B*1. s) F. *A. A**1. t) C. *A. A**1; Chônradi *B*3. u) Heinricum ducem *A**2. v) *ita A*;* Bauwarorum *A;* Baioarie *β; cf. supra III,* 21, *p.* 194, *l.* 32. *III,* 23, *p.* 197, *l.* 1 *sq., infra IV,* 34. 46. 70. w) *ita A. A*;* Saxon̄ *β.*

1) *[Cf. Ottonis Fris. Chron. VI,* 30*].* 2) *[Cf. supra I,* 9. *II,* 48, *p.* 25 *sq.* 155*].* 3) *Quod falsum est; v. infra IV,* 46.

fratrem suum **Conradum**[a] palatinum comitem de Rheno, 1158.
Fridericum[b] Coloniensem, Arnoldum[c] Maguntinum[d], Hellinum Treverensem archiepiscopos cum episcopis **Conrado**[e] Eistetense[f], **Daniel**[g] Bragensi[h], **Herimanno**[i] Verdense[k], **Gebehardo**[l] Herbipolense et abbatibus regalium cenobiorum, videlicet Fuldense, Augiense — taceo marchiones, comites clarissimos et valde potentes, quorum nomina si coner perstringere, delicato seu pigro lectori onerosus existam[m] — his omnibus stipatus agminibus, immo divino comitatus presidio, divus augustus Alpium fauces felici procinctu cepit urgere.

XXVII. Iam[n] angustias montium laetus exierat exercitus, iam in planis Italiae campestribus castra metati fuerant, primaque venientium impetum Brissia, temere in locis munitis et militum suorum fortitudine confisa, armis ausa fuit excipere. Sed momento temporis laceratis eius viribus subacta est; primo a rege Boemorum graviter attrita, deinde in adventu principis, datis[o] LX[p] vadibus simulque non modica pecunia, in deditionis pactionem recepta.

XXVIII. Residente augusto et ex diversis Italiae[q] (26)
civitatibus venientem militem prestolante, consilio inito commode et religiose satis prius de[r] pacis quam de belli tractat[s] negotiis. Conventum ergo principum cogens leges pacis in exercitu conservandas tales constituit[t]:

Statuimus et firmiter observari volumus, ut nec miles (Ind.).
nec serviens litem audeat movere. Quod si alter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferari signa castrorum, ne inde sui concitentur ad pugnam. Quod si lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, gladio scilicet, lancea vel sagittis; sed indutus lorica, scuto, galea, ad litem non portet*

*) rixatus *usque ad finem legis, add.* etc., *nullo spatio vacuo relicto des. A; item, sed in utroque codice spatio dimidiae paginae vacuo relicto et in marg. add.*: Hic est defectus *A** 1. 2.

a) Conradum *deest A. A*. β.* b) F. *A. A** 1. c) *ita A. β. B* 1; Arnaldum *A*. C.* d) Mog. *C* 2. e) Conrado *deest A. A*. β.* f) Cist. *A. A*;* Eysteťn *β*; Eistetensi *B* 1, *et ita post.* 3. g) Daniele *C* 2; *deest A. A*. β.* h) Prag̅ *B* 1; Pragense *C* 2. i) Herimanno *deest A. A*. β;* Hermanno *B. C* 2. k) *ita h. l. A. A*. β. C;* Ferdense *B.* l) Gebehardo *deest A. A*. β.* m) ero *A. A*.* n) *magna littera initialis minio picta, quamquam versus non mutatus C 1; nulla cap. dist. C 2.* o) datis *alio atram. superscr. C* 1. p) XL *A. A*.* q) civ. It. *C.* r) de pacis *om. A. A*.* s) pertractat *A. A*.* t) statuit alias constituit *A.*

1158. *nisi fustem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur signa castrorum, nisi querendo hospitium suum. Sed si miles vociferatione signi litem commoverit, auferetur ei omne suum harnascha, et eicietur de exercitu. Si servus fecerit, tondebitur, verberabitur et in maxilla comburetur, vel dominus suus redimet eum cum omni suo harnascha*[a].

Qui aliquem vulneraverit et hoc se fecisse negaverit, tunc, si vulneratus per duos veraces testes, non consanguineis[b] *suis*[b], *illum convincere potest, manus ei abscidatur. Quod si testes defuerint et ille iuramento se expurgare voluerit, accusator potest*[c], *si vult*[d], *iuramentum refutare et illum duello impetere.*

Si quis homicidium fecerit et a propinquo occisi vel amico vel socio per duos veraces testes, non consanguineos occisi, convictus fuerit, capitalem sententiam subibit. Verum si testes defuerint et homicida iuramento[e] *se expurgare voluerit, amicus propinquus*[f] *occisi duello eum potest impetere.*

Si extraneus miles pacifice ad castra accesserit, sedens in palefrido sine scuto et armis, si quis eum leserit, pacis violator iudicabitur. Si autem sedens in dextrario et habens scutum in collo, lanceam in manu ad castra accesserit, si quis eum leserit, pacem non violavit.

Miles, qui mercatorem spoliaverit, dupliciter reddet ablata et iurabit, quod nescivit illum mercatorem. Si servus, tondebitur et in maxilla comburetur, vel dominus[g] *reddet pro eo rapinam.*

Quicumque aliquem spoliare aecclesiam vel forum viderit, prohibere debet, tamen sine lite; si prohibere non potest, reum accusare debet in curia.

Nemo aliquam mulierem habeat[h] *in hospitio; qui vero habere presumpserit, auferetur ei omne suum harnasch*[i], *et excommunicatus habebitur, et mulieri nasus abscidetur.*

Nemo inpugnabit castrum, quod a curia defensionem habet.

Si servus furtum fecerit et in furto fuerit deprehensus[k], *si prius fur non erat, non ideo suspendetur, sed tondebitur, verberabitur et in maxilla comburetur et eicietur de exercitu, nisi dominus eius*[l] *redimat eum cum omni suo harnasch*[m]. *Si prius fur erat, suspendetur.*

a) harnasch β. C 1. b) *ita* β (consangwineis). *B. C* 1, *quamquam infra, l.* 14. consanguineos; consanguineos suos *C* 2. c) si vult pot. *C.* d) si vult *om.* β. e) se iur. *C.* f) amicus et prop. *B* 1; amicus vel prop. *legendum conicit Kohl.* g) suus *add.* β *(cf. supra l.* 5 *sq.).* h) habebit β. *B* 1. i) harnash *C* 1. k) deprensus (depnsus)) *C* 1. l) eius *deest C.* m) harnash *C* 1.

Si servus aliquis culpatus et[a] *non in furto fuerit de-* 1158.
*p. 432. *prehensus*[b], *sequenti die expurgabit se *iudicio igniti ferri, vel dominus eius*[c] *iuramentum pro eo prestabit; actor vero iurabit, quod aliam ob causam non interpellat eum de furto, nisi quod putat eum*[d] *culpabilem.*

Si quis invenerit equum alterius, non tondebit[e] *eum nec ignotum faciet, sed dicet marschalcho*[f], *et tenebit eum*[d] *non furtive et imponet ei onus suum. Quod si ille qui amisit equum in via deprehenderit oneratum, non deiciet onus eius*[g], *sed sequens ad hospicium recipiet equum suum.*

Si quis vero villam vel domum incenderit, tondebitur et in maxillis comburetur et verberabitur.

Faber non comburet carbones in villa, sed portabit ligna ad hospicium suum[h] *et ibi comburet; quod si in villa fecerit, tondebitur, verberabitur et in maxillis*[i] *comburetur.*

Si quis aliquem leserit, imponens ei quod pacem non iuraverit, non erit reus violatae pacis, nisi ille probare possit duobus ydoneis testibus, quod pacem iuraverit.

Nemo recipiet hospicio[k] *servum qui sine domino est. Quod si fecerit, reddet in duplo quidquid ille abstulerit.*

Quicumque foveam invenerit[1], *libere fruatur ea. Quod si ablata fuerit* *ei[l]*, *non reddet malum pro malo*[2], *non ulciscetur iniuriam suam, sed conqueretur marschalcho*[m], *iusticiam accepturus.*

Si[n] *mercator Teutonicus civitatem intraverit et emerit mercatum et portaverit ad exercitum et carius vendiderit in exercitu, camerarius auferet ei omne forum suum et verberabit eum et tondebit et comburet in maxillam.*

Nullus Teutonicus habeat socium Latinum, nisi sciat Teutonicum; sed si habuerit, auferetur[o] *ei quidquid habet.*

Si miles militi convitia dixerit, negare potest iuramento; si non negaverit, componet ei X libras monetae, quae tunc erit in exercitu.

Si quis invenerit vasa plena vini, vinum inde extrahat ita caute, ne vasa confringat vel ligamina incidat vasorum, ne ad dampnum exercitus totum vinum effundatur.

a) et *deest* C. b) deprensus (dep̄nsus) C 1. c) eius *deest* C. d) eum *deest* C. e) tondet B 1. 3. f) marschalko β; marscalco C. g) illius β. C. h) suum *om.* B 1. 3. i) maxilla B 1. k) hospicio *deest* C. l) *ita β. C;* ei *deest B.* m) marschalco β; marscalcho B 1; marscalco C. n) Sed si C. o) auferatur, *altero* a *ex* e *corr.* C 1.

1) [*Thesaurum in terra inventum intellegi putat Du Cange-Favre, Glossar. III, p.* 582]. 2) [1. *Petr.* 3, 9: Non reddentes malum pro malo].

1158. *Si castrum aliquod captum fuerit, bona quae intus sunt auferantur, sed non incendatur, nise forte hoc marschalchus*[a] *faciat.*

Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis, feram quam invenerit et canibus agitaverit sine alicuius inpedimento habebit.

Si quis per canes leporarios feram fugaverit, non erit necessario sua, sed erit occupantis.

Si quis lancea vel gladio feram percusserit, et antequam manu[b] *levaverit, alter occupaverit, non*[c] *occupantis erit, sed qui occiderit eam sine contradictione obtinebit.*

Si quis birsando feram balista[d] *vel arcu occiderit, eius erit.*

Hanc[e] treugam archiepiscopi, episcopi, abbates datis pro se dextris firmaverunt et violatores pacis pontificalis officii severitate cohercendos promiserunt.

(27). XXVIIII.[f] Iam totus exercitus tam Cisalpinus quam Transalpinus convenerat, iam multitudo prudentium et in lege doctissimorum in unum coierat[g], omniumque aures intentae erant, quas ad partes vel in quas nationes inprimis eos bellicus labor et voluntas principis invitaret. Tunc imperator, coniuncta cum hylaritate iuvenili regia severitate, ut et timeri pariter et amari mereretur, unde[1] exaudiri posset constitisse et pro concione[h] huiuscemodi usus oratione memoratur:

'Regi regum magnas nos[i] et ingentes debere gratias cognoscimus[k], cuius dum complacuit ordinationi, ut quasi ministri[l] eius et vestri[m, 2] regni gubernacula regeremus, tantam nobis in vestra probitate atque prudentia fidutiam donavit, quod in multis experimentum vestri habentes, salvo[n] nobis benignitatis vestrae presidio simul et consilio, quaecumque occurrerint, quaecumque rem publicam Romani imperii turbare ausa fuerint, facile reprimenda putemus, imperii inquam Romani, cuius aput nos ministerium, auctoritatem penes vos[o], qui optimates regni estis, recognoscimus. Nemo nos[p] pro libitu nostro

a) marschalcus *β*; marscalcus *C* 2, *h. l. etiam B* 1; marsalcus *C* 1. b) manum *β*. *B* 1. 3. c) non *om. β*. B 1. 3. d) vel bal. vel *B* 1. e) *praeced.* Cap̄. XXIX *A; versus mutatus atque littera initialis minio picta C 1, similiter C 2.* f) *nulla cap. dist. A; novum cap. infra ab oratione Friderici inc. A*.* g) coigerat *C* 1; coigerant *C* 2. h) p a r i t e r *add. B.* i) nobis *A*.* k) recogn. *B* 1. 3. l) minister *β*. *C* 2. m) nostri *A;* et vestri *om. β*. n) salvo nob. ben. *om. A*.* o) vos *om. A. A** 1. p) vos *B* 1. 3.

1) *[*unde — constitisse *ex Ioseph. Bell. Iud. VII,* 4*].* 2) *[Cf. infra l.* 35; *Ios. Sturm, 'Der Ligurinus' p.* 177 *sq.].*

bella gerere putaverit, quorum et eventus varius est[1], 1158. et quae comitum suorum, videlicet fame, siti, vigiliis, denique diversis mortibus horrenda et formidolosa non ignoramus. Non ad prelium nos accendit libido dominandi[2], sed feritas rebellandi. Mediolanum est, quod patriis vos laribus excivit, quod caris liberorum et coniugum vos amplexibus abstraxit, quod hos omnes labores sua irreverentia et temeritate capitibus vestris[a] induxit. Iustam vobis[b] belli causam fecerunt, qui legittimo imperio rebelles inveniuntur. *Suscipietis[3] itaque bella
p. 433. ipsa non cupiditate vel crudelitate, sed pacis studio, ut malorum audatia coherceatur et boni disciplinae suae[c] debitum fructum inveniant. Quod si per desidiam aut ignaviam dedecus a Mediolano vobis[d] illatum vindice gladio non prosequeremur[e], iam indubitanter eum sine causa portaremus[4], nec tam esset in hoc nostra laudanda pacientia quam negligentia vituperanda. Ministri[5] ergo iusticiae suffragium vestrum iuste postulamus, ut temeritas adversariorum careat effectu et imperii status ad[f] nostra deductus tempora nostro ministerio debitum sortiatur honorem. Non[6] inferimus, sed depellimus iniuriam. Cumque[7] iustum bellum sit, quod ex[g] edicto superioris potestatis geritur, agite nunc universi, summam militiae laudem consecuturi, de meritis et laboribus fructum [magnificum] recepturi[h], obedientiam[i] rei publicae utilitatibus exhibete, quidquid vobis utiliter imperatum fuerit, pro viribus obtemperate. Divina siquidem opitulante misericordia non segnes, non degeneres invenire[k] nos debet inimica civitas in conservando, quod

*) fructum cognoscite recepturi *β. B*; fr. congruo tempore[8] r. *C.*

a) nostris *A. A**. b) nobis *A.* c) suae *om. B* 1. d) nobis *A**; vob. ill. *om. C.* e) persequeremur *A**. f) nostro ministerio ad nostra ded. tempora debit. *A. A**. g) ex *om. A**. h) percepturi *A. A**. i) ad obed. *B* 1. 4. k) nos inv. *A**.

1) *[Cf. Vergil. Aen. X,* 160: Eventus belli varios *atque infra IV,* 17*].* 2) *[Cf. Sallust. Catil.* 2, 2: lubidinem dominandi*].* 3) [Suscipietis — inveniant *ex Gratian. C.* 23. *q.* 1. *c.* 6. *sumpta esse videntur; cf. 'N. Archiv' XXI, p.* 666; *etiam infra IV,* 4*].* 4) *[Rom.* 13, 4: non enim sine causa gladium portat*].* 5) [Ministri — honorem *ex Gratian. C.* 23. *q.* 3. *c.* 1. *deprompta, ut videtur; cf. 'N. Archiv' l. c. p.* 666 *sq.].* 6) [Non inferimus — iniuriam *ad Gratian. C.* 23. *q.* 3. *c.* 7. *conformata videntur; cf. 'N. Archiv' l. c. p.* 667*].* 7) [Cumque — obtemperate, *ut videtur, ad Gratian. C.* 23. *q.* 2. *c.* 1. *conformata; cf. 'N. Archiv' ibid.].* 8) *[Cf. 'N. Archiv' XXXVI, p.* 707, *n.* 5*].*

1158. antecessores nostri Karolus et Otto titulis imperii addidere primique de ultramontanis, ille inter occidentales, hic inter orientales Francos, ad regni terminos dilatandos adicere curaverunt'.

Dixerat[a], verbumque augusti strepitus, clamor favorque totius exercitus prosequitur, et divina[1] quedam alacritas militibus incidit, salutis datori vota ac Friderico[b] imperatori fausta quisque patria voce[c] adclamantes. At sapientes et legum periti persuadent, Mediolanenses, licet improbos et infames, iudicis tamen officio[d] per legittimas inducias citandos esse, ne violentia eis illata vel contra ius in absentes prolata sententia videretur. Legittimas vero inducias dicunt[e] iudicis edictum unum, mox alterum et tercium, seu unum pro omnibus, quod[f] peremptorium nominatur[2]. Quod et factum est.

(28). XXX.[g] Itaque Mediolanenses cum viderent universam vim belli suis imminere capitibus, eligunt quos ad curiam mittant legatos, viros eruditos et in dicendo acerrimos. Qui cum se penalibus et stricti iuris actionibus conveniri viderent, neque principem pactione multae pecuniae posse deliniri, suffragio optimatum frustra quesito pacisque infecto negotio[3] ad suos revertuntur.

Imperator[h], astipulantibus iudicibus et primis de Italia, contra Mediolanenses condempnationis proferens sententiam hostes eos iudicat omnique apparatu ad obsidionem civitatis accingitur. Quibus[4] rebus aput Mediolanum compertis, permota civitas atque immutata urbis facies erat, ex summa laeticia atque lascivia, quae diuturna[i] requies pepererat, repente omnes[k] tristicia invasit. Festinare, trepidare, suo quisque modo et metu pericula metiri. Ad haec mulieres, quibus suae rei publicae magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese, manus supplices ad caelum tendere,

a) *praecedit* Capitulum XXX incipit *A; A* add. rubram:* De citatione Mediolanensium per edictum. b) F. *A. A** 1. *β* (f). c) voce *om. A**. d) officium *B.* e) dnt *A. A** 1; debent *A** 2. f) et *A.* g) Capitulum XXXI. *A.* h) *novum cap. inc. B.* i) eis *add. C.* k) oms *C* 1; omnis *C* 2.

1) *[*divina — incidit *ex Ioseph. Bell. Iud. III,* 17*].* 2) *Cf. Dig. V,* 1, [68—]70 *[et* 72: nonnunquam statim (*sc.* hoc edictum datur), quod appellatur unum pro omnibus*].* 3) *[Cf. Oros. IV,* 19. 20: infecto pacis negotio; *Ottonis Fris. Chron. VII,* 23, *p.* 345*].* 4) Quibus rebus — pavere, *p.* 205, *l.* 1 *[fere ad verbum] ex Sallust. Catil.* 31, 1—3.

miserari[a] parvos pueros[b], omnia pavere. Fuere[1] tamen 1158.
plerique*, qui se[c] et rem publicam obstinatis animis perditum irent. Nam[2] semper in civitatibus, quibus opes nullae sunt, *qui** es alienum solvere non possunt*, bonis[d] aliorum et quieti invident, nova exoptant, odio suarum rerum omnia mutari student; seditionibus sine cura aluntur, quoniam, ut dicitur, *egestas facile habetur sine dampno.* Preterea iuventus, quae in[e] agris manuum labore victum querens inopiam tolerabat, publicis largitionibus excita urbanum otium ingrato labori pretulerat. Unde factum est, ut, multitudine huius vulgi prevalente, rei publicae iuxta ac sibi consulerent ac libentibus animis belli eventum expectarent, nobilioribus et melioribus metu talium silentio addictis. Et haec quidem in civitate.

XXXI.[f] Fridericus autem [regali*** mansuetudine[3]] (29).
per aliquot dies opperiens[g] expectabat, si forte Mediolanenses penitudo salubris ab incepto rebellionis revocaret, si forte cladis et periculorum consideratio eos propositum mutare persuaderet. Paratus etenim erat serenus principis animus potius correctis veniam prestare quam post destructionem provinciae cum dampno multorum de perdito populo triumphare. Illis[h] ergo in priori pertinatia permanentibus, cunctis comitatus agminibus incipere obsidionem acriter statuit, castraque movens usque ad flumen Adduam[i] processit. Is fluvius Cremonensium ac Mediolanensium fines medius dirimens sepissime atroces eorum contra sese incursus inhibuit. Et tunc quidem propter liquentes in Alpibus nives non mediocri inundatione excreverat[k], ruptisque pontibus omnino transvadandi[l] oportunitatem exercitui denegare
*p. 434. videbatur. Aderant quoque in ulteriore *fluminis ripa

*) sicut alibi de quibusdam dicitur *add. C.*
**) qui — possunt *des. A. A*.*
***) *Haec des. β. B. C.*

a) misereri *A. A*.* b) liberos *A. A*. (Sall.)* c) seque remque *A. (Sall.)*; sese remque *A**. d) alior. bon. *A. A*.* e) in agris *recte β (Sall.)*; magnis *B* 1. 2; magis *A. A*. B* 3. *C.* f) *nulla cap. dist. A. A*; novum cap. infra a verbis* Illis ergo *(l. 22) inc. A** 2. g) *ita A. A*. β. B* 1. *C.* h) Illius *B* 3. i) Aduam *A. A*, et ita post.* k) creverat *B* 3. l) transvadendi *A**.

1) Fuere — irent *indidem* 36, 4. 2) Nam — sunt *atque* bonis — expectarent *[l. 13] indidem* 37, 3. 7. 8. 9. *[*es alienum — possunt *ad c.* 35, 3. *conformata].* 3) *[Cf. infra III,* 47: pro regali mansuetudine*].*

1158. pugnacissimi de Mediolanensibus circiter mille equites armati, qui se ope et adminiculo inundantis fluminis facile vados[a] pontesque defendere posse arbitrati sunt. Verum

contra[1] *audaces non est audatia tuta.*

Nempe frustrati sunt, cum ex inproviso[b] rex Boemiae et Conradus[c] dux Dalmatiae cum suis, parvi pendentes periculum, aquis se dederint et, quamvis difficillime et non sine clade suorum, inperterriti tamen[d] alveum furentis amnis transvadaverint vel potius transnataverint. Numerus eorum, quos aquarum vehementia involvit, involvendo submersit, circiter LX* estimabatur[e]. Mediolanenses, postquam regem preter spem et opinionem suam transisse cognoverunt, ante pugnam fuga disiecti et ad civitatem reversi sunt, sarcinae relictae, et preda universa a nostris direpta.

Has[f] primitias belli primosque conatus infaustos Mediolanensibus nonnulli asperius auspicati sunt, rerum exitus ex principio metientes[g]. Boemos reliquus[h] exercitus secutus, pars refectis pontibus, pars insano gurgiti se immittentes, tam se quam sarcinas transposuere.

(30). XXXII. Erat non longe ab eo loco castrum quoddam Mediolanensium, Trecium[i, 2] appellatum, in planicie campestri[k] mediocri eminentia paulolum in altum sublatum, quod una parte iam dictus fluvius Adduae[l] alluebat, altera muri fortissimi ambitu turrisque fortitudine muniebatur, pontem firmum et ad[m] transmeandum copiosae militiae habilem suis continuans suburbiis. Augustus commodum ratus ad transitum suorum, si prefatum castrum suae subigeret potestati, obsidione cingit, obpugnat et in brevi expugnat. Castellani enim disciplina militum et ingenio conterriti paulisper quidem primos sustinuere impetus, deinde, cum nullum locum fugae, nullum de civitate presidium sperarent, scientes, quod pro vita res illis erat, dextras postulant, accipiunt,

*) CC *C* 1 (ducentos *C* 2).

a) vada *C.* b) inprovisu *B* 1. c) C. *A. A**. *β. B* 1. d) alv. tam. *A**. e) estimabatur *deest A**; estimabantur *B* 1. f) *novum cap. inc. B; versus non mutatus, sed magna littera initialis nigra C* 1. g) mentienses *A**, *corr.* metienses *B* 1. h) reliqus *B* 1; reliquis *β. B* 3. i) Tercium *A. A**. *β. B* 1. 2. k) in camp. *A**. l) Adue *h. l. etiam β; cf. p.* 205, *n.* i. m) ad *om. A. A**.

1) *Ovid. Met. X,* 544. 2) *Trezzo in oriente Modoetiae.*

munitionem dedunt[a]; plurimi pendentes, quod in tam adversa fortuna personarum salutem lucrati fuissent. Fridericus, ibidem[b] locatis presidiis, ad obsidionem civitatis acies instruit[c]. 1158.

XXXIII.[d] Progrediente autem eo in hostilem terram, quidam de exercitu, male[e] affectatae laudis avidi[1], prevenire alios et de virtute certando[2] alter alteri superior inveniri desiderabant[f]. Inter quos erat comes Ekkebertus[g] de Bůtene[h. 3], vir nobilitate, divitiis et virtute animi[4] ac corporis insignis, cum quibusdam aliis nobilibus et regalis familiae militibus. Isti coeuntes in unum, circiter mille equites armati, sperantes se aliquid memorabile facturos, ad civitatem properant et pene usque ad portas[i] assultum faciunt, viri[5] digni pro fortitudine, qui meliore fortuna usi fuissent. Nam etsi coeptum casus invidit, tamen non, qualiter cesserit, sed quid decreverint, attendendum. Excipiuntur siquidem valida hostium multitudine. Certatur hastis primo, deinde strictis[6] ensibus dimicatur. Vixque in conflictu discerni poterat, ex qua parte quisque pugnaret, permixtis viris et propter angustias permutatis. Visum pulvis obortus[k] et excitatus ad instar noctis excecabat. Vocis[7] autem intellectum magnitudo[l] et diversitas confundebat. Neque[8] autem fugae vel persecutioni locus erat, sed qui inter primos stetissent, aut cadendi aut occidendi necessitatem habebant, quia refugere non dabatur. Nam et posteriores utriusque partis in fronte suos urgebant nullumque inter dimicantes bello vacuum intervallum reliquerant. Cum autem hostium multitudo nostrorum animos et peritiam vinceret, iamque tota acies pelleretur, predictus comes Ekkebertus[m], uni suorum, qui deiectus fuerat, opem ferre cupiens subito[9] equo (31).

a) dederunt *A.* b) locatis ib. *C.* c) *ita β. C;* instruxit *rel.* d) *nulla cap. dist. A. A* 1; novum cap. iam a verbis* Fridericus ibidem *inc. B.* e) malae *edd., sed an* male *legendum sit, iam Giesebrecht dubitavit.* f) desiderabat *A.* g) Ekebertus *A. C;* Egkebertus *A**; Egebertus *β.* h) *ita A. A*. C* 1; Butene *β. C* 2; Putene *B* 1; Boten *B* 2; Bǒtene *B* 3. i) portam *C.* k) subortus *A*.* l) magnitudo conf. et div. *A. A*.* m) Ekebertus *C;* E *vel potius* Eum *pro* E. uni *A*; E. *A** 2; F. *A** 1; Fr. *β.*

1) *[Cf. Sallust. Catil.* 7, 6: laudis avidi*].* 2) *Cf. ibid.* 9, 2*].* 3) *Comes de Pütten et Formbach.* 4) *[Cf. Sallust. l. c.* 1, 5*].* 5) *[*viri — decreverint *ex Ioseph. Bell. Iud. VII,* 1*].* 6) *[*strictis — permutatis *indidem VII,* 2*].* 7) *[*Vocis — confundebat *indidem].* 8) *[*Neque — pelleretur, *l.* 31, *indidem].* 9) *[*subito — relinquens, *p.* 208, *l.* 12, *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 3. *conformata].*

1158. prosilit[a], militem liberat iamque vincentes hostes pene solus perturbat et ad vallum[b] usque civitatis persecutus est. Fugiebant enim[c] eum universi, neque vim hominis neque audatiam sustinentes. Verum profecto fata virum persequebantur, quae ab homine vitari non possunt. Multitudine quippe adversariorum undique circumfusus ad terram lancea prostratus est, et detracta galea atque[d] thorace, capite caesus, nemine succurrente, quod locus intercludebat auxilium ferre cupientem. Egre itaque nobilissimus comes et vir regalis sanguinis perimitur, magnam de se querelam non tantum aput suos, verum* aput extraneos quoque relinquens. Dictum tamen memini a quibusdam vivum[e] eum captum et intra civitatem atrociter decollatum. Occisi sunt ibi[f] quidam alii nobiles**, *et regii milites N. et N., capti quidam; caeteri ad castra revertuntur. *p. 435.

XXXIIII.[g] Revertentes autem milites[1] interminatio principum et imperator iratus huiusmodi oratione corripuit: 'Mediolanenses omnia cum deliberatione faciunt atque prudentia, fraudes et insidias componendo, eorumque dolos fortuna prosequitur[h]. Nostri vero, quibus ob disciplinam et consuetudinem obediendi rectoribus fortuna famulatur, nunc contrario peccant. Non inmerito itaque vincuntur, depelluntur[i], quia omnium pessimum est presente imperatore sine rectore dimicare, cum etiam vincere sine precepto ducis infamiae sit'. Scituros esse, *|ait[k]*|, omnes qui de caetero arroganter egerint vel minimum quid preter ordinem moverint, legum severitate[l] se in eos vindicaturum. Circumfusa vero agmina principem pro commilitonibus obsecrabant paucorumque[m] temeritatem condonari cunctorum obedientiae precabantur; emendaturos esse peccatum presens futurae compensatione[n] virtutis. Placatus imperator[o] est precibus, simul

*) sed etiam apud exteros relinquens *C.*

**) quorum unus erat Iohannes dux *et maior de exarchatu Ravennatensium *add. C.* *p. 435.

a) prosiliit *A** 2. *B* 1. b) vallem *B* 1. c) enim *deest β. C;* eum *deest A. A**. d) ac *A. A**. e) vivum *deest β.* f) ibidem *A. C.* g) *nulla cap. dist., sed primum* r *in* reuertentes *supra* D *script. A.* h) *ita A. β. (Ios.), cf. etiam Kohl, transl. p.* 57, *n.* 6*;* persequitur *rel.* i) debelluntur *A.* (nunc contra peccant et intemperantia manuum debellantur *Ios.*) k) ait *deest B.* l) se in eos sev. *A. A**. m) que *deest A**. n) *ita etiam Ios.;* compensacionis *A;* recompensatione *A**. o) est imp. *B.*

1) milites — cogitabat, *p.* 209, *l.* 4, *ex Ioseph. Bell. Iud. VI,* 5.

et utilitate multitudinis facto indulgendum putans, multa monens, ut post haec prudentius agerent. Ipse vero, quemadmodum se in adversarios ulcisceretur[a], iam provocatus artius cogitabat. 1158.

XXXV.[b] Itaque postera die[c], quae lucescit in VIII. Kal.[1] Augusti, Fridericus ad obsidionem civitatis ducens exercitum omnes copias suas in VII legiones partitur, preficiens[d, 2] singulis[e] de principibus rectores ordinum, quos antiqui centuriones [vel[f]] ecatontarchos[g] seu chiliarchos appellare consueverunt, cum signiferis aliisque disciplinae[h] et ordinis custodibus. Premissi autem milites cum stratoribus viarum ibant, qui aggerum maligna corrigerent ac devia complanarent, obstacula preciderent, ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Circum aquilam et signa alia tubicines et cornicines. Servi singulorum agminum cum peditibus erant, mulis aliisque iumentis advehentes militum sarcinas. Hos sequebantur qui expugnandis civitatibus machinas et caetera tormenta portarent. Omnium vero agminum postrema *erat*[i] mercennaria multitudo. Ordinato taliter[k] militum itinere[l], premonitisque diligenter, ne[3] quis ordinem deserat, Martio quodam spiritu repleti, cum valido clamore divinum implorant auxilium. Deinde otiose et cum omni decore progredientes ambulant, suum[m] quisque ordinem velut in bello custodiens. Quemcumque huic negotio liberum[n] spectatorem contigit affuisse, hunc ego experientius intelligere puto quod dicitur: *Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.* (32). *Iul.* 25. Cant. 6, 9.

XXXVI.[o] Peracto[4] itinere, Fridericus cum omni exercitu, circiter centum milia armatorum vel amplius, Mediolanum pervenit, ibique positis castris, quamvis promptos ad bellum milites continebat, ne quid ea die attemptarent[p]. Illi vero, qui de civitate fuerant egressi,

a) ulscisc. *B* 1. b) Capitulum XXX. (*sic pro* XXXIII.) incipit *A*. c) postea vespere diem *β*; postera v e s p e r e *B*. d) p̈sciens *B* 3. e) singulos *B* 1. 3. f) vel *deest β*. *B*. *C*. g) *ita A*. *A**; tetatont. *β*; tecatont. *B* 1. 3. *C* 1; tecacont. *C* 2; pentatecatont. *B* 2. h) disciplinis *B* 1. i) erat *deest A*. *A**. k) talium *A*. *A** 2. l) cuneo *A** 2. m) suumque *A**. n) veluti liberum *C* 2. o) *nulla cap. dist. A*. p) attemptaretur *A**; p r e c e p i t *eadem manu, ut videtur, superscr. B* 1, *et ita B* 2. 3.

1) *[Immo VIII. Id. Augusti, i. e. Aug.* 6*]*. 2) *Agminis ordinem ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 5. *accommodavit auctor*. 3) ne — custodiens *ex Ioseph. Bell. Iud. III,* 3. 4) *[*Peracto — obsidionem, *p.* 210, *l.* 5, *ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 5. *accommodata]*.

1158. stabant armati super vallum, nichil[a] omnino strepentes, dubium, principis advenientis aspectus utrum hanc reverentiam[b] et huius silentii disciplinam an metum universis incusserit[c]. In girum[d] ergo e regione portarum distribuens exercitum, instruebat obsidionem.

(33). XXXVII.[e] De civitatis ipsius situ ac moribus cum superiore libro[1] mentio fuerit, id adiciendum videtur, quod campi[2] planitie undique conspicua, natura loci latissima[f]. Ambitus eius supra[g] centena stadia circumvenitur. Muro circumdatur, fossa extrinsecus late patens, aquis plena vice amnis circumfluit, quam priori anno primitus ob metum futuri belli, multis invitis et indignantibus, consul eorum provide fecerat. Turrium proceritate[h] non tam ut aliae civitates student. Nam in multitudine atque fortitudine tam sua quam sibi confederatarum civitatum confidentes impossibile arbitrati sunt a quoquam regum seu imperatorum suam civitatem posse claudi obsidione[3]. Unde factum est, ut civitas haec inimica regibus ab antiquo fuisse dicatur, hac usa temeritate, ut semper rebellionem principibus suis moliens scismate regni gauderet et geminorum potius dominorum quam unius[i] super se iuste regnantis affectaret principatum, ipsa levis et utriusque ridens fortunam nec in hac nec in illa parte fidem haberet. Huius rei si quis exempla desiderat, ad Leoprandum, qui gesta Longobardorum[k] subnotavit, recurrat[4].

(34). XXXVIII.[l] Divisis, ut dictum est[5], inter principes exercitus portis civitatis, singuli eorum festinare, parare[6], vallo, sudibus[m], palis aliisque[n] propugnaculis castra munire propter improvisos hostium excursus decertabant. Neque enim vineis[7], turribus, arietibus aliorumque *generum machinis tantam civitatem attemptandam putabant, sed longa potius obsidione fatigatos[8] ad *p. 436.

a) nil *A. A**. b) discipl. et hui. sil. rev. *A. A** *(cf. tamen infra III, 42)*. c) incurrisset alias incusserit *A*. d) gyro ergo port. *A. A**. e) Capitulum XXXIIII incipit *A*. f) *ita pro* laetissima *etiam Ottonis Chron. II*, 11, *p.* 80, *ubi Orosii verba laudantur*. g) super *A. A**. *C* 2. h) *ita codd. pro* proceritati. i) unius *om. β*. k) Lang. *B* 3. l) Capitulum XXXV *A*. m) sudibusque *A. A**. n) et aliis *A. A**.

1) *II*, 14. 2) campi — circumfluit *ad Orosium II*, 6, 8—10. *(Ottonis Chron. II*, 11*) conformata. [Cf. supra p.* 49, *n.* 2*]*. 3) *[Cf. supra II*, 26, *p.* 132, *n.* 1; *infra III*, 42, *p.* 216*]*. 4) *Liudprandi Antapod. I*, 37. 5) *[Cap.* 36, *supra l.* 4 *sq.]*. 6) *[Cf. Sallust. Catil.* 6, 5. *Iug.* 76, 4*]*. 7) vineis turribusque et machinis omnium generum *Sallust. Iug.* 21, 3. 8) *[Cf. Oros. I*, 21, 4*]*.

deditionem cogi vel, si foras propter fiduciam multitudinis erupissent, prelio superatum iri. Oppidani[1] non segnius ea quae sibi usui[a] forent procurare, munimenta castrorum disturbare, crebris excursibus exercitum attemptare, sagittariis et fundibulariis plerosque sauciare. Erat in extrema parte exercitus[b] Conradus[c] palatinus comes de Rheno[d], germanus imperatoris, et dux Suevorum Fridericus[e], cum Suevis caeterisque ipsorum commilitonibus obsidionis agentes negotia circa portam sibi destinatam. Mediolanenses oportunum rati, vel pro eo quod pauciores aliis agminibus et[f] iuniores aetate, vel quod sequestrati a fortitudine exercitus auxilium invenire non possent, eos invadere statuunt, sperantes facile[g] se aut plenum de illis triumphum reportare aut forti[2] aliquo patrato facinore vitam pacisci[h] pro laude. Itaque post occasum solis, cum preter vigiles tantum totus miles fessa labore corpora somni quiete recreanda[i] speraret, apertis portis cum pugnacissimis egressi, disiectis custodibus, usque ad iam dictorum heroum castra excurrunt, oppugnant, sauciant. Alemanni, ubi hostes adventare senserant, inopinata re ac inprovisa primo perculsi, alter[3] aput alterum formidinem simul et tumultum facere, deinde alius[4] alium appellare, hortari, arma capessere[k], venientes excipere, instantes propulsare. Clamor[5] permixtus hortatione, strepitus armorum ad caelum ferri, tela utrimque volare, pro[6] ingenio quisque, pars cominus gladiis, pars[l] pugnare lapidibus seu alterius generis missilibus. Non procul abhinc rex Boemorum castra fixerat. Is, ex quo bellicum clamorem[7] accepit, decernit laborantibus sociis auxilio fore debere. Quanta ergo poterat velocitate suis[m] arma capere[n], equos ascen- 1158.

a) quae necessaria *C.* b) Extrema in p. exerc. erat *B* 1. c) C. *A. A*. β;* Chůnr. *B* 3. d) Reno *β.* e) F. *A. A*. β* (f.). f) vel *A*.* g) se fac. *A. A*.* h) pacifici *e corr., ut videtur, B* 3. i) recreare *A*.* k) capessare *B* 1. 3. l) pars *om. B* 1. m) *ita codd.;* suos *ed. pr. (C 2).* n) accipere *β.*

1) *[*Oppidani — forent *ad Sallust. Iug.* 75, 10. *et* 54, 6. *conformata].* 2) forti — excurrunt *ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 8. *conformata [ubi etiam* vitam pacisci pro laude *ex Verg. Aen. V,* 230. *deprompta; cf. supra III,* 33, *p.* 207: sperantes se aliquid memorabile facturos*].* 3) alter — facere *ex Sallust. Iug.* 53, 7. 4) *[Ad* alius — hortari *cf. Sallust. Iug.* 53, 8. *Catil.* 6, 5. *atque infra III,* 49*].* 5) Clamor — volare *ex Sall. Iug.* 60, 2. 6) pro ingenio — lapidibus *indidem* 57, 4. 7) *[*clamorem — fore *indidem* 52, 6*].*

1158. dere iubet; ipse cum electis[a] militibus* et tubicinis[a*] ac[b] tympanistris preire. Non eos morabantur vinearum aggeres seu maceriae, non asperitas[1] et insolentia loci retinebat. Ea vero consueti Sclavorum equi facile evadere. Nostri, ubi ex sono tubarum et tympanorum amici[c] regis adventum cognovere, animosiores et laetiores effecti resistere, hortari[2] se invicem, ne deficerent neu paterentur hostes iam iam fugituros[d] vincere. Aderant[e] Boemi; tum demum maxima[3] vi certatur, maximo clamore cum infestis signis concurritur. Rex ipse cominus[f] acriter instare, laborantibus succurrere, hostem ferire, strennui militis et boni regis officia simul exequebatur. Oppidani, ubi vident, contra ac rati erant, se in medios hostes devenisse nec[g] impetum regis sustinere posse, terga vertunt; nostri fugientibus instant[h] et usque ad angustias[i] portarum persecuti in reliquum tempus pacem sibi de incursionibus illorum peperere. Hostium quidam occisi, plurimi capti, magna[4] pars vulneribus confecti.

(35). XXXVIIII.[k] Quia vero tam superbae civitatis tam famosam obsidionem se non meminit aetas nostra vidisse[5], pro eo quod non solum Alemannici, sed et Italici regni vires ibi adunatae fuerant, quisque[l] gloriosus ac laudis avidus[6] alius alium in aliquo egregio facto, unde sibi[m] nomen faceret[n], prevenire satagebat[n]. Igitur Otto[o] palatinus comes de Baioaria, cuius sepe[p] iam mentio habita est, cum duobus fratribus suis [videlicet[q]] Friderico[r] et Ottone iuniore aliaque sibi coniuncta militia ad portam, quam ipsi vallaverant[7], diligentius hostium conamina observabant. Quadam ergo die, dum otiose ipsos agere rarosque circa portam custodes aspexissent, visum est

*) et sagittariis *add. B.*

a) mil. el. *B.* a*) *sic h. l. codd.* b) et *C.* c) reg. am. *A. A*. β.* d) turos *in l. raso C* 1; f u g i e n t e s *A. A*. (Sall.)* e) *novum cap. inc. A*, rubra praemissa:* De assultu nostrorum in portam; *infra vero c.* 39: De assultu Ottonis (comitis *A** 1) palatini Reni, *quae in indice haud exstat.* f) comminus *B* 1. *C* 1. g) ac imp. regis sust. non p. *A. A*.* h) obstant *β.* i) portas angustias *A. A*.* k) Capitulum XXXVI incipit *A.* l) quis *B* 1. m) nom. sibi *A. A*. B.* n) facerent . . . satagebant *A. A*.* o) O. *A. A** 1. p) iam s. *C.* q) videlicet *deest β. B. C.* r) F. *A. A** 1. *β. C* 1.

1) asperitas — evadere *indidem* 50, 6. 2) hortari — vincere *indidem* 51, 4. 3) maxima — hostes *ad Sallust. Catil.* 60, 2—5. *conformata.* 4) *[*magna — confecti *ex Sallust. Iug.* 60, 7*].* 5) *[Cf. Ioseph. Bell. Iud. prol.].* 6) *[Cf. supra p.* 207, *n.* 1*].* 7) *[Portam Novam, ut videtur; cf. Gest. Federici I. imp. in Lombardia auct. cive Mediolanensi, SS. r. G. p.* 32, *n.* 3*; Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 162. *VI, p.* 365*].*

eis temptandam[a] fortunam. Ergo propinquante[b] vespera 1158. clanculo milites armari iubent, servosque ignem cum aridae materiae fasce preparatum habere, quatinus dato signo pariter ex inproviso procurrerent et pontem ac portam ipsam, si fieri posset, exurerent. Parent dicto, atque ad nutum precipientium subito prosilientes usque ad propugnacula pontis super aggerem disposita venerunt ignemque, sicut precepti fuerant, haut segniter iniecerunt. Populus civitatis tumultu excitatus, inproviso[c. 1] metu incerti, quid potissimum facerent[d], trepidare, cum erumpentibus flammis propugnacula et aggeres concremari cernerent, timere, ne aridum nactae fomitem citius volitando non solum pontes et portam, verum ipsam civitatem pessumdarent. Clamor ergo ac tumultus per civitatem varius agitatur, curruntque permixti[e] inermes et armati[2], prohibituri incendium. Concurritur infesto Marte, certatur magnis viribus ab utrisque, obscuram noctem incendium et faculae tedaeque ardentes illumi-
*p. 437. nabant. Fragor percutientium, *gemitus percussorum, voces[f] adhortantium hinc inde varie[g] resonabant. Hi, ut coeptum eorum efficatiam obtineret, illi, ut ignem restinguerent nostrosque a porta propellerent, summa vi[3] conabantur. Comites ipsi duces prelii in hoc certamine, sicut et in aliis multis, omnibus se periculis prostituentes, sicut optimi bellatores fortitudinem corporis ac animi magnitudinem[4] adeo sub oculis omnium clarere fecerunt, ut de eorum virtute etiam hostis iudicaret et quivis spectator testis fieret. Multo autem labore consumpto liteque in horam noctis protracta, miles ad castra[h] revertitur. Sauciati utrimque plurimi; verum atrocitatem cladis beneficium noctis[5] imminuebat*.

XL.[i] Nec minus populares Mediolanenses[k] turpe (36). habentes, si remissius in nostros agerent, ubi tempus et locum invenerunt, non cum valida quidem manu, sed

*) Alii asserunt hoc negotium clara die consummatum *add. C.*

a) temptandum *A.* b) approp. *A**. c) inprovisu *B* 1. d) et *add. β.* e) permixtim *A.* f) vocesque *A. A**. g) varię *C* 1. h) t e n t o r i a *A. A**. i) Capitulum XXXVII incipit *A.* k) Mediolanensium *A. A**.

1) inproviso — trepidare *ex Sallust. Iug.* 67, 1. *[Cf. infra IV,* 23*].* 2) *[Cf. Sallust. Iug.* 94, 5*].* 3) *[Cf. ibid.* 25, 9. 92, 6*].* 4) *[Cf. Sallust. Catil.* 54, 1*].* 5) *[Cf. Oros. IV,* 1, 10; *Einh. V. Kar.* 9*].*

1158. per paucos sive sagittarios sive fundibularios [interdum[a] etiam per gladiatores adversum se militiam commoverunt, nostrosque sive prudentes sive] incautos sauciando[1] temeritatis atque audatiae suae magnitudinem ostentare conabantur. Et illi quidem qui ad superiores conflictus venerant [id[b]] moderatius agere, alii vero, tamquam non experti, per singula momenta excursiones moliri. Ad portam itaque, quam observabat Heinricus[c] dux Austriae, vir nobilitate generis et animi clarissimus patruusque imperatoris, dum sepius hanc exercerent[d] iniquitatem, non dignum ratus facinus hoc sine ultione preterire, ad correctionem eius et vindictam accepta oportunitate accingitur. Igitur universis quos secum habebat armatis, auxiliariis Ungarorum copiis in sagittando optimis cum caetera heroum qui sibi sociati fuerant cohorte assumptis, omni conamine obpugnationem portae disponebat. Non hoc latere poterat Mediolanenses, quippe molitiones nostrorum presentientes ignominiam iudicabant, si pares, immo plures multitudine, minori animo, venientibus non occurrerent. Per turmas ergo et cohortes suas egressi committunt seseque[e] mutuo maxima vi caedunt, sauciant, capiunt, fugant. Tum[2] spectaculum horribile, sequi, fugere, occidi, capi, equi atque viri afflicti, ac multi vulneribus acceptis neque fugere posse neque quietem pati, niti modo ac statim concidere. Postremo[f] omnia constrata telis, armis, cadaveribus et infecta sanguine tellus. Ex parte oppidanorum iterum male pugnatum est[3], ipseque dux, cuius ibi probitas mirifice probata est, haut dubie victor[4], eos intra menia fugavit et a solita in[g] posterum eruptione compescuit. Inter alios, qui de Mediolanensibus eo prelio ceciderunt, occisus est quidam de nobilissimis illorum*, quem, ut tunc fama

*) nomine Statius[5] *add. C.*

a) *haec des. B. C;* interdum — prudentes *des. etiam β.* b) id *deest β. B. C.* c) H. *A. A** 1. *β;* Henricus *C* 1; Henricus *C* 2, *ut semper.* d) exercent *A**. e) se seque *edd.* f) Postrema *A. A*. β. B.* g) impost. *A**.

1) *[Cf. supra III,* 38, *p.* 211: sagittariis et fundibulariis plerosque sauciare*].* 2) Tum — tellus *ex Sallust. Iug.* 101, 11. *[Cf. etiam infra IV,* 51*].* 3) *[Cf. Sallust. Iug.* 102, 2*].* 4) *[Indidem* 102, 1*].* 5) *Fortasse Tazo de Mandello, quem occisum dicit Otto Morena, SS. XVIII, p.* 606. *[Cf. etiam Vincent. Prag. Ann., SS. XVII, p.* 672, *ubi* Dacius *appellatur; Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 160. *VI, p.* 364*].*

fuerat, regulum super se creare cogitaverant; auditaque 1158.
morte eius, tota civitas luctum assumpsit, corpusque mortui cum[a] vivis, quos de nostris habebant, et copiosa pecunia commutantes redemerunt et regalibus exequiis[b] honorando sepelierunt.

XLI.[c. 1] Illud[d. 2] etiam non ab re est memorare[e], (37).
quod quidam ex oppidanis, vir in oculis suis sibi[f] placitus, progressus versus castra imperatoris, velut equitandi imperitiam nostris exprobrans, quedam superba[g] prolocutus est et[h] quemlibet fortissimum ac equitandi peritissimum ad singulare certamen provocavit. Coepitque[3] vertibilem equum modo impetu vehementi dimittere modo strictis habenis in gyrum[i], ut huic negotio mos est, revocare moxque varios perplexosque per amfractus[k] discurrere. At[4] qui contra steterunt multi quidem dedignabantur. Erant[l] autem inter eos, ut assolet, etiam qui timerent[l]. Quosdam vero non inconsulta movebat ratio, cum mortis cupido non debere confligere et cum his in discrimen venire, quos neque vincere magnum sit et vinci cum[m] dehonestamento periculosum, non fortitudinis, sed insipientiae videri. Cum autem diu nemo procederet, multaque ille nostrorum timiditati illuderet, nobilis comes Albertus[n] de Tyrol[o], ad omnem virtutis commendationem ydoneus, inermis et palefrido sedens, solo clyppeo[5] accepto et hasta, prefato Liguri[p] obviam venit eumque[6] tripudiantem et vana iactantem deiecit, cadentemque dedignatur occidere, contentus ad laudem, quia visus est potuisse. Ita nostros[7] ultus comes Albertus[n] nil[q] glorians ad suos revertitur, vir minimae iactantiae et qui semper manu quam lingua promptior[8] inveniri volebat. Ita inter nostros principes

a) et *add. β.* b) exequiis *om. β.* c) Capitulum XXXVIII incipit *A.* d) Illut *corr.* Illud *A;* Illuc *A**. e) memorare *corr.* memorari *A.* f) sibi *om. A**. g) superbia *B* 3. h) et *om. β.* i) gir. *C.* k) *ita A. A*. β. B* 1. 2. *C.* l) *ita etiam Ios.;* Erat . . . timeret *C.* m) *ita etiam Ios.;* eum *B* 1. 3. n) Adilbertus *B* 1. 3. o) Thyrol *A**. p) Lyg. *A*, et ita post.* q) nichil *A. A**.

1) *[Hoc caput magnam partem ex Ioseph. Bell. Iud. VII,* 5. *et Liudprandi Antapod. I,* 21. *compositum].* 2) *[*Illud — provocavit *partim ex Iosepho, partim ex Liudprando ll. cc.].* 3) *[*Coepitque — discurrere *ex Liudpr. l. c.].* 4) *[*At — illuderet, *l.* 23, *ex Ios. l. c.].* 5) *[*clyppeo — venit *ad Liudpr. l. c. conformata].* 6) eumque — iactantem *ex Ioseph. l. c.* 7) *[Ad* nostros — revertitur *cf. Liudpr. l. c.].* 8) *[Cf. Sallust. Iug.* 44, 1: lingua quam manu promptior*].*

1158. contra Ligures[a] varium pro virtute et gloria certamen in dies habebatur.

(38). XLII.[b] Inter haec princeps ipse impiger omnia quae ad cladem et eversionem civitatis erant providere[1], muros modo cum[c] paucis modo cum[2] multis et[d] lectis militibus circuire, ubi muros aggrederetur explorare[e], omni modo temptare, si posset inclusos ad congressionem *et pugnam provocare. His circuitionibus alteram partem *p. 438. civitatis, quae necdum[f] obsidione adeo fuerat subacta et artata, quin peccora[g] eorum extra pascerentur civibusque intrandi et exeundi pateret aditus, ita compescuit atque cohibuit, ut tum[h] demum cervicem demitterent[i] et quale esset obsidione claudi[3] experimento addiscerent. Euntem in gyro[k] imperatorem arbitrantes ad assultum faciendum venire, in civitate tumultus exoritur[l], ingens trepidatio, signorum[m] crepitus, tubarum sonitus, fortes ad arma, mulieres et invalidi senes ad lamenta. Nemo tamen extra progredi ausus[n], ad defensionem tantum[o] civitatis armata iuventus et inperterrita ad modum coronae consistebant[p]. Sed nec ad portam, ubi militia principis obsidionem celebrabat, excursiones facere, dubium an metu an reverentia imperatoris[4] cohiberentur.

XLIII.[q] Erat non longe a vallo, id est quantum arcus iacere potest, quasi turris quedam fortissima, ex quadris lapidibus solido opere compacta. Mirabilis[5] autem fuit lapidum magnitudo. Nec enim ex vulgaribus saxis aut quae homines ferre posse crederentur. Sic autem manibus artificum formata, ut, quatuor columpnis sustentata, ad similitudinem Romani operis vix aut nusquam[r] in ea iunctura compaginis appareret. Unde et Arcus Romanus appellata[s] est, sive ab antiquo aliquo Romanorum imperatore ob decorem et memoriam in

a) Lyg. *A**, *et ita post.* b) Capitulum XXXIX. *A.* c) cum *om. β.* d) mult. electis *A**. e) et explor. *B* 1. f) nondum *A**. g) *ita A. A* 1. B 1. C 1*; pecora *β. C* 2. h) cum *A*;* dum *β. B* 1. 3. i) *ita recte β. B 3. C;* dim. *Wilm. Waitz.* k) gir. *C* 2. l) oritur *A. A**. m) *ita codd. omnes et ed. pr. (C 2);* tympanorum *Pith., quod ipse inter menda ab operis admissa recensuit, Urst. nihilominus retinuit.* n) ausus *om. A**. o) tantum *om. A**. p) *ita β. B 1. 3. C;* consistebat *A;* assistebat *A**. q) Capitulum XL incipit *A.* r) numquam *A* 2. β. C* 1. 2 (nunquam). s) appellatus *corr.* appellata *A;* appellatus *C* 2.

1) *[Cf. Sallust. Catil.* 60, 4. *Iug.* 100, 3: omnia providere*].* 2) cum — explorare *ex Ioseph. Bell. Iud. VI,* 7. 3) *[Cf. supra II,* 26, *p.* 132, *n.* 1. *III,* 37, *p.* 210*].* 4) *[Cf. supra III,* 36, *p.* 210*].* 5) Mirabilis — appareret *ex Ioseph. Bell. Iud. VI,* 6.

1158. fornicem triumphalem erecta, sive, ut in gestis Longobardorum repperitur[1], ad expugnationem et cladem civitatis ab uno regum[a] nostrorum fuerit fabricata. Erant in ea virorum[2] receptacula et cenacula XL[b] lectorum vel amplius capacia, collectis ibi tam in armis quam in[c] victualibus quae ratio necessitudinis ad obsidionis[d] tempus desiderabat. Ibi Ligures sua presidia locaverant duplici ratione, ut et hostibus usui non esset[e], cum exinde quidquid in civitate ageretur velut e specula facile videri itemque[f], quid[g] in castris fieret quidque[h] exercitus strueret, ipsis continuo denunciari posset.

Fridericus[i], versis[k] in contrarium rationibus, hanc expugnare statuit. Verum cum nec instrumentis sive machinis aut aliquo tormentorum genere pro firmitudine sua pulsanda videretur, triplici ordine iaculatorum et sagittariorum eam vallat, tantaque illorum erat et multitudo[l] et in feriendo peritia, quod non dubie mortem appeteret, quisquis in propugnaculis appareret[m]. Summa ergo necessitate coacti dextras petunt et ut sibi parceretur rogabant, acceptaque fide publica, munitionem tradunt et recedunt. Exinde nostris arx illa usui [fuit[n]].

(39). XLIIII.[o] Nemo in hac obsidione maiori studio maiorique atrocitate[p] quam Cremonensium et Papiensium desevit exercitus, nullisque obsidentium obsessi se magis ac illis offensos et infensos prebuere. Longissimis siquidem simultatibus et discordiis inter Mediolanum atque has civitates agitatis, multis milibus hominum hinc inde vel occisis vel dura captivitate afflictis, territoriis preda et incendio vastatis, cum se in Mediolano, quod propriis viribus et auxiliariis civitatibus prevalebat, ad plenum vindicare[q] non potuissent, oportunum tempus adepti iniurias suas ultum iri decernunt. Itaque non ut cognatus populus, non ut domesticus inimicus, sed velut in externos[r] hostes, in[s] alienigenas[t], tanta in[u] sese invicem sui gentiles crudelitate seviunt, quanta nec

a) rege *C* 2. b) quadraginta *A*. c) in *deest B*. d) obsidione *B* 3. e) essent *A*. f) que *deest A**. g) quod *A**. *β*. *B*. h) quodque *A**. i) *novum inc. cap. B* 1. 3. k) versus *β*. *B* 1. 3. l) magnitudo *C*. m) compareret *A*. *A**. n) fuit *deest β*. *B*. *C*. o) Capitulum XLI. *A*. p) attroc. *A*. *A** 1. *B* 1. q) se vind. *A*. *A**. r) extraneos *A**. s) et *A**; in *post add. B* 1. t) aligenigenas *β*. *C* 1. u) in *om. A*.

1) *Liudprandi Antapod. III,* 14. 2) virorum — collectis ibi *ex Ioseph. l. l.*

1158. in barbaros deceret. Vineta, ficeta, oliveta Mediolanensium pars radicitus evellunt, pars excidunt, alii corticibus abrasis ignibus ydoneam preparare materiam. Quando gladiis inter se res ageretur[1] et mutuo casu vel[a] hac vel illac quispiam infelix caperetur, hi[b] qui extra in conspectu hostium[2] aut mucronem iugulo condere[3] aut spiculo[c] configere[d], qui vero intus, ne crudelitate inferiores invenirentur, captum per membra dividere forasque suis miserabile spectaculum proicere. Et tale quidem Conlatinorum inter se commertium fuit.

(40). XLV.[e] Iamque plurimis[f] malis attriti Mediolanenses. Crescebat[4] autem in civitate cum fame desperatio, et in dies singulos utrumque malum amplius accendebatur. Erat nempe[g] collectum ex toto territorio infinitum vulgus, diversusque[h] erat[5] victus, cum potentiores quidem amplius haberent, infirmiores autem[i] penuriam deplorarent. Quippe fames super omnes clades habetur. Nam* quod reverentia dignum est in fame negligitur. Huc accessit ultio divinae animadversionis, totamque pene civitatem morbus ac pestilentia vexabat. Urgentibus itaque pariter fame, ferro[6], peste populus ad deditionem commotus est, iamque [magna[k]] illorum multitudo profugere cogitabant. Qui vero acrioris[l] ingenii, *seditionibus operam dabant, dicentes pro libertate *p. 439. patriae et honore civitatis vitam[m] se morte velle commutare[7]. His inter se dissidentibus, quidam ex illis quibus sanior mens erat, qui pacem malebant quam bellum[8], decrevere, ut concione habita populum ad considerationem communis utilitatis provocarent et magnitudine periculorum a rebellione deterrerent.

*) ut ait quidam *add. C.*

a) vel ill. v. hac *B.* b) hii *C*1. c) spiculis *A. A**. d) figere *A.* e) Capitulum XLII incipit *A.* f) mal. plur. *B.* g) namque *A**. h) diversusque *om. β.* i) autem *om. β.* k) magna *deest β. B. C.* l) acriores *B* 3. *C* 2; acriores *corr.* acrioris *C* 1 *(cf. infra III,* 48: qui mitioris ingenii erant*).* m) vitamque *A**.

1) *[Cf. Sallust. Catil.* 60, 3: gladiis res geritur*].* 2) *[*in conspectu hostium *ex Sallust. Iug.* 100, 1*].* 3) *[Cf. Ovid. Met. XIII,* 457—458*].* 4) Crescebat — accendebatur *ex Ioseph. Bell. Iud. VI,* 11. 5) erat — negligitur, *l.* 19, *indidem.* 6) *[Cf. Sallust. Iug.* 24, 3*].* 7) *[Cf. Liudpr. Antap. III,* 15*].* 8) *[Cf. Sallust. Iug.* 102, 5. *Catil.* 17, 6; *infra III,* 48*].*

Huius[a] auctor negotii dicitur[b] fuisse Gwido[c] comes Blanderatensis[1], vir prudens, dicendi peritus[2] et ad persuadendum idoneus. Is cum esset naturalis in Mediolano civis, hac tempestate tali se prudentia et moderamine gesserat, ut simul — quod in tali re difficillimum fuit[3] — et curiae carus et civibus suis[d] non esset suspiciosus. Aptus ergo qui ad transigendum fidus mediator haberetur, pro[e] concione huiuscemodi usus sermone commemoratur[f]: 1158.

XLVI. 'Si[g] vestrae[h] rei publicae hactenus fidem servavi, si statum et honorem Mediolani stare incolomem ac inconcussum optavi, feci quod debui. Tanta mihi gratia ab ineunte aetate, tanta mihi a[i] vestra benivolentia exhibita sunt beneficia, quod ad gratiarum actiones imparem et insufficientem me cognosco, nisi forte bonae conscientiae, bonae voluntatis obsequium aliquod mihi aput vos meritum pepererit. Harum rerum, vestra fretus probitate, fiducialiter vos testes exhibeo. Unde non vereor in tali rerum articulo[4] a quoquam bono notari, etiamsi preter libitum suum ac secus quam suo rapitur desiderio quippiam a nobis audierit. Beatum[5] enim me estimo ab his, a[k] quibus vacuos esse decet, qui de rebus dubiis consultant. Haec sunt, ut ait quidam[6], *odium, amicitia, ira atque misericordia. Ubi illa officiunt, haut facile animus verum providet.* Vestra dignitas, fama[7] atque fortuna hucusque non in obscuro, sed in excelso fuit, vestraque facta cuncti mortales novere. Sed decebat in[l] maxima fortuna minimam[m] esse licentiam. Novimus, quos et quot[n] reges Mediolanum sua constituerit auctoritate; novimus, quos et quot[n] adepto regno propulerit.

a) *novum cap. inc. B; signum capitis versui insertum et* huius *in* Cuius *(littera initiali colore caeruleo picta) mutatum β;* Cuius *B* 3. b) fuisse dic. *A. A*. β.* c) Wido *A. A*;* Guido *C.* d) eius *B* 1. 3. e) et pro *B* 2? *B* 3? *C, sed* et *del. C* 1. f) memoratur *A. A*.* g) *versus non mutatus, sed magna littera initialis minio picta C* 1; *cf. C* 2. h) nostre *A*.* i) a *deest C, sed ante* vestra *una littera erasa C* 1. k) a *om. C.* l) in *om. A. A** 1. m) minimam *om. B* 3. n) quod *B* 1.

1) *Biandrate in septentione urbis Vercellensis. W. [Cf. supra II, 18].* 2) *[Cf. Quintilian. Inst. or. XII,* 1, 44*].* 3) *[Cf. Sallust. Iug.* 10, 2. 15, 3*].* 4) *[Cf. Curt. Ruf. III,* 5, 11*].* 5) *[Cf. supra p.* 163, *n.* 2*].* 6) *Sallust. Catil.* 51, 1. 2: Omnes homines . . . qui de rebus dubiis consultant ab odio, amicitia, ira atque misericordia vacuos esse decet. Haut facile animus verum providet, ubi illa obficiunt. 7) [fama — licentiam *indidem* 51, 12. 13].

1158. Sed profecto[1] in omni re fortuna dominatur[a]; *ea*, *ut* dicitur*, *cunctas res* pro *libitu magis quam* pro *vero celebrat obscuratque*. Paulolum[b] haec[c] fortuna immutata est; mobilis enim est, eiusque constantia[d] volubilem esse ac minime permanentem. Tendamus cum rota, forsitan, qui modo infimus[e] axe teritur, elevatus rursus ad astra feretur. Sensit mecum qui dixit[2]: *Heus, omnium rerum vicissitudo est*. Scio qui dicant: *Libertas*[3] *res inestimabilis est*. Pulchrum[4] [est[f]] pro libertate pugnare. Fateor; attamen id[g] in principio decere fieri, semel autem subditum, et qui multo tempore paruisset imperio, iugum excutere[h], malae mortis cupidum, non libertatis amatorem videri. Validissima lex est tam feris bestiis quam hominibus prefinita, potentioribus cedere, quique armis vigent, his obedire victoriam. Divinae quoque ordinationi resistit, qui potestati resistit[5]. Timendum ergo, non[i] solum vos imperatori, sed etiam Deo resistere. Grave quidem, confiteor, post longum otium, post longam libertatis consuetudinem iugum frenumque portare. Sed consoletur ignominiam subiectionis dignitas imperii ac nobilitas imperantis. Meliores nobis fuerunt patres nostri et maiores, fide, probitate caeterisque bonis [artibus[k]] eque vel amplius nobis gloriam, honorem libertatemque affectarunt, imperio tamen Transalpino resistere non potuerunt. Subeant vobis[l] pro exemplo Karolus Magnus et[m] Otto primus ex Teutonicis imperator[6]. Eapropter, tametsi varia belli discrimina iam in[n] parte sitis experti, optimum tamen est ante intollerabilem calamitatem mutare sententiam[7] dumque licet salutare sequi consilium. In clementia principis magna spes

*) *Haec des. A. A**.

a) dominatur — fortuna *(l. 3) om. B (etiam B 4)*. b) *ita A. β. C* 1. c) hoc *A. A**. d) *ita codd., quam tamen vocem ex* constat rotam *depravatam coniecit Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 366. e) infirmus *B* 1. f) est *deest β. B. C.* g) in princ. id *A**. h) *ita codd. omnes, nec secus Rahewinum scripsisse putarim, quamquam Scheffer-Boichorst, quem etiam Kohl probat, secundum Iosephum-Rufinum* excutientem *legi vult.* i) vos n. sol. *A.* k) *ita A. A** 1; actibus *A** 2; art. *deest β. B. C.* l) nobis *C.* m) et *om. β.* n) sitis in p. *A**.

1) [Sed profecto — obscuratque *indidem* 8, 1]. 2) *[Terent. Eun. II,* 2, 45*]*. 3) *Cf. III,* 12, *supra p.* 179, *n.* 4. 4) *Reliqua capitis pars [quoad verba* Pulchrum — victoriam *atque* optimum — meum*] ad Ioseph. Bell. Iud. VI,* 11. *conformata.* 5) *Rom.* 13, 2: Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. 6) *[Cf. supra II,* 30, *p.* 137; *Chron. VI,* 17*]*. 7) *[Cf. supra III,* 4, *p.* 169*]*.

nobis sita[a], qui[b] non in finem irascetur, nisi ad finem 1158. usque insolentes ipsi fueritis. Brevi autem quamvis armis perrumpi claustra murorum non possint, fames atque pestilentia pro illis pugnabit. Versentur, obsecro, in conspectu cuiusque filii, coniuges et parentes, quos paulo post, nisi mutata sententia, aut bellum aut fames absumet[c]. Non ignavia, sed consideratione periculorum me quisquam haec[d] suadere crediderit. Ipse ego pro populo meo, pro civitate mea mori paratus sum inpendamque libenter mercedem[e] salutis vestrae sanguinem meum'.

XLVII.[f] Postquam[1] dicendi finem fecit, alius voce, (41). alius nutu aut assentire aut contradicere. Vicit tamen[g] inprudentiam consilium saniorum. Unanimes itaque facti, per consules et primos civitatis primo regem Boemiae ducemque Austriae conveniunt, dehinc mediantibus illis alios principes, eosque ad imperatorem de pace supplicaturos dirigunt. Princeps pro regali mansuetudine, pro humanitate naturali cives civitati, civitatem civibus servare cupiens, gratum habebat, cognito populum
*p. 440. de pace sentire, consilioque habito, cum videret *omnium[h] animos summa alacritate id appetere, de pacis pacto et condicione pertractat. Quod tale fuisse scriptura exinde facta declarat; cuius hoc[i] exemplar est:

In[2] nomine domini nostri Ihesu Christi. Haec[k] est (Sept. 1). *conventio, per quam Mediolanenses[l] in gratiam* ***domini*[m]** *imperatoris redituri sunt et permansuri.*

Cumas et Laudam[n] civitates ad honorem imperii relevari non prohibebunt et ammodo nec[o] impugnabunt nec destruent, et a fodro et viatico[p] et ab omnimoda exactione*

*) *Reliqua* — aecclesiam Mediolanensem, *p.* 222, *l.* 5, *uno versu et fine praecedentis vacuis relictis, om. A; dimidia pagina vacua relicta, om. A** 1. 2.

a) sita *om. β.* b) qua *A. A*.* c) abstinet *corr.* absumet *B* 1; assument *A*.* d) hoc *A. A*.* e) *ita A. A*. β. B. (Ios.)*; incedere *C* 1; in caedem *C* 2. — pro salute vestra *corr. Pith.* f) Capitulum XLIIII incipit *A.* g) tamen *om. A** 1. h) anim. omn. *A*.* i) *sequ.* ex *eras. A;* exemplar hoc *C.* k) Hoc (H') *A.* l) Mediolani *A. A*.* m) *ita β. C* 1; domini *deest A. A*. B. C* 2. n) Lauda *A. A*.* o) non *C.* p) in viat. *B* 1. 2; uimatico (?) *β;* in vivatico *Par.*

1) [Postquam — assentire *ad Sallust. Catil.* 52, 1. *conformata]*. 2) *[Cf. Constit. I, p.* 241 *sqq. nr.* 174, *ubi etiam codex Parisinus (Par.) adhibitus, ex quo huius conventionis diem comperimus]*.

1158. *se ibidem per omnem eorum*[a] *ditionem continebunt, et ultro*[b] *se*[c] *non*[d] *intromittent, ut*[e] *sint liberae illae civitates, sicut Mediolanenses ab ipsis sunt*[f] *liberi, excepto respectu iuris aecclesiastici, quod habent*[g] *ad archiepiscopum et aecclesiam Mediolanensem*[h].

Omnes[i] *Mediolanenses communiter a*[k] *minoribus usque ad maiores, ab annis XIIII et supra usque ad annos LXX, fidelitatem domno*[l] *imperatori iurabunt sine malo ingenio et observabunt.*

Palatium[m] *imperiale ad honorem domni*[n] *imperatoris arbitratu*[o] *bonorum [virorum*[p]*] elevabunt et cum debito honore bona fide conservabunt*[q].

Pecuniam pro emendatione iniuriarum domno imperatori vel domnae imperatrici sive[r] *curiae promissam statutis temporibus persolvent, hoc est terciam partem infra XXX dies, ex quo haec pactio confirmata fuerit*[s], *aliam vero ter-*
Nov. 18. *ciam partem infra octavam beati*[t] *Martini, terciam autem*
1159. *residuam partem*[u] *infra octavam*[v] *epiphaniae. Hisque sic*
Ian. 13. *persolutis, nullis privatis teneantur promissionibus. Pecuniae promissae summa haec est: novem milia marcarum argenti sive auri vel monetae eiusdem estimationis*[w] *et pretii.*

Pro his tantum[x] *pretaxatis capitulis bona fide complendis et conservandis CCC obsides dabunt capitaneos, valvassores*[y], *populares, quales approbati fuerint a domno archiepiscopo Mediolanensi et comite Blandratensi*[z] *et marchione* ***Guillelmo***[a] *Montis-ferrati et tribus consulibus, si haec domno imperatori placuerint, iuramento astrictis ad hanc electionem fideliter faciendam. Obsides vero in partibus Italiae omnes*[b] *serventur, preter L vel pauciores per interventum regis Boemorum Labezlai*[c] *et aliorum principum ultra montes, si domno imperatori placuerit, deferendos. Quibus autem commissi fuerint obsides in Italia, iurent in presentia Mediolanensium ad haec*[d] *predestinatorum, quod, prefixo tempore transacto, infra octo dies ex quo requisiti*

a) dicionem episcopatus eorum *pro* eorum — et *Par.* b) *ita codd.;* ultra *recte Par. (cf. etiam infra p.* 223, *l.* 36*).* c) se *om. Par.* d) n̄ *alio atram. superscr. C* 1. e) sed libere sunt *Par.* f) sunt *om. β.* g) habet archiepiscopus et ecclesia Mediolanensis *Par.* h) Mediolanensium *B* 1; Mediolanum *B* 3. i) *praeced. rubr.* Capitulum XLV incipit *A; magna littera initialis minio picta atque versus mutatus C* 1. k) et a *A** 2. l) *ita B* 3. *C* 1 *plerumque;* dn̄o *A. A** 1. *B* 1, *et ita plerumque. C* 2; *modo* dōno *(vel* dono*) modo* dn̄o *etc. β.* m) Palatium — conservabunt *om. β.* n) domini *A.* o) arbitratui *A. A*.* p) virorum *deest B. C.* q) obs. *C.* r) vel *A*.* s) fuerunt *B* 1. t) sancti *A** (s.). *Par.* u) partem *deest A*.* v) octavum *β. B* 2. w) extimacionis *A. β.* x) *ita omnes codd., sed fere dubites, an depravatum sit ex* quattuor, *cf. p.* 223, *n.* c. y) *ita A*. β. B* 1. 2; valvasores *A;* vavass. *rel.* z) *ita A. A*. β;* Blanderat. *B* 1. 3; Brandrat. *C.* a) Guillelmo *deest A. A*. β. Par.* b) sibi *add., sed del. β.* c) Labesl. *C* 2; Wladisali *A;* Wladislai *A*;* W. *β* Ladzlei *Par.* d) h^c *A;* hoc *A*.*

fuerint a Mediolanensibus, eos[a] *eis libere reddant, ut illi* 1158. *secure*[b] *eos habeant, si*[c] *pretaxata capitula ab eis observata fuerint. Tres vero principes Alemanniae dextras dabunt, quod obsides illi qui ultra montes deferentur, si qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur.*

Consules vero qui nunc sunt ex auctoritate et conces- 1159. *sione domni imperatoris usque ad Kal. Februarii proxime* *Febr.* 1. *venturas perseverent et pro consulatu suo domno imperatori iurent. Venturi vero consules a populo eligantur et ab ipso imperatore confirmentur, quorum medietas ad ipsum veniat, dum in Longobardia fuerit; alias autem eo existente, duo ad eum ex*[d] *consulibus veniant et iuramento facto officium consulatus sui a domno imperatore recipiant pro se et [pro*[e]*] sociis*[f] *suis, facturis idem*[g] *iuramentum domno imperatori coram communi suae civitatis. Si autem legatus a domno imperatore*[g*] *destinatus fuerit in Italiam*[h]*, eadem coram ipso et*[i] *per ipsum fiant.*

Legati vero domni imperatoris in Italiam directi, si civitatem adierint, in palatio sedeant et placita ad eos delata ad honorem imperii diffiniant.

Antequam castra ab obsidione moveantur, captivi omnes reddantur in potestatem regis Boemi[k]*, qui et securitatem per se et honestos principes eis faciat, quod captivos illos domno imperatori reddet*[l]*, si eis domnus imperator pacem fecerit cum Cremonensibus*[m]*, Papiensibus, Novariensibus, Cumanis*[n]*, Laudensibus, Vercellensibus; non solum autem Mediolanensibus, verum etiam confederatis eorum*[o]*, Terdonensibus, Cremensibus et Insulanis*[1]*, salvo honore domni imperatoris et illibatis amicitiis Mediolanensium et in suo statu permanentibus. Si vero pax eis cum predictis civitatibus facta non fuerit, captivi veteres*[p] *eis reddantur, nec ob id gratia domni imperatoris ipsi et amici eorum priventur.*

Regalia, veluti monetam, theloneum[q]*, pedaticum, portus, comitatus et alia similia, si qua sunt, commune Mediolanensium*[r] *dimittet et ultra se non intromittet, et si*

a) eis eos *B* 1. 3. — eis *deest Par.* b) eos secure *A. A*;* securos eos *Par.* c) quattuor illa *add. Par.* d) de *β. B* 1. 3. e) pro *deest β. B. C. Par.* f) suis soc. *A*;* consortibus *β.* g) idem — civitatis *om. A*.* g*) ad hoc *add. Par.* h) Italiae partes *B.* i) fiant et per ips. *β.* k) Boemie, *nescio an rectius β. Par.;* Bohemi *corr.* Bohemie *A** 1, *et ita A** 2. l) reddat *C* 2. m) Cremensibus *A. A*, perperam.* n) Cumanis *om. A.* o) spiritaliter (*leg.* specialiter) *add. Par.* p) vestes *B* 3. q) *ita β. B* 1. *C* 1; theolonium *A. A*;* thelonum *B* 2; theoloneum *C* 2. r) Mediolañ *A. A*. B* 1. 3; Mediola. *β;* Mediolanense *Par.*

1) *[Cf. infra IV, 30].*

1158. *quis*[a] *per* *usum*[*][1] *haec*[b] *optinere voluerit*[c] *et iusticiam inde coram domno imperatore vel nuncio eius facere noluerit*[d], *Mediolanenses vindictam de eo pro sua possibilitate sument in persona et possessione et regalia domno imperatori restituent sine fraude et malo ingenio.* *p. 441.

Hoc pacto et ordine[e] *domnus imperator Mediolanenses et*[f] *Cremenses cum*[g] *CXX marcarum emendatione*[2] *in*[h] *gratiam suam recipiet et eos et*[i] *amicos eorum in plena curia publice a banno absolvet et captivos eorum omnes, veteres et novos, eis*[k] *reddet, statim postquam obsides*[l] *imperatori dederint et captivos tam veteres quam*[m] *novos in manum regis Boemorum reddiderint. Datis autem obsidibus et captivis, altera die vel tercia exercitus ab obsidione recedet*[n], *et domnus*[o] *imperator Mediolanenses et eorum*[p] *res clementer*[q] *tractabit.*

Commune Mediolani prefatas conditiones servabit plenarie, bona fide, sine[r] *fraude et malo ingenio, quantum non permanserit*[s] *per iustum impedimentum et*[t] *per parabolam*[u] *Friderici*[v] *Romani*[w] *imperatoris vel nuncii eius aut*[x] *eius*[y] *successoris.*

Collectam predictae pecuniae liceat modo facere Mediolanenses[z] *ab his quos in sua societate habere consueverant, preter Cumanos, Laudenses*[a] *et eos qui de comitatu Sifriensi*[b] *fidelitatem domno imperatori nuper iuraverunt*[3].

(42). XLVIII.[c] Talibus pacis condicionibus utrimque receptis, Mediolanum in gratiam reditura hoc ordine talique specie, fide publica accepta, cum suis ad curiam venit. Inprimis clerus omnis et quique[d] fuerant[e] aeccle-

*) divisum *β. B;* violentiam *C.*

a) quas *B* 1. 3; quis *corr.* qui *C* 1. b) h' (hoc) *A.* c) voluerunt *β. B;* voluerint *C* 1. d) voluerit *A;* noluerunt (noluert) *β;* noluerint *C.* e) hoc ord. *B* 1. f) et *deest β. B* 3. *C.* g) speciali *add. Par.* — *verba* Cremenses — emendatione *hic perperam intrusa esse suspicatur Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 367; *similiter iudicat Gundlach, 'Heldenlieder' III, p.* 655, *n.* 1, *sed nulla probabili causa.* h) in grat. suam *om. B.* i) et *om. A. A*.* k) redd. eis *A*.* l) domno imp. obs. *Par.* m) quam *om. B;* tam nov. quam vet. *A*.* n) recedit *B* 1. 3. o) dñs *C.* p) horum *A*.* q) secundum clementiam suam clementer *Par.* r) sine *om. β.* s) permanserint *A;* remanserit *Par.* t) vel *Par.* u) domni *add. Par.* v) gloriosissimi *add. Par.* w) Romanorum *Par.* x) vel *A*.* y) succ. ei. *B* 1. z) predictis Mediolanensibus *Par.* a) Laudanenses *A. A*;* Laudunenses *β. B* 1. 2. b) Sefrensi *C;* Sepriensi *Par., ubi h. l. add.* nuper. c) Capitulum XLVI. *A.* d) qui *A** 1; *om. A** 2. e) *sic codd.*

1) *Ita Rahewinum scripsisse, sed post mutasse putaverim. [Sed* per divisum *etiam Par.; infra IV,* 7: de regalibus, quae . . . seu temeritate pervadentium seu neglectu regum imperio deperierant; *IV,* 8: presumptione*].* 2) *[Sc. a Cremensibus solvenda].* 3) *[Cf. quae sequuntur Constit. I, p.* 243*].*

siastici ordinis[a] ministri cum archiepiscopo suo, pre- 1158.
latis crucibus, nudis[b] pedibus, humili habitu; deinde consules et maiores civitatis, item abiecta veste, pedibus nudis, exertos super cervices gladios ferentes. Erat autem ingens spectaculum, validissima constipatio multorumque, qui mitioris ingenii erant[c], commiseratio, cum viderent[d.1] paulo ante superbos et de factis impiis arrogantes ita nunc humiles esse ac tremere, ut miseranda esset, quamquam in hoste, tanta mutatio. Omnis[2] denique militia loca, ubi tantum stare possent, prevenerant, imperatori et principibus quantus ad spectandum[e] locus sufficeret et venientibus vix concesso necessario transitu. Divus[3] ergo augustus placido eos vultu intuens ait laetum se esse, cum tam claram civitatem tantumque populum Deus commonuerit, uti aliquando pacem malint quam bellum[4], quodque sibi dempserint acerbam eos persequendi necessitatem, seque malle devotis et volentibus quam coactis imperitare[f]. Atque hoc si a[g] principio illis[h] placuisset, mali nil[i] perpessos, plurima vero bona[k] accepisse. Quoniam[l] autem divinae placuerit[m] ordinationi, vim et gratiam imperii eos experiri, studendum illis esse, quo facilius errata superent, penitudinem eos facti habere; vinci se posse citius obsequio quam bello; prelium[n.5] incipere quemvis etiam ignavum posse[o], caeterum finem penes victores esse. Ad[p] haec illi summisso vultu, supplici voce[6] pauca pro delicto suo verba faciunt: se non hostili animo nec ad oppugnandum imperium arma cepisse, sed terminos patrum suorum, iure* omni modo suos factos, vastari a suis gentilibus[q] pati nequivisse; de caetero, si modo sibi parcatur, velle

*) iure belli[r] *C.*

a) ordinis *deest A**. b) nudisque *A. A**. c) fuerant *β. B* 1. d) videret *B* 1. 3. e) spectaculum *C.* f) *ita A. A** 1. *C (sed* it *superscr. C* 1*)*; impertire *β. B* 1. 3; imperare *A** 2. *B* 2. g) in *A**. h) eis *C* 1; eis a princ. plac. *C* 2. i) nichil *A. A**. k) acc. bona *C.* l) *littera* Q *minio adornata C* 1. m) placuit *A** 1. *B* 2. n) bellum *A* (Bellum). *A**. *(Sall.)*. o) posse *om. A**. p) *novum cap. inc. B; littera* A *minio adornata C* 1. q) gentibus *A**. r) *ita etiam Sallust.*

1) *[*viderent — mutatio *ex Ioseph. Bell. Iud. VII,* 16*]*. 2) Omnis — transitu *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 24. *conformata.* 3) *Sequens capitis pars [*Divus — nequivisse, *l.* 30, *praecipue] ad Sallust. Iug.* 102, 5. 6. 12. 13. *conformata.* 4) *[Cf. supra III,* 45, *p.* 218, *n.* 8*]*. 5) *[*prelium — esse *ad Sallust. Iug.* 83, 1. *conformata]*. 6) *[Sallust. Catil.* 31, 7: demisso voltu, voce supplici; *cf. supra p.* 195, *n.* 2*]*.

1158. eniti, ut, malorum metu liberi[a], propensius[b] erga se benivolentia imperialis[c] et gratia conservetur.

(43). XLVIIII. Recitatis[d] mox quae in scriptum redactae fuerant condicionibus pacis, cum assensus ac favor omnium accessisset, pacem dextrasque accipiunt, signumque imperialis vexilli in civitate receptum pro indicio[e] victoriae erigitur. Inmensa laeticia continuo in castris, gaudium in civitate, gratulatio circa captivos, quos ad pedes imperatoris magno ac longo ordine venientes noti et propinqui pre gaudio multis lacrimis obortis excipiunt, miserantes in eis vultus pallidos, sordidum habitum, fedam macilentiam, eos, quos inberbes et iuvenes noverant, modo senio, canicie et carcerali squalore ignotos. Quanta laeticia quantusque concursus, dum pater filium, fratrem frater, generum socer, affinis cognatum diu perditum invenit, inventum gratulabunda voce salutat, amplexatur, alius[1] alium[f] laetus appellans familiari secum alloquio confabulatur! Quod si de regum antiquorum fastu quicquam in[g] pio ac mansueto fuisset principe, huius diei laeticiam inter sollempnitates *reliquas semper celebrem aput Italos[h] constituisset. *p. 442.
Sept. 8. Actus est hic triumphus VI. Idus Septembris.

(44). L.[i] Princeps Romanus a Mediolano castra movens aput Modoicum[k], sedem regni Italici[2], coronatur[3]. Quam aecclesiam iam dudum a Mediolanensibus subactam ac fere destructam pristinae libertati reddidit sedemque propriis expensis magnifice reparari precepit[4]. Cumque[l] in subactione tantae civitatis ex maxima parte motus Italorum repressos speraret, magnam partem exercitus

a) *ita codd. omnes.* b) propensis *β. B* 1. 3. c) imperialisque grat. *A**. d) Recitatisque *A. A*; nulla cap. dist. A. A*. β; novum cap. a verbis* Inmensa laet. *(l. 7) inc. A* 2.* e) iudicio *A. A*. B* 1. f) alterum *β. B* 1. 3. (alium *etiam Sallust.*). g) impio *corr.* in pio *A;* impio *A*. B* 1 *(post corr.* imperio*).* 3; inpio *β;* ac impio mansueto *alio atram. corr.* in pio ac mansueto *C* 1; in maus. ac p. *C* 2. h) Ytalias *A** 1; Ytalicos *A** 2. i) Capitulum XLVII. incipit *A; nulla cap. dist. β.* k) Modaicum *A. A*;* Modicum *β.* l) *novum cap. inc. (littera magna initiali minio picta) β.*

1) *[*alius — appellans *ad Sallust. Iug.* 53, 8. *conformata; cf. etiam supra III,* 38, *p.* 211, *n.* 4*].* 2) *[Cf. infra IV,* 11; *Ottonis Chron. VII,* 17, *p.* 334; *Ligurin. VIII,* 302 *sqq.; Gesta di Federico I. in Italia, ed. Monaci, v.* 208 *sqq., Fonti per la storia d'Italia I, p.* 11 *sq.].* 3) *Id est 'coronatus incedit'; vide Muratori Annales ad h. ann. W. [Cf. etiam Waitz, 'DVG.' ed.* 2. *VI, p.* 223, *n.* 3; *Kroener, 'Wahl und Krönung der deutschen Kaiser und Könige in Italien', Freiburg i. B.* 1901, *p.* 64—66; *K. Haase, 'Die Königskrönungen in Oberitalien', Strassburg* 1901, *p.* 43. 45; *Sturm, 'Der Ligurinus' p.* 98 *sqq.].* 4) *[Cf. infra IV,* 86*].*

cum suis obtimatibus ad propria redire permittit. Inter quos primus erat rex Boemorum, dux quoque Austriae cum copiis Ungarorum, Arnoldus presul Maguntinus[a], dux Bertolfus[b] Burgundiae, comites et marchiones magnaque pars nobilium. 1158.

His[c] cum summa alacritate dimissis, ipse ad ordinanda caetera Italiae negotia animum intendit. Iam[d] vero tantus pavor totam terram occupaverat atque formido, ut palam quidem nemo rebellaret, occulte autem concepta corde malitia plerique illorum non carerent.

LI.[e] Quidam enim de Veronensibus, dum castrum regale[f] Garda vocatum[1] **Turisindus* civis eorum cum suis fautoribus** occupasset, id imperatori reddere[g] iussi *[cum]*[h] omnimodis detrectarent, hostes iudicati sunt suaeque temeritatis nonnullos civium Veronensium socios et consentaneos habuerunt. Quocirca imperator eo versus descendens, infra Veronam fluvium Athesam[i] inopinato transvadavit, eorumque territorium, quod longo tempore inviolatum nullum[k] hostem metuerat, pervagatus aliquantisper militem agros vastare, castella diripere atque inflammare permisit. Recte quidem, quo et hostibus rebellandi metum incuteret ac eorum, qui in hac parte immunes essent, saluti consuleret. Denuo revertens[l], sicut et[m] antea Athesam[n] vado transivit, nullo pontis vel navigii egens adminiculo. Tanta siquidem caeli clementia, tanta erat[o] terrae fertilitas, tanta maximorum fluviorum ariditas et contracta violentia, ut elementa ipsa fortunae[p] divi imperatoris famulari eiusque favere votis dicerentur. (45).

LII.[q] Unde factum est, ut hisdem diebus cum de civitatibus universis obsides exhiberentur ac Otto[r] pa-

*) quoddam[s, 2] occupassent idque[t] *A. A*. β.*

a) Magont. *B* 1. 3. *C* 1; Mogunt. *C* 2. b) *ita B* 1. *C;* Bertolf *β;* Berhtolfus *B* 3; B. dux Burgundie *A. A**. c) *novum cap. h. l. inc. B.* d) *magna littera initialis minio picta novusque versus inc. C* 1; *nov. cap. inc. C* 2. e) *nulla cap. dist. A. A** 1. *C.* f) N. de ueronensibus dum castrum regale *add., sed verbo* vacat *del. A.* g) dedere *A**. h) cum *deest A. A*. β. B.* i) Atesam *A. β. C* 1. k) nullumque *A. A**. l) revertentes *B* 1. 3. m) et *deest A**. n) Atesam *A. β. B* 1. *C* 1. o) erat *om. A. A**. p) fortitudine *C* 2. q) *nulla cap. dist. A. A** 1. *C* 2. r) O. *A. A*. β.* s) q̄‖dam *β;* quidam *legendum putavit Waitz, sed cf. iam supra l.* 11. t) id *β.*

1) *[Cf. Scheffer-Boichorst, 'N. Archiv' XIX, p.* 575 *sqq. XX, p.* 200 *sq.* 259; *Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 369*].* 2) *[Cf. e. gr. III,* 32, *p.* 206. *IV,* 41*].*

1158. latinus comes de Baioaria Ferrariam[a] ad id negotium promovendum destinatus fuisset, alveum, quo se Padus ad munimentum civitatis partitur, absque navibus transmeans, inprovisus ac inopinatus supervenit, ordinatisque ad votum rebus[b] omnibus, XL vadibus acceptis, rediit[c]. Ea res finitimos plurimos exterrens, incredibilis visa est pro[d] eo, quod Ferraria, Pado ibidem instagnante et paludes inpermeabiles faciente, munimento locorum fidens, omnem viciniam suam intrepida ac superba rideret atque despiceret. Dehinc cum Eridani fluenta ad disponenda regalia predia domus Mehtildis[e] transmearet[1], turbam calonum[f], meretricum et lixarum, quae se exercitui plurima inmiscuerat militumque[g] animos effeminare poterat, antiquorum imperatorum exemplo[2] propellendam ac deterrendam decernit[h].

(46). LIII.[i] Inter haec, cum tota Italia sub silentio ageret et bellorum inquietudinem pacis tranquillitate commutasse videretur, Fridericus deperisse sibi ratus tempus, in quo non aliquod[k] magnificentiae[l] suae[m] monimentum[n] prestitisset[3], novam civitatem Laudensibus fabricare adorsus est[4], ubi, si forte Mediolanenses pristinas inimicitias refricando clades suas inciderent, ab eorum incursu securiores existerent. Maxima ergo providentia, maximo pietatis obsequio iuxta fluvium Adduam locum elegit[o], ex omni parte fluminis ambitu munitum, uno tantum **mediocri**[p] aditu muro et vallo sepiendo. In cuius civitatis fabrica ingentes sumptus expendens liberalitatis suae singulare prebuit argumentum[5]. Deinde generalem curiam omnibus Italis[q] civitatibus et primori-
Nov. 11. bus aput Roncalias[r] in festo beati Martini celebrandam indicit, ubi et leges pacis promulgaret et de iusticia regni, quae multo iam tempore aput illos obumbrata in desuetudinem[6] abierat, pernecessaria sapientum[s] collatione dissereret diuque obsoletam elucubraret.

a) Ferariam *β. B* 1. 3. *C* 1 *semper.* b) omn. reb. *C.* c) redit *B* 1. d) pro *deest C.* e) Methildis *A. A*. C* 1; Melchidis *β;* Mathildis *B* 1. 3. f) colonum *A*.* g) que *om. β. B* 1. h) decrevit *A*;* decrenit *(sic) β.* i) Capitulum XLVIII. *A.* k) aliquid *A. A*.* l) magnifice *C* 2. m) suae *deest C.* n) monumentum *β.* o) eligit *β. B* 1. 3. p) *ita A. A*. β;* mediocri *deest B. C.* q) Ytalie *A*.* r) o *corr., ut vid., ex* a *A;* Runc. *A*. β.* s) sapiencium *A.*

1) *[Sc. imperator, cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 172. *VI, p.* 369*].* 2) *[Cf. Sallust. Iug.* 45, 2*].* 3) *[Cf. supra p.* 183, *n.* 5*].* 4) *Privilegium civitati a Friderico concessum est die* 3. *Dec. a.* 1158; *Stumpf nr.* 3832. 5) *[Cf. infra IV,* 86*].* 6) *[Cf. Iustinian. Inst. prooem.* § 5; *supra Epist. Friderici p.* 1; *infra IV,* 4*].*

LIIII.[a] Circa idem tempus Manuele Constantinopolitano[b] imperatore circa partes Antiochiae[c] contra Turcos cum exercitu morante, unus de servis palatii, 1158. (47). *p. 443. caniclinus videlicet, quem *nos cancellarium dicere possumus, principi suo fraudem molitus est. Tres siquidem audacissimae temeritatis iuvenes infinita corruptos pecunia ad occidendum imperatorem pellexerat[d], ipseque statuta die, quando id facinus patrari debuerat, ad occupandum aput urbem simul cum imperiali palatio imperium magnis instructus copiis prestolabatur. Tantum regis periculum cum imperatrici[e, 1] per occultum indicem revelatum fuisset, illa magnitudine sceleris perterrita quam velocissime marito proditionem significat; sicque detecto dolo, comprehensis sicariis[f], prevento criminis auctore et capto, de omnibus condigna sumuntur supplicia. Caniclinus etenim, primo effossis oculis, lingua perforato[g] gutturi transmissa, sine miseratione miserabili morte vitam finivit.

[EXPLICIT[h] LIBER III].

[INCIPIUNT[i]] CAPITULA QUARTI LIBRI.

I. Quod[k] Fridericus ad[l] celebrandam curiam in campestribus Roncaliae[m] castra[n] metatus est.

II. De dispositione tabernaculorum [principis[o]].

III. Qui principes affuerint[p], et de triduana consultatione **principis**[q].

IIII. Oratio[r] eiusdem exhortatoria.

V. Subsequens favor episcoporum et eorum responsio[s].

VI. Quomodo singulis diocesanis[t] singulos iudices prefecerit.

VII. Quomodo[u] regalia sua ab Italis receperit.

VIII. Quibus ea denuo habere concesserit.

a) Capitulum XLIX. incipit *A*. b) Constantinopoł *A**; Constantinopołi *B* 3. c) Anthiochie *A*. *β*. d) perlexerat *A*. *A**. *B* 3. e) imperatrice *A** 1. *B* 1. f) vicariis *β*. *B* 3; ficariis *B* 1. g) perforata *β*. *B* 1. h) *ita B* 1. — *liber IV. nonnisi a cap.* 11. (Cremonenses et Placentini *etc.*) *incipit A. A* 2, cf. p.* 245, *n.* x; *reliqua pars paginae vacua, tum folium excisum, sequens* (97) *incipit IV*, 1. *C* 1. i) *ita B* 1; Incipiunt capitula in librum quartum *B* 2; capitula libri quarti *A;* Rubrice et capitula libri quarti *A*;* Capitula libri IIII[ti] *C* 1; Capita quarti libri *C* 2; *des. β. B* 3. k) Quid *β, et ita post (cf. supra p.* 5. 99. 164*);* Quomodo *C* 2. l) ad *om. A*. m) Rocanlię *B* 1. n) castra *om B* 3. o) principis *deest β. B* 1. *C* 1; exercitus *C* 2; *cf. l.* 25. p) affuerunt *A**; in illa curia *add. C* 2. q) *ita β. B* 1. 3; principis *h. l. deest A. A*. C, sed cf. l.* 26 (eiusdem). r) Item oratio imperatoris per interpretem ibidem habita *C* 2. s) ab archiepiscopo Mediolanensi prolata *add. C* 2. t) diocesianis *B* 1. *C* 1 *(sed secundum* i *alio atram. superscr.).* u) Item quom. regal. Itali in manus principis resignaverint et quibus *C* 2, *ubi haec coniuncta.*

1) *[Cf. supra I,* 24. 25. *III,* 6, *p.* 37. 41. 171*]*.

VIIII. Quod princeps magistratus civitatum ordinare debeat et quod obsides accepit[a] ab omnibus.

X. De legibus[b] ibi promulgatis.

XI. De controversia Cremonensium et[c] Placentinorum[d].

XII. De nunciis[e] in Sardiniam et Corsicam *directis[f]* et de Ianuensibus[g].

XIII. Quod[h] imperator natale[i] Domini aput Albam celebrans nuncios pro colligendo fodro undique direxit, et de terra Mehtildis[k].

XIIII. De morte Ottonis[l] episcopi[m].

XV. De conflagratione[n] Frisingensis aecclesiae.

XVI. Quae prodigia hanc cladem precesserint[o], et[p] quod Albertus Ottoni[q] successerit.

XVII. De exustione Spirensis aecclesiae et morte aliorum[r] principum.

XVIII. Quod Romanus pontifex iterum occasiones quesivit adversus Fridericum[s].

XVIIII. Rescriptum imperatoris[t] ad papam pro confirmatione electi Ravennatis[u].

XX. Item[v] epistola et responsum[w] papae ad ipsum.

XXI. Item[x] de simultate orta inter principem et[y] urbis Romae episcopum.

XXII. Epistolae de hoc a[z] diversis transmissae[a].

XXIII. Qua[b] occasione Mediolanenses iterum tumultuari coeperunt et ab imperio deficere.

XXIIII. De nunciis Grecorum et regis[c] Franciae regisque[d] Angliae, regis[c] quoque Ungariae[e].

XXV. Conquestio Friderici de[f] Mediolanensibus[g].

XXVI. Responsio principum et invectiva oratio[h].

XXVII. Mediolanenses in causam ponuntur, et[i] insipiens eorum responsio[k].

XXVIII. Fridericus denuo transmontanos adscivit.

a) acceperit *C* 2. b) leg. quas imperator promulgaverat, videlicet de feudis et de pace non violanda *C* 2. c) et *om.* β. d) Item de controversia pro Modoicio (Modoico *C* 2) *add. C.* e) imperatoris *add. C* 2. f) directis *deest A. A*;* missis *C* 2. g) subactis *add. C* 2. h) Quid *β, et ita post (cf. supra p.* 5. 99. 164. 229*);* Quomodo *C* 2. i) nativitatem *A.* k) *ita C;* Methildis *A. A*;* Mechtildis *β;* Mathildis *B* 1. 3. l) Othonis β. m) Frisingensis *add. C* 2. n) flagratione *A. A*. β.* o) precesserunt *A**. p) et — successerit *om.* β. q) Othoni *B* 3. r) episcoporum ac *add. C* 2. s) imperatorem *A. A*;* imperatorem Fridericum *C* 2. t) Friderici *add. C* 2. u) Ravenatensis *A;* Ravennensis *C.* v) Item — ipsum *des. B* 1. 3; Epistola responsiva Adriani papae ad imperatorem *C* 2. w) *ita β. C* 1; responsio *A. A*.* x) Item *deest β. C* 2. y) et *om.* β. z) a *deest A*.* a) Alia epistola eiusdem ad Romanum pontificem *add. C* 2. b) Qua — deficere *om. B* 3. c) rege Fr. regeque Angl. rege *B* 1. 3. d) ac regis *C* 2. e) ad imperatorem missis *add. C* 2. f) contra Mediolanenses *A. A*.* g) foedifragis *add. C* 2. h) contra Mediolanenses *add. C* 2. i) insip. quoque *C* 2. k) oratio *B* 1. 3.

XXVIIII. Qualiter se ad futurum bellum preparavit[a].

XXX. De Insulanis in fedus receptis.

XXXI. Quomodo[b] Placentiam ingressus fuerit.

XXXII. Quomodo exercitum revisit[c], et de[d] episcopo Babinbergense[e].

XXXIII. Quod[f] ex sententia iudicum[g] Mediolanenses hostes pronunciantur.

XXXIIII. De[h] legatis Romani pontificis[i] et causa itineris.

XXXV. Responsum principis.

XXXVI. Quorum consilio contentio haec decidenda fuerat, et rescriptum[k] principis de hoc.

XXXVII. Quomodo Mediolanenses castrum Trecium expugnaverint[l] et funditus destruxerint[m].

XXXVIII. Quomodo Fridericus ad vindicandam[n] regni iniuriam animum intendit.

XXXVIIII. Quomodo[o] variis eos[p] modis afflixit.

XL. De clade Mediolanensium.

XLI. Item[q] de eodem.

XLII. De clade Brixiensium.

*p. 444. *XLIII. Quomodo Mediolanenses contra[r] vitam principis cum quodam consilium inierunt[s].

XLIIII. Quomodo[t] novam Laudam nocte per quosdam incenderint[u].

XLV. De[v] insidiis cuiusdam[w] per toxicum.

XLVI. De adventu imperatricis et ducis Baioariae[x] in Italiam, ducis quoque Welfonis[y].

XLVII. Hortatu Cremonensium Cremenses hostes iudicantur.

XLVIII. Crema obsidione cingitur, et quomodo ibidem pugnatum sit.

XLVIIII. De legatis senatus populique Romani et de his, qui ad eos missi.

L. De his quae ibidem et circa Urbem[z] patraverint[a].

a) preparat *β*; praeparaverit *C* 2. b) et quom. Plac. ingressus sit *C* 2. c) reviserit *C* 2. d) de Eberhardo ep. *C* 2. e) *ita h. l. B* 1. 3; Babū *β*; Babunbergense *C* 1; Babenbergensi *C* 2. f) Quomodo *C* 2. g) iudic̄ *C* 1; iudicis *A. A*. β. C* 2. h) Item de *C* 2, *hoc cum praeced. iungens.* i) De Romani pontificis causa itineris *B* 3; causa itineris *superius post c.* 32. *C* 1; et caus. it. *des. β. C* 2, *ubi pergitur:* et responsione princ. k) rescripcio *β*. l) expugnaverunt *A. β*. m) destruxerunt *A. β*. n) vindinc. *B* 1. o) et quom. *C* 2, *hoc cum praeced. coniungens.* p) *ita β. B. C* 1; mod. eos *A. A**; var. mod. Mediolanenses afflixerit *C* 2. q) It. de eod. *des. C* 2. r) in *A. A**. s) inierunt *corr.* inierint *B* 1; inierint *C* 1. t) Mediolanenses *add. C* 2. u) incenderant *A*; incenderunt *alio atram. corr.* incenderint *C* 1. v) et de *C* 2, *hoc cum praeced. iungens.* w) eius *A. A**. x) *ita h. l. etiam A*; Babarie *β*. y) Belfonis *β*; Guelfonis *C*. z) u. Mediolani *C* 2 *perperam.* a) patrata fuerint *C* 2.

LI. Quomodo[a] a Mediolanensibus contra principem male pugnatum est[b].

LII. De obitu Adriani papae et scismate Romanae[c] aecclesiae.

LIII. Quod imperator in propria persona ad obsidionem Cremae venerit, et quod[d] diversis modis ibi pugnatum sit.

LIIII. Iterum[e] absente imperatore graviter certatum[f] est.

LV. Item[g] de eodem.

LVI. De pena, quam princeps in captivos eorum exercuit, et[h] de insania Cremensium.

LVII. [**]Item[**][i] de varia illorum miseria et [de[k]] miserabili conquestione eorum[l].

LVIII. Quomodo Mediolanenses de obsidione cuiusdam castri fugati sunt[m].

LVIIII. Quod[n] Placentini pro[o] perfidia sua hostes pronunciati sunt[p], et[q] recapitulatio de[r] scismate Romanae[s] aecclesiae.

LX. Quando[t] hic vel ille consecratus sit, et de hoc epistola unius[u].

LXI. Item[v] epistola alterius pro sua parte.

LXII. Epistola cardinalium unius[w] partis.

LXIII. Item[x] epistola cardinalium[y] alterius[z] partis.

LXIIII. Quod pro terminando[a] scismate princeps ad se utrasque partes invitat.

LXV. Epistola imperatoris[b] de hoc.

LXVI. Item epistola eiusdem[c] ad transmontanos episcopos[d].

LXVII. De calliditate Cremensium contra nostros.

LXVIII. Item[e] de expugnatione Cremae per machinas.

LXVIIII. De ultimo et atrocissimo certamine ibidem patrato.

a) et q. *C* 2. b) sit *C* 2. c) Romanae *deest β*. d) quomodo *C* 2. e) Item *A*; Quomodo *C* 2. f) cert. est *superius post c.* 52; *verba extrema c.* 53 (pugnatum sit) *supra c.* 54. *C* 1; pugnatum sit *C* 2. g) It. de eod. *des. B* 1. *C* 2. h) Item de *C* 2. i) Iterum *C* 1; *deest β. B. C* 2. k) de *deest B. C*; de miserabili *des. β*. l) eorum *deest β. B* 1, 3; eorum conquestione *C* 1; illorum conqu. *C* 2. m) sint *C* 2. n) Quomodo *C* 2. o) pro *om. C* 2. p) sint *C* 2. q) et *deest C* 2. r) de scism. *om. B* 1. 3; de cismate *alio atram. a scriba in marg. suppl. A*. s) Romanae *deest β; cf. n.* c. t) et quando unus consecr. *C* 2, *hoc cum praeced. iungens*. u) eius *C* 2. v) Quando Rolandus consecratus sit et de hoc epist. eius pro sua parte *C* 2. w) ex parte Victoris papę *B**. x) Item *deest β. C* 2. y) cardinalium *deest B* 1. 3. z) ex parte Alexandri *B**. a) terminanda lite *B* 1. 3. b) ad Rolandum et caeteros cardinales *add. C* 2. c) principis de eadem re ad episc. transm. *C* 2. d) episcopos *om. β*. e) Item *deest B* 1. *C* 2.

[EXPLICIUNT[g] CAPITULA].

INCIPIT LIBER QUARTUS.

I.[h] Iam dies placiti affuit, quae Romanum prin- 1158.
cipem ad campestria Roncaliae, sicut fuerat condictum[1], Nov. 11.

a) Qualiter *C* 2. b) Cremae *om. B* 1. c) concilii *ead. manu in marg. suppl. A.* d) prolongaverit . . . tractarint *C* 2. e) Aquilegiensis *A*;* Aquileiensis *C* 2. f) cum Cremensibus *add. C* 2. g) Chrema *h. l. B* 1. h) hortacione *β.* i) dederit *C* 2. k) pro p. Vict. *des. β.* l) Item *deest C* 2. m) supplicibus *A. A* (corr. ut videtur A** 2*), sed cf. infra IV,* 77 (verbis simplicibus). n) posita *C* 2. o) Qualiter *C* 2. p) ratihabitionem *A* (rati habicōem). *B* 1; rati habitacon̄ *β;* rati habitatione, ta *alio atram. expunct. C* 1. q) que *deest B* 1. r) directa *deest A. A*.* s) hincinde directa *add. C* 2. t) Babenb. *C* 2; Babenburgen̄ *β.* u) de eadem re *add. C* 2. v) Item *deest C* 2. w) cuiusdam sapientis *B*;* ad episcopum Saltzburgensem de eadem re *add. C* 2. x) episcopo *C* 2. y) *ita A. B* 1. 3. *C* 1; Iuuanense *β;* Iuvaviense *C* 2. z) *ita codd.;* acceperit *C* 2 *(ed. pr.);* et de vita et moribus eiusdem *add. C* 2. a) ad *C* 2. b) Gretiam *h. l. B* 1. *C* 1. c) abire *C* 2. d) permiserit *C* 2. e) eius var. *C.* f) Finis Libri. 87 *add. β;* Finis Libri *add. C* 1; Epilogus operis. Finis *add. C* 2. g) *ita B* 1. 2; *des. A. β. B* 3; Liber quartus *in marg. rubro post add. A* 1; Sequitur liber quartus *A** 2; Incipit liber quartus a curia Roncaliae, terminans in concilio Papiensi *C* 1; Liber — Papiensi *etiam C* 2. h) Capitulum L. incipit *A (cf. supra p.* 229, *n.* h*).*

1) *[Cf. supra III,* 53, *p.* 228*]*.

1158. invitabat. Veniens ergo cum multo comitatu super litus Eridani tentoria *ponit, Mediolanensibus, Brixiensibus *p. 445. et compluribus aliis in altera parte fluminis e[a] regione castra metantibus. Confluunt ex omnibus[b] regni partibus cum magna frequentia archiepiscopi, episcopi multique alii aecclesiastici ordinis viri, duces, marchiones, comites et proceres, consules et civitatum iudices. In quibus quanta fuerit diversitas et linguarum et nationum, varietas tabernaculorum demonstravit. Quorum quidem dispositionem quia non casus sed ordo rationis et ratio ordinis omni licet tempore designare consueverit, hoc tamen loco negligenter transeundam non putavimus.

II.[c] Nempe antiquam Romanae militiae consuetudinem Romani miles imperii adhuc [etiam[d]] observare solet, ut videlicet, quotienscumque[1] in hostilem terram intraverint[e], castrorum primo munitioni studeant. Quae quidem neque iniquo loco erigunt neque[f] inordinate describunt, sed in plano et campestri, et, si quidem inequale solum fuerit, quoad[g] fieri potest complanatur. Dimensio autem sepissime vel in orbem vel in quatuor angulos designatur. Nam et fabrorum et opificum multitudo et mercatorum copia, quae quantum usus poscit sequitur exercitum, cum suis papilionibus ac[h] ergasteriis aut suburbiorum, si in quadro, aut, si in gyro, ambitus eorum extrinsecus muri faciem prefert. Intus autem castra vicis apte distinctis dirimunt plateasque et portas assimilant[i], tam iumentis aditu faciles quam ipsis, si quis urgeat, intro currentibus sufficienter latas, ut quasi repentina quedam civitas existat. Medio *autem[k] ducis vel* principis tabernaculum templo simillimum, circaque rectorum et primatum, ut quemque decet suo ordine; armisque septi milites per contubernia cum decore et laeticia in tentoriis agunt et militiae disciplina pacis ocio velut in procinctu positi exercentur. His ita[l] dispositis, castra Ligurum[m] et eorum Italorum, qui aliud litus Padi[n] insederant, pons medius infra biduum iussu principis confectus cum castris nostrorum continuavit.

a) castra e reg. *A**. b) omni *C* 2. c) *nulla cap. dist. A. A**. d) etiam *deest β. B. C.* e) intraverit *A. A**. f) nec *A. A**. g) id *add. A**. h) et *A**. i) assimulant *β*. k) Medio alicuius pr. *A. A* perperam.* l) itaque *β*. m) Lyg. *A.* n) insed. Padi *A. A**.

1) *Castrorum descriptio* [quotienscumque — exercentur, *l.* 34] *ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 3. *conformata.*

III.[a] Porro qui principes *et[b] obtimates* eidem[c] curiae interfuisse a nobis visi sunt, ut meminimus, isti fuerunt: de cismontanis Fridericus[d] Coloniensis archiepiscopus, Eberhardus[e] Babenbergensis[f] episcopus, Conradus[g] Eistetensis[h] **episcopus**[i], Daniel Bragensis[k], Gebehardus* Erbipolensis[l], Herimannus[m] Ferdensis,[n] Conradus[o] Augustudunensis[1]; de ultramontanis Gwido[p] Cremensis cardinalis diaconus, sedis apostolicae legatus, Piligrimus[q] Aquilegiensis[r] patriarcha, N.[2] Mediolanensis archiepiscopus, episcopi Taurinensis[s], Albanensis[3], Eporegiensis[t], Hastensis, Novariensis, Vercellensis, Terdonensis, Papiensis, Cumanus, Laudensis, Cremonensis, Placentinus — Parmensem infirmitas mortalis domi tenebat —, Regensis[u], Mutinensis[v], Bononiensis, Mantuanus**, Veronensis***, Brixensis[w], Pergamensis, Concordiensis. Ravennas exarchatus eo tempore† metropolitano carebat. 1158.

His[x] omnibus cum frequentia laicorum principum, ducum videlicet, marchionum, comitum, et universarum in Italia civitatum consulibus atque iudicibus Fridericum circumstantibus[y], solis episcopis cum paucis admodum principibus [secreto[z]] consilii sui participibus iniungit, quatinus divini timoris consideratione de salubri consilio

*) N. *A. A**; H. *β*; Heinricus[4] *B.*

**) Carsidonius[5] *add. C.*

***) Omnebonum[a] *add. C.*

†) Anselmo[b] nuper[6] defuncto *add. C*; archiepiscopo suo Anshelmo nuper in obsidione Mediolani defuncto[7] *post* carebat *add. B.*

a) Capitulum LI. incipit *A.* b) et obtimates *des. A. A**. c) eiusdem *B.* d) F. *A. A**. *β. B*; F.redericus *C*1. e) Euerardus *C*1; E. *β*; F. *A. A**. f) *ita A. B. C*2; Babn̄burg. *β*; Bavenberg *h. l. C*1; Baverb. *A**. g) C. *A. A**. *β*; Chǒnr. *B*3, *et ita post.* h) Cistensis *A. A**; Cisternensis *β.* i) episcopus *deest β. C.* k) Prag. *C*2. l) Herbip. *A**. *C*2. m) Herm. *C*2; N. *A. A**. *β.* n) Fredensis *A. β*; Fird. *C.* o) Conradus *deest A. A**; Conradus Augustudunensis *des. β. B*2? *C*; Augustudensis *B*3. p) Guido *C.* q) *ita A. A**1. *β*; Piligrinus *A**2. *C*; Peregrinus *B*1. 3 *(cf. supra II,* 38, *p.* 145; *infra IV,* 70. 80*)*. r) Aquilegensis *β*; Aquileig. *B*; Aquilei. *C*2. s) Tauriensis *A*; Thauriensis *A**. t) Eporeigensis *B.* u) *ita A. A**. *B*1. *C*; Regenses *β*; Regiensis *reliqui.* v) Nunnensis *A**. w) Brixiensis *B*; Prixensis *C*1. x) *novum cap. inc. B*; *littera initialis magna nigra, sed versus non mutatus C*1. y) secreto consilii sui participibus *h. l. add., post om. A.* z) secreto *deest β. B. C.* a) *superscr.* p n. (proprium nomen) *C*1; Omnebonen̄ *C*2. b) Anshelmo *C*2.

1) *[I. e. Augustensis].* 2) *Obertus.* 3) *Legendum esse Albensem monuit Muratorius, SS. rer. Ital. VI,* 632. *W.* 4) *[Cf. infra IV,* 17*].* 5) *Qui alibi Garsendonius scribitur. [*Carsidonio *etiam infra IV,* 40*].* 6) *[A.* 1158. *Aug.* 12*].* 7) *[Cf. quae C add. infra IV,* 17*].*

1158. in Italiae rebus ordinandis ita secum deliberent, ut aecclesiae Dei pacis tranquillitate gaudeant et ius regale decusque imperii debito provehatur honore. Totum tri- (Nov. 14). duum haec consultatio absumpsit. Quarta demum die serenissimus imperator in concionem venit, sedensque in eminentiori [loco[a]], unde ab omnibus videri poterat et audiri, circumsedente eum[b] corona[c] venerandorum quos prenominavimus heroum[d], per[e] interpretem elocutus[f] est[g]:

IIII.[h] 'Cum placitum sit ordinationi divinae, ex qua omnis potestas in caelo et in terra[1], Romani nos imperii gubernacula tenere, non immerito quae ad statum eius dignitatis pertinere noscuntur, quantum Deo propitio valemus, prosequimur. Cumque imperialis maiestatis hoc esse non ignoremus officium, ut[2] studio nostrae vigilantiae ac[i] penarum metu improbi et inquieti coherceantur, boni subleventur atque[k] in pacis tranquillitate foveantur, ita novimus, quid iuris, quid *honoris tam divinarum quam humanarum legum sanctio *p. 446. culmini regalis excellentiae accommodaverit. Nos tamen regium[3] nomen habentes, desideramus potius legittimum tenere imperium et[l] pro conservanda cuique sua libertate et iure, quam, ut dicitur[4], *omnia impune facere, hoc est regem esse,* per[5] licentiam insolescere et imperandi officium in superbiam dominationemque convertere. Deo favente mores[6] non mutabimus cum fortuna. Quibus[7] initio partum est, his artibus retinere curabimus imperium. Nec[m] per nostram desidiam quemquam eius gloriam et excellentiam imminuere patiemur. Quia ergo vel[8] bello vel pace clarum fieri licet nec refert, utrum melius sit patriam armis tutare seu legibus gubernare, altero alterius auxilio indigente[9], bellorum motibus pro-

a) loco *deest β. B. C.* b) eum *deest A*.* c) coronanda *A*.* d) heroum *deest B.* e) per *om. A*.* f) locutus *A. A* 1.* g) *B 1 in marg. rubram add.* Oratio cesaris. h) Capitulum LII. incipit *A.* i) ac *deest β. B 1. 3.* k) ac *A*.* l) et *deest C.* m) Sed nec *C.*

1) *[Matth.* 28, 18: Data est mihi omnis potestas in coelo et in terra*].* 2) *[Ad* ut — subleventur *cf. Gratian. C.* 23. *q.* 1. *c.* 6; *supra III,* 29, *p.* 203, *n.* 3*].* 3) *[*regium — libertate *ad Sallust. Catil.* 6, 6. 7. *conformata].* 4) *Sallust. Iug.* 31, 26: Nam inpune quae lubet facere, id est regem esse. 5) *Ad* per — convertere *cf. Sallust. Catil.* 6, 7. 6) Fortuna simul cum moribus immutatur *ibid.* 2, 6. 7) *Cf. ibid.* 2, 4. 8) vel — licet *ex Sallust. Catil.* 3, 1. 9) *Ibid.* 1, 7.

pitia Divinitate sedatis, ad leges pacis negotia trans- 1158.
feramus. Nostis autem, quod iura civilia nostris beneficiis in summum provecta, firmata[a] ac moribus utentium approbata satis habent roboris, regnorum leges, in quibus quod[1] ante[b] obtinebat postea desuetudine inumbratum est, ab imperiali remedio[c] vestraque prudentia[d] necesse habent illuminari. Sive ergo ius nostrum sive vestrum in scriptum redigatur, in eius constitutione considerandum est, ut *[sit]*[e] honestum, iustum, possibile, necessarium, utile, loco temporique conveniens; ideoque tam nobis quam vobis, dum ius condimus, cautius previdendum est, quia, cum leges institutae fuerint, non erit liberum iudicari de eis, sed oportebit iudicare secundum ipsas'.

V.[f] His dictis, magnus favor omnium prosequitur (4).
admirantium et stupentium, quod, qui litteras non nosset quique parum adhuc supra adolescentem ageret[g] aetatem[2], in oratione sua tantae prudentiae tantaeque[h] facundiae gratiam accepisset. Surgentesque unus post unum, sicut[3] eius gentis mos est, seu ut principi suum quisque manifestaret affectum et propensiorem circa eum devotionem, seu ut suam in dicendo peritiam, qua gloriari solent, declararet[i], primo episcopi, deinde proceres terrae, post consules et missi singularum civitatum totam diem illam facundissimis sermonibus in noctem[k] usque produxerunt. Porro una omnium sententia haec erat, **a* Mediolanensi archiepiscopo prolata**:

'*Haec*[l] *est dies quam fecit Dominus; exultemus et lae-* Ps. 117, 24.
temur in ea! Vere dies haec dies[m] gratiae, dies est[n] laeticiae, qua[o] victor inclitus, triumphator pacificus[4], non belli minas intentans, non crudele aliquid vel tyrannicum intonans, sed pacis leges disquirens in[p] medio po-

*) a — prolata *des. A. A*. β.*

a) confirm. *A**. b) (antea *Inst.*). c) medio *A**. d) providentia, vi *superscr. C* 1; providentia *C* 2. e) sit *deest A. A*. β. B.* f) *A. A* novum cap. inc. a verbis* Haec est dies *(infra l. 28); littera magna initialis colore caeruleo picta, sequens colore rubro decorata β.* g) agere *B* 1. 3. h) tante facundieque *A**. i) declararent *β*. k) nocte *β. B* 1. 3. l) *praec.* Capitulum LIII. *A; littera magna initialis minio picta β.* m) gr. est dies *A*. n) est *om. A*. o) in medio populi sui *h. l. add. A. A*. β. C; quae A. A* infra, l. 32, omittunt, β et C repetunt.* p) *ita β. B. C, cf. n.* o.

1) *[*quod — illuminari *maximam partem ex Iustinian. Inst. prooem.* § 5. *deprompta; cf. supra Epist. Friderici p.* 1, *n.* 2; *III,* 53, *p.* 228, *n.* 6*].* 2) *[Cf. A. Pannenborg, 'Forsch. zur Deutschen Gesch.' XI, p.* 178 *sq.].* 3) *[Cf. Sallust. Iug.* 6, 1; *Apoll. Sidon. Epist. I,* 2, *Auct. ant. VIII, p.* 2*].* 4) *[Cf. supra p.* 146, *n.* 1*].*

1158. puli sui mitissimus residere dignatur. Felix tandem Italia post multa secula inventa, quae modo principem invenire meruisti, qui nos[a] homines, immo proximos ac fratres recognoscat! Tu nimirum es, o clarissime princeps et singularis orbis et Urbis imperator, qui licentiam primo homini[b] indultam iamque diu abrogatam rursus[c] in usum ac in verae[d] sententiae[e] consuetudinem revocasti, ubi dictum est: *Gen. 1, 28.* *Crescite et multiplicamini et dominamini piscibus maris et volatilibus caeli.* Peccatis[f] exigentibus homo homini dominatur, divina vero institutione homo piscibus maris et volatilibus caeli. Quantos, o Italia, passa es reges, immo tyrannos, qui hoc tibi mandatum per contrapositionem interpretarentur[g], versa vice dominantes hominibus, immo prementes quosque bonos et sapientes rationeque utpote rationales uti cupientes, pisces maris, lubricos scilicet, rapaces et ceno[h] voluptatis deditos, et altum inaneque sapientes[1] demulcerent et iniqui[i] iniquos in suis impietatibus contra ius fasque[2] confoverent. Novimus, qualia simus[k] aliquando passi imperia iniusta, superba, crudelia. Novimus iniqua dominatione nichilominus[3] insontes sicuti sontes circumventos. Meminimus sine extanti crimine factas proscriptiones[4] locupletium, magistratus, sacerdotia nefaria turpique conventione commutata et alia[5] multa, quae libido dominantium imperaret, nostris sub oculis irreverenter perpetrata. *Apoc. 19, 7.* *Gaudeamus* ergo *et exultemus et demus gloriam* Deo, post tam turbidi temporis tempestatem serenum nobis pacis[l] diem illuxisse, dum tibi, serenissimo domino nostro, placet imperium tuum per[m] innocentiam servare potius atque tueri, quam per[n] scelus crescere[6] et per sanguinem subiectorum incrustari. Domineris, o augustissime imperator, piscibus maris et volatilibus caeli; nam et divinum iudicium *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* *1. Petr. 5, 5. Iac. 4, 6.* De nobis fidelibus tuis, de populo

a) nos *om. A**. b) hominum *A**. c) rursum *B* 1. 2. d) vetere (uet'e) *A*. e) cons. sent. *A. A**. f) Pro pecc. *A. A*;* Peccatis — caeli *(l. 11) des. C, errore, ut videtur, scribae.* g) interpretantur *A. A**. h) sceno *A*. B* 1. i) et *add. A. A**. k) aliq. sim. *C*. l) diem pacis *A*. m) p̄ *B* 1. n) per *alio atr. superscr. C* 1.

1) *[Sc. ut volatilia caeli].* 2) *[Cf. Sallust. Catil.* 15, 1*]*. 3) nichilominus — circumventos *ex Sallust. Catil.* 16, 3. 4) proscriptiones — sacerdotia *indidem* 21, 2. 5) *[Etiam* alia — imperaret *quodammodo ad Sallust. l. c. conformata].* 6) *[*per scelus crescere *Sallust. Iug.* 14, 7*]*.

tuo consultare placuit tuae prudentiae[a] super legibus et iusticia atque honore imperii. Scias itaque omne ius populi in condendis legibus[b] tibi concessum. Tua voluntas ius est, sicut dicitur[1]: *Quod principi placuit, legis habet vigorem, cum populus ei et in eum omne suum imperium et potestatem concessit*[c]. *Quodcumque enim imperator per*[d] *epistolam constituerit vel cognoscens decreverit vel edicto preceperit, legem esse constat.* Profecto secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem secuntur incommoda[2], ut videlicet omnibus debeas imperare, qui omnium nostrum sustines onera tutelae'. 1158.

*p. 447. *His finitis, ea die in vesperam protracta curia solvitur. Fuere etiam qui ibidem in publico facta imperatoris carminibus favorabilibus celebrarent.

VI.[e] Sequentibus diebus plena atque sollempni curia iudicio et[f] iusticiae[g] a mane usque ad vesperam intentus querimonias et proclamationes tam divitum quam pauperum diligenter audiebat; habensque quatuor[h] iudices, videlicet Bulgarum[i], Martinum, Iacobum, Hugonem[k], viros disertos[l], religiosos[m] et in lege doctissimos legumque in civitate Bononiensi doctores et multorum auditorum preceptores, cum his aliisque legis peritis, qui diversi ex diversis civitatibus aderant, audiebat, discutiebat et terminabat negotia. Videns autem multitudinem eorum, qui cruces baiolarent[n] — is enim Italorum mos est, ut habentes querelas crucem manibus preferant —, misertus illorum, ait mirari se prudentiam Latinorum, qui, cum precipue de scientia legum glorientur[o], maxime legum invenirentur transgressores, quamque[p] sint tenaces iusticiae sectatores, in tot esurientibus et sicientibus iusticiam[3] evidenter apparere. Divino itaque usus consilio singulis diocesanis singulos[q] iudices preposuit[r], non tamen[s] de sua civitate, sed vel de curia vel de[t] aliis civitatibus, hac eos[u] commutans[v] ratione, ne, si civis civibus preficeretur, aut gratia aut odio le- (5).

a) potentiae *C;* prud. t. *B* 1. 3. b) legibus *om. B.* c) concesserit *C.* d) inst. per epist. *A**. e) Capitulum LIIII. incipit *A.* f) atque *A**. g) iusticia *A. A*. β. B.* h) iud. quat. *A. A**. i) Bulgarium *A. A**. k) et II. *A** 2. l) discretos *A. A*. β.* m) religiosos *deest A** 2. n) *ita A. β. B* 1. *C* 1; baiul. *C* 2. o) gloriarentur *A. A**. p) que *deest A*;* quamquam *A.* q) singulos *deest A*, sed cf. etiam indicem supra p.* 229, *l.* 29. r) prop. *A**. s) tū *B* 1. t) de *deest A**. u) eas *B.* v) comminans *B.*

1) *Inst. I,* 2, 6. 2) *Dig. L,* 17, 10. 3) [*Matth.* 5, 6: Beati, qui esuriunt et sitiunt iustitiam].

1158. viter a vero posset[a] averti. Sicque factum est, ut de tanta querulorum multitudine vix ullus superfuisset, qui non aut plenam de lite victoriam sive iusticiam aut competentem cum adversario transactionem se gauderet reportare.

VII.[b] Deinde super iusticia regni et de regalibus, quae longo iam tempore seu temeritate pervadentium seu neglectu regum imperio deperierant, studiose disserens, cum nullam possent invenire defensionem excusationis, tam episcopi quam primates et civitates uno ore, uno assensu in manum principis regalia reddidere, primique resignantium Mediolanenses extitere; requisitique de hoc ipso iure, quid esset, adiudicaverunt[c.1] ducatus, marchias, comitatus, consulatus, monetas, thelonea[d], fodrum, vectigalia, portus, pedatica[e], molendina, piscarias, pontes[f] omnemque utilitatem ex decursu fluminum provenientem, nec[g] de terra tantum, verum etiam de suis propriis capitibus census annui redditionem.

VIII.[h] Hisque[i] omnibus in fiscum adnumeratis, tanta circa pristinos possessores usus est liberalitate, ut, quicumque donatione regum aliquid horum se possidere instrumentis legittimis edocere poterat, is etiam nunc imperiali beneficio et regni nomine id ipsum perpetuo possideret. Ex his tamen, qui nullo iure, sed sola presumptione de regalibus se intromiserant, XXX milia talentorum plus minusve redditibus publicis per singulos annos accessere.

(6). VIIII.[h] Preterea et hoc sibi ab omnibus adiudicatum atque recognitum est, in singulis civitatibus potestates, consules caeterosve magistratus assensu populi per ipsum creari[k] debere, qui fideles simul et prudentes et principi honorem et civibus patriaeque debitam iusticiam nossent conservare.

De[l] his autem omnibus fideliter et sine fraude recipiendis et observandis ab omnibus civitatibus et sacramenta prestita et vades pro libitu imperatoris exhibiti

a) possit *A. A*. β.* b) Capitulum LV. incipit feliciter *A.* c) adiudicarunt *A*.* d) theolonea *A. A*. β.* e) pedacia *β.* f) pontus *β;* portus *A** 2. *C.* g) Hęc *B* 1. h) *nulla cap. dist. A. A*.* i) Eisque *B* 3. k) creare *corr.* creari *C* 1; creare *C* 2. l) *novum cap. inc. B* 1. 3.

1) *Cf. constitutionem de regalibus Lib. feud. II,* 56. *et LL. II, p.* 111. *[Constit. I, p.* 244 *sq. nr.* 175. *Cf. ad cap.* 7. *et* 10. *etiam K. Lehmann, 'Das Langobardische Lehnrecht' p.* 177—182*].*

sunt. Consequenter pax in commune[a] iuratur eo tenore, ut nec civitas civitatem nec homo hominem impugnaret[b], nisi a[c] principe hoc sibi foret imperatum. 1158.

X.[d] Ad ultimum de iure feudorum, quod[1] aput Latinos scripto nondum sufficienter expressum fuerat et pene omnes eam beneficiorum iusticiam in iniusticiam converterant, leges promulgavit, quarum capitula presenti annotatione subiecimus: (7).

Fridericus[*][2] Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus[e]. Imperialem decet sollertiam ita rei publicae curam gerere et subiectorum commoda investigare, ut regni utilitas incorrupta permaneat[f] et singulorum status iugiter servetur illaesus. Quapropter, dum ex predecessorum[g] more universali curiae Roncaliae pro tribunali sederemus, a principibus Italicis, tam rectoribus ecclesiarum quam aliis fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum et feuda, quae vassalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant et quadam collusione nomine[**] libelli[h] vendiderant, unde debita servitia amittebant et honorem[i] imperii nostraeque[k] felicis expeditionis complementum minuebant[l]. *Habito igitur[m] consilio episcoporum, ducum, marchionum et comitum, simul etiam palatinorum iudicum et aliorum procerum, hac edictali[n] lege Deo propitio perpetuo valitura sanccimus, ut nulli liceat feudum totum vel partem[o] aliquam vendere vel pignorare vel quo-*

*p. 418.

*) *Legem, spatio duorum versuum et fine praecedentis vacuis relictis, om. A; item, aliquo spatio vacuo relicto, A*; A* 1 in marg. add.:* Hic est defectus[p]; *eam habet B*, rubra addita:* De iure feudorum.

**) vel[q] *add. C.*

a) communi *C* 2. b) inpugnet *A;* impugnent *β.* c) hoc a princ. *C.* d) *nulla cap. dist. A. A*. β.* e) universis nostro subiectis imperio *add. Lib. Feud. (cf. constitutionem pacis infra p.* 243, *l.* 29; *des. constit. a.* 1154, *cui haec innititur).* f) persistat *L. Feud.* g) nostrorum *add. L. Feud.* h) *ita C;* belli *β. B. B* (ubi* belli nom.). i) bonorum *codd. et C* 2; et honor imperii et nostrae felicis expeditionis complementum minuebatur *L. Feud. (cf. constit. a.* 1154*).* k) que *deest C.* l) *ita C; cf. constit. a.* 1154; muniebatur *β;* minuebantur *corr.* minuebatur *B* 1, *et ita B* 3. *B*.* m) *ita etiam constit. a.* 1154; ergo *β.* n) editali *β. B* 1. 2. o) aliq. part. *B*.* p) *cf. supra III,* 28, *p.* 199, *n.* *. q) *sed deest etiam Constit. a.* 1154.

1) *[I. e. propterea quod].* 2) *Exstat etiam in Lib. Feud. II,* 55 *(LL. II, p.* 113*). [Constit. I, p.* 247 *sqq. nr.* 177, *ubi Weiland etiam alios codices secutus Rahewinum textum variasse et nonnumquam deteriorem reddidisse monuit. Paulo magis quam cum ceteris cum cod. Vatican. Palat.* 772. *convenit. Ceterum graviores discrepantias enotare satis habuimus].*

1158. *modolibet alienare vel pro anima iudicare*[a][1] *sine permissione maioris*[b] *domini, ad quem feudum spectare dinoscitur. Unde imperator Lotharius tantum in futuro cavens ne fieret promulgavit*[c][2]*; nos autem*[d] *ad pleniorem regni utilitatem providentes, non solum in posterum, sed etiam huiusmodi prius illicitas alienationes perpetratas hac presenti sanccione cassamus et in irritum deducimus; nullius temporis prescriptione impediente emptor*[e] *bonae fidei de precio actionem habeat contra venditorem competentem. Callidis insuper quorumdam machinationibus obviantes, qui precio accepto, quasi sub colore investiturae, quam sibi licere dicunt, feuda vendunt*[f] *et in alios transferunt, ne tale figmentum vel aliud ulterius in fraudem huius nostrae constitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus; plena*[g] *auctoritate nostra statuentes, ut venditor et emptor, qui tam illicita contraxisse repertus fuerit, feudum*[h] *amittat, et ad*[h*] *dominum libere revertatur; scriba vero, qui super hoc instrumentum sciens conscripserit, post amissionem officii cum infamiae periculo manum amittat.*

Preterea, si quis infeudatus maior XIIII annis sua incuria vel sua negligentia per annum et diem[i] *steterit, quod feudi investituram a primo*[k] *domino non petierit, transacto hoc spacio, feudum amittat, et ad dominum redeat.*

Firmiter etiam statuimus tam in Italia quam Alemannia[l]*, ut, quicumque indicta publice expeditione vocatus a domino suo ad eandem expeditionem spatio competenti venire supersederit vel alium pro se domino acceptabilem mittere contempserit, dimidium*[m] *reditus*[n] *feudi unius anni domino non ministraverit, feudum, quod ab episcopo aut ab alio domino habet, amittat, et dominus feudi in usus suos illud redigendi omnibus modis habeat potestatem*[3].

Preterea ducatus, marchia, comitatus de caetero non dividatur; aliud autem feudum, si consortes voluerint, di-

a) *ita codd., sed hanc vocem depravatam credideris;* vel pro anima iud. *des. constit. a.* 1154. b) illius *constit. a.* 1154, *sed cf. infra p.* 243, *l.* 17. 19. c) legem prom. *L. Feud., constit. a.* 1154. d) *ita β. C. L. Feud., constit. a.* 1154; ad pl. autem *B.* e) emptori b. f. de p. actione contra venditorem competente *L. Feud.* f) vend. et *des. C* 1; feuda vend. et *des. C* 2; *cf. tamen L. Feud. et constit. a.* 1154. g) pena auctoritate nostra inminente, ut *L. Feud., const. a.* 1154. h) feudum *om. β.* h*) lib. ad dom. *B*.* i) diem *om. B* 3. k) proprio *L. Feud., const. a.* 1154. l) Alam. *β. B*.* m) vel dim. *L. Feud. recte; suppl. Pith.* n) redditus *β. C.*

1) *[Legare intellegendum videtur].* 2) *[Cf. Lotharii III. constitutionem de feudorum distractione a.* 1136. *Nov.* 6. *datam, Constit. I, p.* 175 *sq. nr.* 120*].* 3) *[Hucusque lex, quam Fridericus iam a.* 1154. *Dec.* 5. *promulgaverat, Constit. I, p.* 207 *sq. nr.* 148*, fere ad verbum repetita].*

1158.

vidatur, ita ut omnes qui partem feudi habent iam divisi vel dividendi fidelitatem domino faciant, ita tamen ut vasallus[a] *plures dominos non compellatur habere nec dominus feudum*[b] *sine voluntate vassallorum*[c] *ad alium transferat; insuper, si filius vassalli*[c] *dominum offenderit, pater, a domino requisitus, adducat filium ad satisfaciendum domino vel a se filium separet, alioquin feudo privetur; si vero pater vult eum deducere, ut satisfaciat, filius autem contempnit, patre mortuo in feudum non succedat, nisi prius domino satisfecerit; parique modo vassallus*[d] *pro omnibus suis* *bonis[e]* *domesticis faciat.*

Illud quoque precipimus, ut, si vassallus de feudo alium vassallum[f] *habuerit et vassallus vassalli dominum domini sui offenderit, nisi pro servitio alterius domini sui hoc fecerit, quem sine fraude antea habuit, feudo privetur, et ad dominum suum, a quo ipse tenebat, revertatur, nisi requisitus ab eo paratus fuerit satisfacere maiori domino, quem offendit, et nisi vassallus idemque dominus, a suo*[g] *domino requisitus, eum qui maiorem dominum offendit*[h] *requisierit, ut satisfaciat, feudum amittat.*

Preterea si de feudo inter duos vassallos sit controversia, domini sit cognitio, et per eum controversia terminetur. Si vero inter dominum et vassallum lis oriatur, per pares[i] *curiae a domino sub debito fidelitatis coniuratos*[k] *terminetur.*

Illud[l] *quoque sanccimus, ut in omni sacramento fidelitatis imperator nominatim excipiatur.*

*Fridericus**[1] *Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus universis suo*[m] *subiectis imperio*[n] *hac edictali lege in*[o] *perpetuum valitura iubemus, ut omnes nostro subiecti imperio veram et perpetuam pacem inter se obser-*

*) *Hanc quoque legem om. A. A*.*

a) fassulus *corr.* fassallus *C*1; vasall. *C*2. — pro uno feudo *add. L. Feud.* b) feudi *codd. et ed. pr. (C2).* c) vasall. *C.* d) vasall. *h. l. B*1. e) *ita β. C;* bonis *deest B. B* (ubi* dom. suis*); cf. notam Wattenbachii ad translationem Horstii Kohl p.* 99, *n.* 1. f) fassall. *h. l. B*1. g) *ita β. C. L. Feud.;* d. suo *B.* h) offenderit *β* (offennderit). *B*1. 3. i) partes *codd. et ed. pr. (C2);* pares *L. Feud.* k) *ita β. B*. L. Feud.;* coniuratus *C;* coniuratio *B.* l) Illuc *B*2. 3. m) nostro *emendandum* putat *Kohl.* n) salutem *add. L. Feud.* o) inperpetuum *β;* imperp. *B*1. *C*1.

1) *Exstat etiam in Lib. Feud. [II,* 53, 54*], quorum lectiones saepius secutus est Pertz, LL. II, p.* 112, *nos paucas tantum enotavimus. [Cf. Constit. I, p.* 245 *sqq. nr.* 176, *ubi iam alii codd., Vatican. Palat.* 772 *(V), Parisinus, Bibl. de l'Arsénal, Hist.* 80 *(P), Sessorianus (S) adhibiti].*

1158. *vent, et[a] ut inviolatum[b] inter omnes* perpetuo servetur. Duces, marchiones, comites, capitanei, vavassores et[c] omnium locorum rectores cum omnium locorum primatibus et plebeis a decimo octavo anno usque ad septuagesimum iureiurando obstringantur, ut pacem teneant et rectores locorum adiuvent in pace tuenda atque vindicanda, et in fine uniuscuiusque quinquennii omnium sacramenta de predicta pace tenenda renoventur.*

**Si quis[d] vero aliquod ius de quacumque causa vel facto contra aliquem se habere putaverit[e], iudicialem[f] adeat potestatem et per eam sibi competens ius assequatur.* *p. 449.

*Si** quis vero temerario ausu predictam pacem violare presumpserit, si civitas est, pena C librarum auri camerae nostrae inferenda puniatur. Oppidum vero XX libris auri multetur. Duces autem et marchiones et comites L[g] libras prestent. Capitanei vero et maiores vavassores XX libris auri puniantur. Minores autem vavassores et omnes alii predictae pacis violatores VI[h] libras auri inferre compellantur et dampnum passis[i] secundum leges resarciant.*

Iniuria[k] seu furtum legittime[l] puniatur. Homicidium et membrorum diminutio vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

Iudices vero et locorum defensores vel quicumque magistratus ab imperatore vel eius potestate[m] constituti seu confirmati, qui iusticiam facere neglexerint[n] et pacem violatam vindicare legittime[l] supersederint[n], dampnum omne et iniuriam passis[i] resarcire compellantur, et insuper, si maior iudex est, sacro erario penam[o] X libras[p] auri prestet, minor autem pena trium librarum auri multetur. Qui vero ad predictam penam persolvendam inopia dinoscitur laborare, sui corporis cohercionem cum verberibus patiatur et procul ab eo loco quem inhabitat quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Conventicula quoque et omnes coniurationes in civitatibus et extra, etiam occasione parentelae, inter[q] civitatem

*) fedus *add. C.*

) Si quis vero coniuratam pacem a principibus et iudicibus aliquando temerario ausu violare *B.

a) et *deest B* 3; et — renoventur *(l. 8) des. B*.* b) inviolata *V. P. S.* c) et *deest B* 1. d) vero quis *C* 2. e) putaverint *B* 3. f) ad iud. *C* 1. 2 *(ubi* redeat*).* g) auri *add. V. S;* librarum auri *P.* h) III *V. P. S.* i) pacis *β. B. C;* passis *B*. Constit.;* passo *V. P. S.* k) Iniurias *B* 1. l) legitime *C.* m) voluntate *V. P. S.* n) neglexerit . . . supersederit *β. B. B*.* o) in pen. *C.* p) *ita β. B* 1 *(ubi* auri *deest). C;* librarum *Wilm. Waitz.* q) intra *β. B* 1. 3. *C* 1.

et[a] *civitatem et inter personam et personam sive inter*[b] *civitatem et personam omnibus modis fieri prohibemus et in preteritum factas cassamus, singulis coniuratorum pena*[c] *unius librae auri percellendis.* 1158.

Episcopos quoque locorum aecclesiastica censura violatores huius sanccionis, donec ad satisfactionem veniant[d], *cohercere, volumus.*

Receptoribus[e] *etiam malefactorum, qui predictam pacem violaverint,* ⸢*et*[f] *ementibus*⸣ *nostrae indignationi subiciendis*[g] *et*[h] *eadem pena feriendis*[i].

Preterea bona eius[k] *publicentur et domus destruantur*[l], *qui pacem iurare et tenere noluerit et leges*[m] *pacis non servat.*

Illicitas etiam exactiones, maxime ab aecclesia[n], *quarum abusio*[o] *iam per longa tempora inolevit, per civitates et castella omnimodis condempnamus et*[p] *prohibemus, et si facte fuerint, in duplum reddantur.*

Item[1] *sacramenta pupillorum*[q] *sponte facta super contractibus rerum suarum non retractandis inviolabiliter custodiantur. Per vim autem vel iniustum metum*[r], *etiam a maioribus, maxime ne querimoniam maleficiorum commissorum faciant*[s], *extorta*[t] *sacramenta*[u] *nullius esse momenti iubemus.*

Ad haec: qui allodium suum vendiderit, districtum[v] *et*[w] *iurisditionem imperatoris vendere non praesumat, et si fecerit, non valeat.*

XI.[x] Cremonenses et Placentini inter eos, qui sibi (8).
coram principe litem commovebant[y], acrius caeteris ad-

a) extra *add. β.* b) intra *β. B* 1. 3. *C* 1. c) penam *β. B* 1. d) veniat *β. B* 1. 3. *B*. S.* e) *ita β. C;* receptori *B* 1. 3; receptatoribus *V. P. S.* f) et em. *des. B. B*;* et p r e d a m em. *L. Feud.* g) subiciendi *B;* nostram indignationem subituris *V. P. S.* h) *ita β. B. P. S;* et *deest C.* i) feriendi sunt *codd. et C* 2 *(ed. pr.).* k) *ita β. C;* ei. bon. *B.* l) destruatur *V. P. S.* m) lege pacis non fruatur *L. Feud.* n) aecclesiis *L. Feud.* o) abusus *V. P. S.* p) et proh. *des. B* 3. q) p u b e r u m *L. Feud. atque Auth. Sacramenta puberum; lectionem* pupillorum *prorsus ineptam iudicat Savigny.* r) sacramenta extorta *h. l. add. B* 1. 2 (ext. sacr.). 3. *B*.* s) *hic desinit B* 3. t) ex toto (extoto) *β. B. B*.* u) *ita C;* sacramenta *h. l. deest β. B. B*. L. Feud.* v) distractum *fere omnes codd. et ed. pr. (C* 2*);* distructum *β pro* districtum, *quod recte praebent L. Feud.* w) extra iur. *β* (iurisdictionem). *B* 1. 2. *B*;* ex iurisdicione *C* 1; ex iurisdictione *Pith.* x) *pergunt A. A*; A. A** 2 *capitis rubrae praemittunt:* Incipit liber quartus. y) *corrigendum videtur:* litem intendebant, acrius caeteris adversus sese commovebantur. *PERTZ. At emendatione non opus est.*

1) *[Cf. de hac lege, fortasse iam a.* 1155. *in insula Reni Bononiae data, tunc vero repetita, Savigny, 'Gesch. des Röm. Rechts im Mittelalter' ed.* 2. *IV, p.* 188 *sqq.; notam Pertzii, Constit. I, p.* 246. *allatam; Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 180, *n. VI, p.* 371*].*

1158. versus[a] sese experiebantur[1]. Nam cum inter has duas civitates non longe a se positas, nisi quod Pado interfluente[b] separantur, propter contubernium Mediolanensium antiquae ac[c] diutinae manserint discordiae, accesserat tunc, quod Cremonenses cum imperatore ad curiam venientes, Placentinorum[d] militia egressa eos ad certamen provocaverat[e], quod[f] modo vulgo turnementum[g] vocant[2]. Ibique hinc inde aliqui sauciati, alii capti, quidam occisi sunt. Ob hanc rem dum[h] adversus se invicem accusationem proponerent: Cremonensibus se, dum essent in obsequio et in comitatu principis, hostiliter invasos, nec tam se quam regiam fuisse[i] lesam maiestatem, suam iniuriam magnitudini principum[k] curae esse debere, penes imperium esse, ut Placentini velut hostes rei publicae pro impietatibus in ipsos, pro perfidia et temeritate in imperatorem graves poenas[l] reddant; Placentinis autem, non adversus principem, sed contra suos[m] infestissimos hostes se venisse, qui, dum[n] in terminis ipsorum multa iniqua fecerint, rapinis et incendiis omnia permiscuerint, queri[3] modo[o] calumpniose, quod iniuriam passi sint[p], allegantibus, Fridericus partibus *prosequendi copiam dedit, sufficienterque auditis quae *p. 450.
ab utrisque dicerentur, animadvertit Placentinos minus ydonee obiecta purgare, presertim cum in plurimis rebus dolus eorum et[q] perfidia in regnum iam antea foret deprehensa. Itaque contra ipsos sententia iudicum procedit, tandemque hac mulcta in gratiam recipiuntur, ut preter non parvae pecuniae donationem vallum civitatis egregium, quod hisdem[r] annis pro defectione ab imperatore fecisse insimulabantur, replendo equarent turresque universas destruerent. Quod et factum est, dignaque in Placentiam seditiosam civitatem pro modo de-

a) adversus *deest C.* b) inter se fluente *A**. c) et *A**. d) Placentinique *A. A**. e) *alio atram. corr.* provocaverant *A.* f) quod m. vulgo *om. A**. g) torniomentum *A;* tǒrnoim. *C* 1; Turnoim. *C* 2; tornam. *A*; om. β.* h) dum *om. B* 1. 2. i) mai. f. les. *A. A**. k) *ita codd., quamquam Giesebrecht merito dubitavit, an* principis *scribi oportuerit.* l) poenas *om. A**. m) suos *deest C.* n) cum *C.* o) *ita A. A*. β. B* 1. 2 *(cf. supra III, 13, p.* 182, *l.* 25 *sq.)*; querimonie, *in marg. pro del.* q̊ri, m̊ *C* 1; querimoniae modo *C* 2. p) sunt *A**. q) et *om. β.* r) isdem *β. B* 1. 2.

1) *[Cf. infra l.* 9 *sq.:* dum adversus se invicem accusationem proponerent. *Eodem modo verbo* experiri *utitur noster etiam IV,* 25: experientur adversus ipsos sacramenta irrita facta *etc.* 47: adversum se experientibus*].* 2) *[Cf. supra I,* 18, *p.* 32, *n.* 1*].* 3) *[Ita Rahewinum pro* querantur *scripsisse patet].*

licti ultio exerta rebellionis metum reliquis civitatibus 1158.
incussit. *Ibi* quoque *[Fridericus]*[a] augustus de proprietate Modoyci[b], ubi sedes regni Italici, ut dictum est[1], esse dinoscitur, contra Mediolanenses causam assumens selectis arbitris gloriose iusticia media de lite triumphavit*.

XII.[c] Aput Roncalias[d] rebus bene gestis et utili- (9).
tatibus imperii sapienter ordinatis, Fridericus conventum dimisit atque[e], proximioribus ordinatis, ad ulteriores terras et **in**[f] insulas maris regium regiae procurationis animum protendit. Itaque electos nuncios, episcopum[g] videlicet Conradum[h] Eistetensem[i] et comitem[k] Emichonem[2], in Sardiniam et[l] Corsicam dirigit, commendans eos Pisanis et Ianuensibus conducendos, pro eo quod hae duae[m] civitates[n] maximum in Tyrreno[o] mari viderentur habere principatum. Verum quam ob rem eadem legatio sine efficatia remanserit[p], conicient hi[q], quibus notum est, in quantis emolumentis Pisanis atque Ianuensibus insula Sardinia prostituta sit. Unde non incongrue putatur illorum astu et falsis occasionibus iter nunciorum fuisse impeditum. Nam et Ianuensibus vicem redditurus, adventum suum augustus comminans finibusque eorum accedens mira celeritate ac facilitate eos deterruit et ad pacis pacta confugere compulit, quae fuere huiusmodi: mille marcas[r] argenti publico erario persolvere et a muri, quem orsi[s] fuerant, fabrica cessare. Non autem ab re putatur hunc illis caelitus incussum fuisse terrorem atque formidinem, ne multos sua temeritate ad defectionem invitarent. Nam salutis spem Ianuensibus certam et contravenientibus hesitationem natura loci prestare maxime poterat, quae civitatem ita ex omni parte vallaverat, ut vel propter eminentium Alpium prerupta et invia vel Tyrreni[t] maris, quo litus ipsum alluitur, fluctibus ad eam nec perveniri facile fuerit.

*) Ibi — triumphavit *des.* *A.* *A**.

a) Fridericus *deest* *β. B.* b) Modoici *β. C.* c) Capitulum primum *(sic)* *A.* d) Ranc. *β.* e) ac *A**. f) in *deest* *A. A*. β.* g) episcopum *om.* *A**. h) G. *A. A**. i) Cistet' *A;* Eyst. *A*. β;* Eihst. *B* 1. k) com. N. Emichonem *A. A**. l) et *om.* *A. A**. m) duae *deest* *A**. n) et *add.* *β.* o) lirreno *β.* p) remanserint *β. B* 1, *corr.* remanserit *A** 1. q) hii *C* 1. r) M *β;* Marcas *C* 1; milia *B.* s) adorsi *A**. t) Tireni *β.*

1) *III,* 50, *p.* 226. 2) *de Leiningen.*

1158. Augustus autem[a] nullo horum motus etiam cum natura certare non diffidebat, ut, quod illa situ loci inexpugnabile fecerat, ipse magnitudine animi ac virtute superandum putaret.

(10). XIII.[b] His [ita[c]] gestis, Fridericus pro recreando
milite in opimis et nondum bello tactis Italiae locis
Dec. 25. hyemare statuit, proximumque natale Domini aput
Albam civitatem[1] celebrans nuncios pro colligendo fodro
1159. per totam Tusciam[d] et maritima[2], atque Campaniam
direxit. De principibus quoque ad ordinandos in civitatibus consules seu[e] potestates alium alio dimittit, adiunctis eis cartulariis, qui de regalibus quae fisco accesserant certam summam et plenam noticiam reportarent. Reditus[f] quoque imperiales, qui[g] dicuntur domus Mehtildis[h], a duce Welfone[i] seu ab aliis distractos et dispersos, congregavit, quos postmodum eidem nobilissimo principi adunatos et melioratos liberali restitutione noscitur reddidisse. Quorum prediorum magnitudinem eiusque terrae copiosam opulentiam[k] qui ripas Eridani pervagati sunt non ignorant[l].

(11). XIIII.[m] Romanus[n] imperator, etsi in[o] aliis omnibus secunda fortuna usus est[p], in morte tamen nonnullorum principum per idem tempus eius sevitiam* expertus est, quorum ut aput posteros nulla celebretur memoria, nobilitas generis, mentis prudentia et egregiae tam animi quam corporis virtutes non permittunt.

1158. In[q] numero quorum primus fuit Otto Frisingensis aecclesiae venerabilis[r] presul, †huius[s]† istius operis[t] auctor et feliciori fine futurus consummator[u], nisi, ut quidam incusant[3], fata virtutibus invidissent[4]. Et quia

*) et cecitatem *add. C.*

a) autem *deest β.* b) Capitulum secundum *A.* c) *sic A;* itaque *A*; deest β. B. C.* d) Thusc. *A*.* e) seu pot. *om. A*, sed cf. etiam infra IV,* 23. f) *ita B (cf. supra IV,* 10, *p.* 242, *l.* 28*);* redditus *A. A*. β. C.* g) *ita A. A*;* quae (que) *β. B. C.* h) Mechildis *A;* Methildis *A*;* Mahtildis *B* 1. i) Guelfone *C.* k) opulentiam *om. A*.* l) ignoratur *β. B.* m) Capitulum XIII. *(sic) A.* n) *quae sequuntur usque ad finem cap.* 17. (turbo involvit) *extant etiam B* 6; *item usque ad finem cap.* 16. (respirare) *in cod. Monacensi Latino* 21657 *(olim S. Stephani Frisingensi), qui recensionem A sequitur.* o) in *om. B* 6. p) fuerit *C.* q) *novum inc. cap. B* 1. r) antistes ven. *B.* s) *ita A. A* (post del. A** 2*). β* (hiuḡ). *C;* huius *deest B.* t) operis *deest C.* u) consumat. *A. β. B* 1.

1) *Alba ad Tanarum.* 2) *[Cf. supra II,* 49, *p.* 157; *infra IV,* 84*].* 3) *Cf. Sallust. Cat.* 58, 21: Quod si virtuti vestrae fortuna inviderit. *[Ioseph. Bell. Iud. VII,* 1: Qua in re fortunam quis veluti virtutibus invideat . . .*].* 4) *[Cf. supra Rahewini prol. p.* 162*].*

tam in huius preclari viri nece quam in conflagratione 1158.
Frisingensis aecclesiae patria mea duplici contritione 1159.
attrita est, nemo me accuset, si vel patriae miserias vel amantissimi[a] domini[1] et nutritoris mei flebilem interitum prolixiore narratione prosequar, sed dolori *veniam tri-
*p. 451. buat, considerantibus nobis civitatem nostram ad tantum felicitatis gaudium processisse eandemque fere ad ultimos casus inclinatam. *Si quis autem*, ut ait quidam[2], *durior misericordiae sit iudex, res quidem tribuat hystoriae, lamenta vero scriptori.*

Anno[b] ergo ab incarnatione Domini M°C°LVIIII°[c.3], 1158.
indictione VII[d], regnante serenissimo imperatore Friderico[e], anno imperii eius III[f], regni[g] V°, memoratus[h] antistes ab hac luce Deo vocante migravit.

Is primo velut caelitus et a Deo missus, cum eandem aecclesiam[i] repperisset omnibus fere bonis destitutam, distractas facultates, collapsa palatia, familiam attritam, religionis monasteriorum[k] nullam vel parvam memoriam, ope divina tandem ipsam in eum locum reduxerat, ut clero religionem, familiae libertatem, facultatibus copiam, edificiis decorem ab hac luce subtractus restituisset, eiusque cura, labor [et[l]] meritum circa sedem et gentem suam perinde[m] fuerat, acsi non tam instaurator quam fundator illius extitisset[n]. Huic negotio prestabat adminiculum et opem tum genus viri, tum probitas, tum conversationis estimatio. Nempe imperatorum Heinrici quarti nepos, sororius quinti Heinrici, Conradi[o] regis frater uterinus, Friderici imperatoris[p] augustissimi huius qui iam feliciter regnat patruus, ex clarissimo regni principe Leopaldo marchione patre et[q] matre Agnete[r], filia quarti Heinrici imperatoris, pariter cum fratribus suis germanis, Conrado[s] Pataviensi episcopo, Leopaldo duce Baioariae[t] et Heinrico duce

a) amatissimi *β*. b) *novum inc. cap. B* 1. c) *ita A. β. B. C* 1; M.clIX. *C* 2; MCLVIII. *A**. d) VII[a]. *C* 1. e) F. *A. A**. f) tercio *B* 6. *C* 1. g) vero *add. A.* h) Otto *post. add. A** 2. i) nostram *post. add. A** 2. k) monasterium *A; -orum in l. raso C* 1. l) et *deest β. B. C.* m) tantus extiterat *post superscr. A** 2. n) *rubram* Cognacio Ottonis *add. A** 2. o) Chunr. *A.* p) aug. imp. *A.* q) et matre *om. B* 4. r) Angn. *β.* s) Cunr. *A.* t) Bauwarie, *ut plerumque, A.*

1) *[*domini — mei *ex Einhardi V. Karoli M. prol.].* 2) *Ioseph. Bell. Iud. prol., unde etiam ea quae praecedunt verba [*vel patriae — inclinatam *magnam partem] sumpta sunt.* 3) *[Immo anno ab i. D.* 1158., *indictione* 6., *anno imperii Friderici* 4., *regni* 7*].*

Austriae, necnon et sororibus, *Gerdruda*[a, 1] ducissa Boemiae et[b] Berhta[c, 2] ducissa Polanorum[3] ac[d, *] Ita[e, 4] marchionissa de Monte-ferrato[f], N. imperatricis[g] Hyspaniae[5] genitrice[h]; de tanta, inquam, tamque illustri parentela proles ipse nobilissima traxit originem. Litterali[i] scientia non mediocriter aut vulgariter instructus, inter episcopos Alemanniae vel primus vel inter primos habebatur, in tantum, ut preter sacrae paginae cognitionem, cuius secretis et sententiarum abditis prepollebat, phylosophicorum et[k] Aristotelicorum librorum subtilitatem in topicis, analeticis atque elencis fere primus nostris finibus adportaverit[l]. Ob ea et aliarum multarum privilegia gratiarum, fiducia quoque tam secularis prudentiae quam eloquio fretus facundissimae linguae[m], cum sepius in causis aecclesiae coram regibus et principibus constantissime ageret, et exinde sibi gloria laudem, laus invidiam, ut assolet, non modicam peperisset, laqueos adversantium inperterritus declinavit et obloquentium ora sine lesione probe probus evasit. Sane vivendi modum iuxta Cisterciensis ordinis religionem instituerat[n], ibique in monasterio Morimundensi primo abbas, eo usque[o]
Luc. 11, 10. probatus et electus inventus est, ut merito sibi diceretur:

*) ac N. march. *A;* ac enim *(pro* N.*)* march. *A** 1; Agnete ac enim Magar. march. *corr.* Ita march. *A** 2. — et sobrina[p] imperatrice Hispanie Gerdr. *β.* — consobrina *(deest B 4)* imperatrice Hysp. Gerdrude *B, et e corr. secundae manus, quae codicem classis B sequitur, A** 2.

a) Gerdruda *deest A. A*;* Gertruda *C.* b) et *deest A** 1; *post add. A** 2. c) Berta *A. A*;* Bertha *β. B* 4. 6. *C* 2. d) ac *deest β.* e) Iutha *B* 4. f) Monte-ferreo *A* (superscr.* ato *A** 2*);* I *superscr. C* 1. g) *ita C* 1. 2; imperatrice *A. A*. B;* imperatrici *β.* h) *ita A. B* 1. *C;* genetr. *A**. i) Litterarum *B* 1. 6. k) atque *A** 1. l) *ita A. A*. β. C;* aport. *B* 1. m) linguae — constantissime *(l. 15 sq.) om. B* 6. n) instituebat *β.* o) eoque usque *B* 1. 6. p) soburna imperatrici *β.*

1) *[Cf. Ottonis Chron. VII,* 34, *p.* 367*]. Minus recte ab aliis Agnes dicitur; v. Ann. Palid. a.* 1150, *SS. XVI, p.* 85. *Cf. Ann. Claustroneob., SS. IX, p.* 611 *sq.* 2) *Quae nupsit Heinrico burchgravio Ratisponensi; perperam post pro ducissa Polanorum habita.* 3) *[Agnes, supra III,* 2. *falso Gerdrudis appellata, cf. p.* 168, *n.* 3*].* 4) *Quae alibi Iuta vel Iudith dicitur.* 5) *De Richilde vel Rica [filia, ut videtur, Agnetis et Wladislai ducis Poloniae] sermo est, quae a.* 1152. *nupsit Hispaniae regi vel imperatori Alfonso VII; cf. Wibaldi epist.* 391, *p.* 523. *In [β et] B nomen Gerdrude h. l. perperam intrusum; A [atque A*] imperatricem, quae neptis erat Ottonis, sororem habent. [Cf. Waitz, 'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Berlin',* 1884, *p.* 337 *sq.; Simonsfeld, 'Bemerkungen zu Rahewin', in 'Hist. Aufsätze dem Andenken an G. Waitz gewidmet', p.* 214, *n.* 1; *Simson, 'N. Archiv' XXXVI, p.* 705 *sq.].*

Amice, ascende superius. Episcopus factus, transcurso iuventutis 1137-38. fervore ac sopito lubricae aetatis[a] incentivo, oleum peccatoris[1] declinans *cf. Eccli.* 1, 37. et iusticiam suam in conspectu hominum et favore facere parvi pendens, Deo potius, quem conscientiae et corda non fallunt, placere satagebat, adtendens illud ewangelicum: *Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua.* *Matth.* 6, 3. Unde factum est[b], ut, si quid ex conversatione mundana pulverulentiae[c] contraxisset, in presenti lingua detrahentium, quae ut gladius acutus[2], raderetur atque purgaretur. Siquidem supradicto principe Friderico[d], patruo[e, 3] suo, in Italicam 1158. expeditionem iter agente, cum[f] et ipse sicut[g] necessarius et perutilis imperii negotiis ire debuisset, nutu divino contigit, ipsum iter retractare, ut vir religiosus[h] inter manus fratrum orantium[i] potius quam inter strepitum[k] preliantium exspirans, dicere posset: *Domine*[4], *suscipe me, ut cum fratribus meis sim, cum quibus* etc.[l]. Benigne vero ab imperatore dimissus multis gemitibus commissam sibi suae benignitati commendavit aecclesiam, ac quodam spiritu prophetico de fine suo prescius, ne post mortem suam ipsam aliquo modo gravaret et libertate[m] electionis, ut iam sepius* in aliis aecclesiis factum dicebatur, eam nullo modo privaret, postulavit. Accepto[n] de hac probabili petitione fideli laudamento, ad[o] propria reversus est.

At[p] cum aliquibus de morte sua seu per visiones[q] seu per somnia revelatum fuisse, referentibus et commonentibus quibusdam religiosis, cognovisset, salutatis fraterna caritate media quam intime fratribus et valedicto[r], occasione visitandi Cisterciense capitulum viam carpit et iam dudum languore ac debilitate corporis *invalidus, *p. 452. laborioso itinere, nichil tamen adhuc suis qui secum

*) ante actis temporibus *add. C.*

a) aetatis *om. A* (in marg. post suppl. A* 2).* b) est *om. B* 6. c) puerul. *β. B* 1. d) F. *A. A*. β. B* 1. e) *ita codd.* — patrueli *suo Marte correxisse videtur Conradus sacrista, Lib. trad. Fris. (SS. XXIV, p.* 323*).* f) cumque i. *A. A*.* g) et *add. B* 1. 6. h) beliosus *A** (religiosus *corr. in marg. A** 2). i) opus *add. β.* k) strepitus *B.* l) et cetera *β. C*1. m) libertatem *β. B. C.* n) Accepta *β. B*1. 6. *C*2. o) ad — est *om. β.* p) Et *B* 1 *(ubi novum cap. h. l. inc.).* 6; *rubram:* De libertate electionis in ecclesia Frisingensi *add. in marg. A*.* q) visionem *A. A*.* r) *A* 1 in marg. quaedam ex Conradi G. epp. Fris. inserit.*

1) *[Ps.* 140, 5: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum*].* 2) *[Ps.* 56, 5: et lingua eorum gladius acutus*].* 3) *[Supra p.* 249, *l.* 29. *atque infra IV,* 86. *recte Ottonem Friderici patruum appellat].* 4) *[Quae unde allata sint, adhuc incompertum].*

1158. erant metuentibus, ad prenominatum Morimundense[a] monasterium pervenit. Ibi per aliquot dies lecto cubans et iam de obitu suo nequaquam dubius, dum sacro liquore olei, sicut moris est, perunctus fuisset et de pecunia sua laudabili testamento ordinasset, inter caetera, quae sollicitus de salute sua previdebat[b], etiam[c] hunc codicem manibus suis offerri precepit eumque litteratis et religiosis viris tradidit, ut, si quid pro sententia magistri Gileberti[d], ut patet in prioribus[1], dixisse visus esset, quod quempiam posset offendere, ad ipsorum arbitrium corrigeretur, seque catholicae fidei assertorem iuxta sanctae Romanae, immo et[e] universalis aecclesiae regulam professus est; deinde multa prius cordis contritione et humili confessione reatum suum recognoscens, sumptis sacrosanctis misteriis[f], in medio multitudinis sanctorum tam episcoporum quam abbatum Domino spiritum reddidit. Felix utique et pro meritis suis divino munere donatus, ut antea raptus sit, quam unicam suam[2], dilectam suam[g], aecclesiam videlicet[h], cui ipse spiritali et intimo amore connexus erat, in favillam et cinerem conversam vidisset et subversam. Cum autem adhuc vivens locum sepulturae suae fratribus[i] digito premonstrasset[k] extra aecclesiam in loco humili, ubi scilicet ab omnibus fratribus calcari debuisset, huic eius ultimae voluntati obviandum putabatur, et intra[l] septa aecclesiae iuxta maius altare honorifice tumulatus est, eiusque sepulchrum a cunctis fratribus honore ac veneratione dignum habetur. Ego autem, qui huius operis principium eius ex[m] ore adnotavi finemque eius de *principis*[n] iussu[3] perficiendum suscepi et manu mea ipsius extrema[o] lumina clausi, hoc epithaphium composui et tumulo* eius inscribi feci:

*) seu cenotaphio[4] *add. C.*

a) Morimond. *B* 1 *(i e corr.)*. 6. b) provid. *A. A**. c) et *B* 6. d) Gilliberti *B* 1. 6. e) et *deest A**. f) ministeriis *B* 2. g) suam *deest β*. h) hanc *post add. A** 2. i) suis *add. β*. k) demonstr. *A. A*. B* 6 (d'monstrasset). l) inter *B* 1. 6. m) ei9 (eius) dicere, 9 *in l. raso (quae ex* eius de ore *depravata credideris) A;* e. dicere *A* (post corr.* ex ore *A** 2*)*. n) principis *deest A. A** 1; *post suppl. A** 2; eiusdem iussu principis *C*. o) extrema *deest A*.

1) *I,* 48 *sq., p.* 67 *sqq.* 2) *[Ps.* 21, 21. 34, 17: unicam suam*].* 3) *[Cf. Rahewini prol. supra p.* 162*].* 4) *[Cf. praef.].*

Libram[1] *Phebus subiit cum falcitenente,* 1158.
Luci nox prevaluit die decrescente,
Vita minus habuit morte prevalente,
Otto quando corruit raptus, heu! repente.

Hic, si gradum consulis: presul dignitate;
Formam: decens[a], *habilis, iuvenis etate;*
Genus: alta nobilis regum maiestate;
Mores: commendabilis mira probitate.

Monachum se prebuit, si religionem,
Ydeas asseruit, si positionem.
Virgo, cuius meruit intercessionem,
Eius[b] *ad quem genuit agat mentionem!*

Huius[c] *frequens otium in philosophia*[d],
Maius[e] *exercitium in theologia,*
Fedus[f] *sibi mutuum cum philologia;*
Nunc sit ei speculum summa theoria!

Plangat hunc Germania planctu generali!
Magis tu, Frisingia, orba viro tali,
Cui tot privilegia dono speciali,
Iugi querimonia debes lamentari[g].

Huius[h] *in te*[i] *studio studium vigebat;*
Grata disceptatio plures acuebat.
Quid mos[k] *aut quid ratio, nemo non videbat;*
Fraus et cavillatio[l] *latens non latebat.*

Hic sacrum aecclesiae sublimavit cultum,
Ipse dedit strepere logicum tumultum;
Hoc in eius cinere totum est sepultum.
Talem nemo plangere potest satis multum[m].

Quis nunc tantam gratiam[n] *formis*[o] *affirmabit?*
Quis[p] *ad consequentiam tropos revocabit,*
Aut[q] *quis elegantiam dictis assignabit?*[r]
Heu qualem sententiam scola vento dabit!

a) dicens *corr.* decens *A;* recens *post add. B* 1, *et ita B* 2. 6. b) Filius *A.* c) Cuius *C.* d) prophecia *A* (ph'ia). *A** *(post corr.* phylosophia *A** 2*).* e) Magis *A.* f) Phedus *A. A** 1. *β.* g) lamentariali *B* 1. 2; lament-ali *B* 6. h) Cuius *B* 1. 6 *(*c *scriptura cursiva loco litterae initialis).* i) vite *pro* in te *A*. B* 1. 6. k) *superscr.:* id est moralia et logica predicamenta *B*.* l) *superscr.:* id est sophistica *B*.* m) inultum *B* 1. n) gloriam *A. A*.* o) *superscr.:* omne esse ex forma est *B*.* p) *deest hic versus B* 2; *ordo eius et sequentis litteris* b *et* a *superscriptis mutatus C* 1, *et ita C* 2. q) Haut *B* 1. 2. r) *superscr.:* id est qua sit elegans vel inelegans subpositio *B*.*

1) *[Cf. de cod. Admuntensi nr.* 165. *praef.; Meichelbeck, 'Hist. Frising.' I, p.* 346*].*

Quid rerum[a] compactio, sagax dum rimatur,
Mathesis abstractio[b] quid, dum contemplatur,
Quod[c] nichil privatio, per hunc dum probatur,
Quid ambarum actio morte sciri[d] datur.

Huius necem patria iuste dedignata[e],
Clara dolens atria rectore privata[e],
De se bene meritum cernens in favilla,
Ivit in interitum pariter et illa[1].

Tantas[f] ad exequias turba populorum
Pias fundat[g] lacrimas, mestum ducens chorum!
Ad preces continuas et lamenta quorum
*Illum salvet, animas qui beat iustorum! **Amen**[h].*

[Aliud[i] metrum][2].

Quidquid[k] in orbe beat preclaros et meliores,
Presulis[l] Ottonis mire[m] cumulavit honores.
Si proavi vel avi probitas, sacer ordo, potestas
Deberent mortis furias cohibere molestas,
Non moriturus erat preclare preditus illis.
Heu talem communibus accessisse favillis!
Quam facunda viri vox, qualis philosophia,
Hortatu regum docet edita chronographia[n].
Luxit eum patria propria comitata[o] ruina.*
*Propicietur ei Deus et pia virgo Maria! *[Amen]*[p].*

(12.
1158. *XV.[q] Ottone episcopo X[o r] Kal. Octobris, *quod** *p. 453.
Sept. 22. est circa[s] solsticium brumale*, defuncto, paucis post
1159. mensibus Non. Aprilis, quae tunc fuit dominica pal-
Apr. 5. marum et est circa solsticium estivale, hora matutina

*) Eius sensit opem sedis relevata ruina[3] *A. A*.*

**) *Haec des. A. A*.*

a) *superscr.:* id est res in concretione forme et subiecti *B*.* b) *superscr.:* forme a subiecto separatio *B*.* c) Qd' n' h' priv. *A;* Quid nisi hic priv. *A*.* d) *ita codd. et ed. pr. (C 2).* e) dedignilla ... privilla *B* 1. 2. f) Tantas — iustorum *(l. 12) post* ruina *(l. 22) leguntur A. A*.* g) fundit *β.* h) Amen *deest A. A*. β.* i) *ita B;* Item aliud *B*;* Aliter idem *C; desunt A. A* (?). β. B* 6. k) *magna littera initialis minio picta atque decorata β.* l) *ordinem versuum perturbant A. A* (cf. Simonsfeld, 'Bemerkungen' l. c. p.* 214, *n.* 1*).* m) iure *B* 1. 2. 6. n) hr *superscr. C* 1; chonogr. *B.* o) comita *B* 1. 2. p) Amen *deest A. A*. β. C (post add. A** 2*).* q) Capitulum XIIII. incipit *A.* r) *ita A. β;* X. *C.* s) circa *deest B* 1. 2. 6.

1) *[Cf. supra p.* 249. 252; *infra cap.* 15*].* 2) *[Cf. praef.; Wilh. Meyer in 'SB. der bayer. Akad. d. Wiss. phil. Cl.'* 1873, *p.* 16, *n.* 6; *Simonsfeld, 'Bemerkungen zu Rahewin' l. c. p.* 212 *sqq.].* 3) *[Cf. Simonsfeld l. c.; Simson, 'N. Archiv' XXXVI, p.* 691 *sq.].*

1159. civitas Frisingensis penitus[a] et penitus incendio conflagravit, adeo quod, ut taceam de maioribus aecclesiis, quae cum ornamentis suis perierunt, sedeque ipsa[b] et palatio, nec una quidem de minoribus capellis et oratoriis superfuit. Domus etiam et officinae canonicorum et domus militum, exceptis valde paucis, crematae sunt. Haec aecclesia eo tempore in tali statu erat[c], quod rebus, edificiis et divitiis omnibus pene collateralibus et vicinis episcopatibus aut maior erat aut equalis; cleri probitate tam insignis, ut in[d] eius honestate et disciplina, in liberalitate, in litterarum scientia rari pares, meliores et superiores in orbe Romano nulli haberentur.

(13). XVI.[e] Hanc Frisingensis civitatis multiplicem cladem et erumpnosi eventus casum nonnulla prodigiorum inditia precesserant. Quadam enim vice in die circumcisionis Domini, *Ian. 1.* dum ad missam sollempnem presbiter altari maiori assisteret et iam sacri secreti ultimum resolvisset silentium, calix cum sanguine ita prorsus eversus et super altare in conspectu omnium effusus est, ut nec stilla superfuisset. Sed prudentissimus episcopus omine tali nil[f] prosperum auguriatum esse presciens, ieiuniis et letaniis divinam animadversionem preveniri atque placari persuasit. Per idem quoque tempus monstra quedam quadrupedia aliaque fantasmata de nocte visa sunt tam a clericis veracibus quam a laicis hinc[g] inde volare. Ferae bestiae, utpote vulpes et lepores, pastoforia[1] aecclesiae ac[h] officinas canonicorum ingressae, velut domesticae laqueum sibi captionis inponi non abnuebant. Pueri ac puellulae per mediam civitatem sepius processionem[i] agentes verasque[k] letanias imitantes iocis suis gravia seria portenderunt. Nam et sequenti anno locus ipse, ubi maior aecclesia et cathedralis sedes fabricanda erat, fulmine ictus celesti igne conflagravit. Ululae, upupae[l], bubones[2] toto anno in tectis funebria personantes lugubri voce aures omnium repleverunt[m]. Pilosi, quos satyros vocant, in domibus plerumque auditi[3].

a) penitus et *alio atram. del. A.* b) sua *B* 1. 2. 6. c) fuerat *C.* d) in *deest A. A*.* e) *nulla cap. dist. A (ubi tamen numeri* XV *et* XVI *praetermissi, cf. c.* 17*). A** 1. f) *ita A. A*. β. C.* g) hin *B* 1. h) et *A*.* i) processiones *A. A*.* k) et veras *A. A*.* l) upulae *B* 1. 6. m) repleverant *A*.*

1) *[I. e. sacella].* 2) *[Cf. Varro De lingua Lat. V,* 11, 75*].* 3) *[Cf. Is.* 13, 21. 22; *Ottonis Chron. VIII,* 20, *p.* 420. 421; *infra IV,* 26*].*

Huius[a] ruinae ac desolationis talibus inditiis[b] prophetatae prefata Frisingensis aecclesia divina opitulatione per subrogationem piissimi pastoris Adelberti[c, 1], qui ipsam inpresentiarum gubernat et[d] regit, restaurationem expectat eiusque industria sublevari sperat et respirare.

(14). 1159. XVII.[e] Eodem etiam anno insignis illa aecclesia et regium[f] opus aput Spiram civitatem similiter igne consumpta est et desuper, continuitate muri rupta*, ruina molesta plerosque involvit.

1158. (Dec. 15). Hisdem[g] diebus Fridericus[h] Coloniensis archiepiscopus, cuius superiore libro mentio habita est[2], tertio pontificatus sui anno cum multorum luctu diem clausit[i] extremum, carnesque eius[k] et viscera aput Papiam posita[l], ossa vero ad civitatem Coloniensem deportata sunt. Vir nobilis et litteratus, quique mansuetudine[m] ac[n] benignitate sua longe lateque multorum in se provocarat[o] affectum**. Erbipolensis[p] quoque antistes N.[q, ***], revisendae[r] patriae amore illectus, dum benigne ab augusto 1159. (Mart. 17). dimitteretur, paulo post septimum[s] diem reditus[t] ad civitatem suam morbo correptus obiit, exemplo suo docens, quod longas manus mortis nec terra securior nec convictus delicatior faciet declinare.

*) ut audivimus *add. B;* sicut tunc fama fuit[3] *post* plerosque *add. C.*

1158. (Aug. 12). **) *C. add.:* Anselmus[u] Ravennae metropolitanus, qui multis diebus in imperii obsequiis et fidelitate probatus fuerat, vir prudens et litteratus, ante Mediolanum defunctus est[4].

***) Heinricus Herbipolensis quoque antistes *β;* Heinricus *B* 1. 2. 6 *(quod post in margine add. A** 2*);* Gebehardus[5] *C.*

a) *novum cap. inc. B* 1. b) presagiis *A. A**; inditiis *deest β.* c) *ita β. C* 1; Alberti *A. A** 2. *C* 2 *(cf. supra p.* 230 *indicem atque infra* IV, 25. 51. 79*);* ablati *A** 1; Adilb. *B* (Adalb. *B* 6). d) ac *A**. e) Capitulum XVII. *A (cf. p.* 255, *n.* e*).* f) regum *B* 1. 6. g) Capitulum ad idem *A; eodem versu pergunt β. C.* h) F. *A. A**; Fredericus *(praeter C* 1*) h. l. B* 1. i) clausit *post suppl. B* 1; *om. B* 2. 6. k) eius *deest A. A**. l) posita *om. β.* m) masuet. *B* 1. n) et *A**. *B* 6. o) provocaret *B* 6. p) *ita h. l. A. B* 1. 6. *C* 1; Herbip. *β. C* 2. q) enim N. *A**. r) revisendo *(inter* s *et* e *una littera erasa) A;* Previdn̄se *β;* previsende *B* 1. 6; provisende *B* 2. s) VII. die *A;* VII⁰ die *A**; VII diem *β. B* 6. t) red. sui *C.* u) Anshelmus *C* 2.

1) [1158—1184]. 2) *III,* 26. *[cf. etiam II,* 56*].* 3) *[Cf. supra p.* 192, *l.* 12 *sq.].* 4) *[Cf. supra IV,* 3, *p.* 235*].* 5) *Ita recte; cui Heinricus a.* 1159. *successit. [Cf. supra IV,* 3, *p.* 235*].*

Tunc[a] etiam Conradus[b] Croatiae atque Dalmatiae dux, natione Noricus, de castro Dachowa[c] oriundus[1], aput Pergamum finem vivendi fecit, eiusque corpus in terram suam deportatum, in monasterio Schiren[d] sepultum est. Cuius liberalitas et in multis probata *periculis animi magnitudo[2] meruit, ut, subtractus[e] ex hac luce, memoria illius longo tempore aput posteros non deleatur. Nobiles quoque complures et milites strennuissimos[f], quorum nomina mihi scribenti non occurrunt[3], aut[4] varius belli eventus aut morborum vis per id tempus idem tempestatis turbo involvit[5]. 1159. *(Febr. 18/19).* *p. 454.

XVIII. Friderico[g] in hibernis[h] agente, Adrianus Romanae urbis antistes quorumdam instinctu ea, quae iam inter ipsum et imperatorem aput Augustam sopita fuerant[6], refricare cepit et denuo meminisse, modo nunciorum suorum iniuriam, modo[i] eorum, qui pro[k] colligendo fodro directi fuerant, insolentiam et castellanorum suorum gravamen incusans: se pro bonis mala recepisse[l], imperatorem beneficiis suis ingratum existere. Proinde occasionem querens, cum audisset, quod regalia principi tam ab episcopis et[m] abbatibus quam a civitatibus et proceribus recognita fuere, litteras in fronte quidem leniores[n], diligentius vero consideratae[o] acriori commonitione[p] plenas, super hoc negotio dirigit, easque quidam indignus et vilis nuncius presentans, antequam recitatae fuissent, disparuit[7]. Qua de re commotus caloreque iuvenili ad vicem rependendam accensus, meditationem (15).

a) *novum cap. inc. B* 1. b) C. *A. A** 1; Conr. *A** 2; Cŏnradus *B* 1. c) Dahcowe *A** 1; Dachcowa *A** 2; Dalcowa *β;* Dachŏwa *B* 1. 6. d) *ita β. C* 1. 2 (Schirē); Schir' *A;* Scherē *A** 1; Scheirn̄ *A** 2; Schirensi *B* 1. 2. 6. e) substractus *B* 1. f) strenuissimos *A;* serenissimos *B* 6. g) *B* sequentia cum III,* 24. *coniungit, praemissis verbis:* Iterum de his. h) hyb. *B* 1. *C* 2. i) in *add. β.* k) q. missi f. p. c. f. *A. A**. l) suscepisse *C.* m) q̄m et abb. q̄m a civ. *A;* quam ab abb. quam civ. *A**. n) leniores *om. B.* o) *ita plerique;* ɔsi *in l. raso C* 1; considerare (ɔsiderare, ɔ *in l. raso*) *A; Giesebrecht dubitavit, an* consideranti *emendari oporteret.* p) monicione (monicōn) *β.*

1) *[Cf. supra I,* 26, *p.* 43*].* 2) *[Cf. I,* 26. *III,* 31, *p.* 43. 206*].* 3) *[Cf. Einhardi V. Karoli M. c.* 18: cuius nomen modo memoriae non occurrit*].* 4) *[Haec, ut iam Wattenbach in nota ad translationem Horstii Kohl monuit, incondita; auctor verba* aut varius — tempus *post inseruisse videtur].* 5) *[Cf. supra cap.* 17, *p.* 256, *l.* 10*].* 6) *Cf. III,* 22—24. 7) *[Hic, nisi quid excidisse credas, ordo rerum turbatus videtur; cf. epistolas Eberhardi episcopi Babenbergensis infra c.* 22. 34; *Michael, 'Die Formen des unmittelbaren Verkehrs zwischen d. deutschen Kaisern u. souveränen Fürsten' p.* 102 *sqq.; Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 382, *alios].*

1159. concipit, non quidem per abiectam, sed per honoratam illi respondere personam[1]. Iam antea missus fuerat ad sedem apostolicam episcopus Vercellensis[2], amicam deferens petitionem, quatinus Gwidonem[a] nobilem iuvenem, filium comitis Gwidonis[b] Blanderatensis, cuius supra mentionem fecimus[3], quem loco Anselmi[c] princeps in Ravennate[d] aecclesia subrogari fecerat, ibidem confirmaret et ordinaret. Nam idem iuvenis infra sacros ordines adhuc existebat, et clericus[e] Romanae aecclesiae pridem factus ac in subdiaconum a papa Adriano consecratus, nonnisi eius coniventia[f] et assensu in aliam aecclesiam transferendus putabatur. Cum autem hoc[g] a Romano pontifice, volente in irritum revocare quod factum fuerat, negaretur, mittitur denuo *Herimannus*[h] Ferdensis episcopus in id ipsum, eiusque negocium item effectu caruit. *Quod* si quis plenius scire desiderat, epistolas utrimque[i] directas consulat, quarum[k] talia rescripta[l·4] inveniuntur[m]:

(16). XVIIII. *Fridericus Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Adriano Romanae aecclesiae venerabili pontifici*[5]. *Dilecto et fideli nostro Anshelmo*[c], *bonae memoriae Ravennatis*[n] *aecclesiae venerabili archiepiscopo*[o], *defuncto, ne curia nostra diutius tanto careret principe, operam dare curavimus, loco eius talem subrogari personam, quae pro tempore ad resarcienda aecclesiae illius dampna et ad nostrum peragendum servitium apta videretur. Ante omnia autem pre oculis mentis*[p] *habentes et aure non surda*
Rom. 12, 10. *audientes quod scriptum est:* Honore invicem prevenientes, *filium comitis Blanderatensis, quem vos in clericum Romanae aecclesiae et filium nostra petitione assumpsisse recordati sumus, vicissim ad honorem vestrum et sanctae Romanae aecclesiae altius sublimari intendimus, in ea presertim aec-*

*) Quod si *usque ad finem cap.* 20. *om. A. A* (cf. infra c.* 21. *fin.).*

a) Guid. *C.* b) G. *A. A*;* Widonis *B* 1; Guid. *C.* c) *ita β. C* 1; Anshelm. *A. B* 1. *C* 2. d) Ravenatensi (rauenatēn) *A;* Ravennatensi *A**. e) clericos *B* 1. f) *corr.* conniv. *C* 1; conniv. *C* 2. g) *ita A* (h'). *β. C;* hec *B* 1. h) Herimannus *deest A. A*;* Herm. *β. B* 1. *C* 2. i) super his *add. A infra c.* 21. *fin. (cf. supra III,* 16, *p.* 185, *l.* 21*).* k) *ita A infra c.* 21. *fin.;* quorum *rel.* l) *ita β. B* 2. *B*. A. A* infra c.* 21. *fin.;* scripta *corr.* rescripta *B* 1; scripta *C.* m) invenientur *A. A* infra c.* 21. *fin.* n) Ravennatensis *B**. o) episcopo *C.* p) *ita plerique (cf. e. g. supra III,* 9. 11, *p.* 175. 178*);* nostris *β, quod Simonsfeld sine iusta causa praefert.*

1) *[Cf. Giesebrecht l. c. p.* 382, *n.* 2*].* 2) *[Uguccio].* 3) *III,* 45 *sqq.* 4) *[I. e. exemplaria; cf. supra III,* 8, *p.* 174, *l.* 7; *infra IV,* 34*].* 5) *[De inscriptione et de deficiente salutatione cf. infra c.* 21; *Michael l. c. p.* 106; *Giesebrecht l. c. p.* 382, *n.* 1*].*

1159.

clesia, quam post sanctam Romanam aecclesiam aut maximam aut unam de maximis habemus, nostraeque voluntatis proposito, divina favente clementia, in electione illius personae concorditer et voluntarie universa Ravennas convenit aecclesia, presentibus viris honestissimis, legato nostro et vestro, hinc[a] *Iacincto cardinali, inde Herimanno Ferdensi*[b] *episcopo. Scientia autem et moribus in personam prefati electi una cum genere convenientibus, propter reverendum vestrae paternitatis testimonium commendabilior et acceptior eadem persona nobis iam facta est, quam utique etiam diligi* *[a[c] vobis]* *et honorari gaudemus et volumus, ea tamen ratione et ordine, qua patres filios suos solent diligere, quos suo tempore etiam*[d] *manumittunt*[e] *et domui suae providere permittunt. Et quidem decentissimum est, sanctam Romanam aecclesiam tamquam omnium*[f] *aecclesiarum matrem*[g] *filios, qui sunt*[h] *fructus ventris*[1]*, adgregare et adgregatos ad decorem domus Dei per domos et familias distribuere, quibus et*[i] *nostrum imperium tamquam ab utero et gremio matris nostrae progredientibus debeat et velit congruum honorem impendere. Proinde altiori consideratione vestra perpendat discretio, quid in hac causa tam vestrae quam nostrae maiestati et honestati conveniat.*

(17). XX. *Adrianus episcopus*[k]*, servus servorum Dei, karissimo in Christo filio Friderico*[l] *illustri* (*p. 455.) *Romanorum imperatori salutem et apostolicam benedictionem. Qualiter superni Conditoris intuitu et tam excellentiae tuae quam dilecti filii nostri Gwidonis*[m] *Blanderatensis comitis interventu dilectum filium Gwidonem*[n]*, subdiaconum nostrum, eiusdem comitis filium, olim in familiaritatem et in nostrum consortium receperimus*[o]*, qualiter etiam intuitu probitatis eiusdem atque pro honore et utilitate sacrosanctae Romanae aecclesiae, tamquam si in diaconum iam fuerit ordinatus, aecclesiam* *[ei[p]]* *specialiter assignaverimus, et nos profecto memores*[q] *et a serenitatis tuae memoria non credimus excidisse. Nunc autem honestatem ipsius considerantes et provectum scientiae, si ei vita comes fuerit*[2]*, adtendentes*[r]*, intelligentes etiam, quanta per eum et per nobiles ac potentes*[s]

a) huic *β. B* 1. b) *ita B. B*. C* 2; Fard. *β. C* 1. c) a vobis *des. β. B. B**. d) et *C.* e) manumittant *B. B**. f) matr. omn. aeccl. *C.* g) matrem *om. β.* h) sint *β.* i) etiam *C.* k) episcopus *om. β.* l) F. *β;* Fred. *C* 1, *ut fere semper.* m) Guid. *C.* n) G. *β. B* 1; Guid. *C.* o) recepimus *β. B* 1. *B**. p) *ita C, cf. p.* 260, *l.* 5; ei *om. β. B. B**. q) sumus *supplendum putavit Giesebrecht; nescio an emendare malueris* meminimus. r) et adt. *B* 1. s) *ita β. B. B*;* ac per nobil. et potentes *C.*

1) *[Ps.* 126, 3: Ecce hereditas Domini filii, merces fructus ventris*]*. 2) *[Cf.* 4. *Reg.* 4, 16: si vita comes fuerit*]*.

1159. *parentes ipsius sacrosanctae Romanae aecclesiae adhuc poterint*[a] *commoda provenire, et ad quantum dignitatis apicem in eadem Romana aecclesia ipse valeat, vita generi concordante, conscendere, cum a sede apostolica in subdiaconatus officium sit promotus et ei, tamquam si iam diaconus esset, sicut superius dictum est, a nobis sit aecclesia specialiter assignata, communicato fratrum nostrorum consilio, a nostro latere tam preciosum pignus iuxta petitionem excellentiae tuae non potuimus removere, sed ipsum, oportunitate accepta, Deo auctore, in Romana aecclesia ad honorem eiusdem aecclesiae et imperii intendimus*[b] *ordinare, ut vel in ea, prout divina gratia proposuerit, quandoque ad sublimiora*[c] *conscendat vel exinde ad alterius aecclesiasticae fastigium dignitatis ipsum contingat auxiliante Domino*[d] *pervenire. Convenientius siquidem est, ut, qui filius et clericus est Romanae aecclesiae, ab eius gremio non recedat et ipsa ei circa se locum dignitatis conferens eidem inde provideat altiora. Ipsa etenim viros*[e] *et moribus et*[f] *scientia adornatos, preditos honestate et sanguinis nobilitate preclaros ad se libenter evocat et eos aliunde consuevit admittere, non se talibus, cum ipsos in gremio suo habeat, facile spoliare. Quia igitur*[g] *hoc decentius esse conspicimus et honorabilius existere arbitramur, confidentes etiam imperatoriae maiestati hoc potius debere placere et gratum atque acceptum esse, postulationem tuam in hac parte non duximus admittendam, credentes atque sperantes, quod, ex quo nostram super hoc cognoveris voluntatem, tu ipse nostram intentionem et propositum commendabis.**

(18). XXI.[h] Princeps ergo, et ipse accepta occasione[1], suam hoc modo solatur indignationem. Iubet notario, ut in scribendis cartis nomen suum preferens Romani episcopi subsecundet et dictionibus singularis numeri ipsum alloquatur. Qui mos scribendi cum antiquitus in[i] usu esset communi, a modernis ob quandam personarum reverentiam et honorem putatur immutatus. Aiebat siquidem imperator aut papam debere servare suorum antecessorum ad personam imperialem scribendi consue-

a) *ita β. C;* poterunt *B. B*.* b) tend. *B.* c) superiora *B* 1. d) Deo (d̄o) *β.* e) scientia vir. et mor. *β;* scientia et mor. vir. *B;* mor. et sc. vir. *B*.* f) et *superscr. C* 1. g) ergo *β.* h) Capitulum XIX. *A.* i) esset in usu *B* 1.

1) *[Cf. supra cap. 18, p. 257, l. 20].*

1159. tudinem, aut **se**[a] ipsum[b] antiquorum principum morem in suis epistolis oportere observare[c, 1]. Haec itaque causa sermonum et nunciorum maiorem inter eos simultatis fomitem ministravit, in tantum, ut quedam litterae deprehensae dicerentur a sede apostolica directae, quae Mediolanenses et quasdam alias civitates rursus ad defectionem hortarentur. Huius* negotii veritatem tenor subiectarum epistolarum declarabit, quae a diversis personis hinc inde missae sunt:

(19). XXII. *Venerabili[2] patri et fratri et amico karissimo Eberhardo, Dei[d] gratia Babinbergensi[e] episcopo, Heinricus, eadem gratia sanctae Romanae aecclesiae presbiter cardinalis tituli Sanctorum Nerei et Achillei, salutem in Domino. Sicut virtus imperatoria ex eorum, qui sibi assistunt, discretione monstratur, ita et ipsi, quorum munitur consilio, propriae conscientiae et honestati debent attendere, quia et ipsorum honor sic ad dominos spectare videtur, sicut et domini detrimentum in eos procul dubio refunditur et redundat. Eapropter, dilecte pater[f] et venerande frater et amice karissime, vestram non tam docemus quam monemus prudentiam, ut imperialis dignitatis excellentiam, quantum in vobis est, in ea, quae ad pacem sunt et *[ad[g]]* honestatem spectant, iugiter suadeatis. Subtilius enim et sincerius in his, quae ad Deum pertinent et iusticiae[h] libertatem, ratio et discretio vestra intelligit et cognoscit, quam alii principes, quantumcumque nobiles sint, si[i] tamen sacros canones et* *p. 456. *ea, quae olim a patribus disposita *et ordinata sunt, non noverunt. Interfuistis ipse sicut unus ex nobis[k] fidelissimus mediator eis, quae[l] cum domino imperatore de pace aecclesiae et ipsius ordinata sunt in Alemannia, et eis, quae[l] altera die[3] nos secum fidelissime et ipse nobiscum benignissime de eadem pace tractavimus. Nunc autem ex litteris illis[m], quas*

*) Huius negotii *usque ad finem cap.* 22. *des. A. A*, ubi verba* Quod si quis — talia rescripta invenientur *(supra c.* 18. *fin.) hoc loco leguntur, spatio unius fere paginae in A** 2 *vacuo relicto.*

a) se *deest A. A*. β.* b) ipsorum *β;* ipsum *deest B.* c) cons. *A. A** 1. d) Dei gr. *des. β.* e) Babnb. *β;* Babing' *C* 1. f) frater *β. B. B*. V.* g) ad *deest β. B. B*.* h) *ita codd., sed* aecclesiae *corrigendum esse monuit Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 383 *(cf. infra p.* 262, *l.* 12*).* i) *ita β. C. V;* qui *B.* k) nobis sicut fidel. *β. B. B*.* l) qui *B. B*.* m) illius *β.*

1) *[Cf. infra c.* 22, *p.* 262. 263; *Michael l. c. p.* 79 *sqq.; Giesebrecht l. c. p.* 383*].* 2) *Epistola exstat etiam in cod. Voraviensi supra [p.* 108, *n.* 3*] laudato.* 3) *[Cf. Giesebrecht l. c.].*

1159. *celsitudini suae post reditum meum domino meo placuit*[a] *destinare, quae videlicet nec stilum nec antiquam consuetudinem imperialium litterarum obtinebant*[1]*, timemus multum, ne sit in diversa mutatus et alia modo sibi sit facies sensusque diversus. Replevit cor meum amaritudine et faciem meam confusione mutatio haec*[2]*; quidquid honoris et iocunditatis et gloriae adportaveram mecum, ex litteris illis videtur esse sepultum atque obnubilatum. Ideo, dilectissime frater et amice karissime, episcopalis dignitas et sacerdotii ordo, in quo vos providentia divina constituit, moveant discretionem vestram et instruant, ut ad honorem Dei stetis et vestrum pro honestate et libertate*[b] *aecclesiae, ut in antiquis limitibus aecclesiae integritas conservetur, ne temporibus vestris novis consiliis honestas usque modo turbata*[c] *turbetur. Satis turbatum est, quidquid secundum consilium vestrum putabamus efficere, et dicimus vobis, quamdiu per homines rerum divinarum ignaros negotia portabuntur*[d]*, stabiliri pax incepta non poterit. Sed si presentia*[e] *vestra et domini prepositi Magdeburgensis consummandae*[f] *pacis laborem susceperit, zelus Dei et scientia, qua preminetis uterque, finem pacificum ad honorem Dei et aecclesiae et imperatoris nostri gloriam per industriam vestram et studium vestrum*[g] *facillime poterit obtinere. Alioquin, si tempore iracundiae repertus non fuerit, qui reconciliationi intendat*[3] *et in cuius verbis possint ista scandala complanari, res ipsa forsan aliud exiget, et quod hodie integrum est, maior vehementia necessitatis disrumpet*[h].

(c. Mart.). Eidem[i] Heinrico *Eberhardus*[4] *Babenbergensis aecclesiae eadem*[k] *gratia si quid est orationis et servicii omnimodam devotionem. Litteris vestrae paternitatis lectis* **et*[l] *relectis***, admirari satis non potui, quod esset illud verbum, immo quod esset illud ve*[m. 5]*, de quo scripseratis mihi, cum adhuc a me prorsus esset absconditum. Queritans autem inveni*

a) placuerit *corr.* placuit *C*1; placuerit *C*2. b) liberalitate *β;* liberalitate *corr.* libertate *C*1. c) *ita codd.;* inturbata *emendare vult Kohl;* servata *Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 383. d) *dubitaris, an emendari oporteat* procurabuntur. e) *ita codd., pro* prudentia, *ut videtur (cf. supra p.* 261*, l.* 21*).* f) cum summam de pacis *C.* g) nostrum *β.* h) dirumpet *β. B*. V.* i) *inscriptio praetermissa; Kohl, transl. p.* 121*, n.* 3*, an emendandum sit* Item *dubitat, sed inmerito, ut iam Wattenbach ibidem animadvertit.* k) eadem *om. β.* l) et rel. *des. B.* m) ve *om. β.*

1) *[Cf. supra p.* 260 *sq.].* 2) *[Ruth* 1, 20: amaritudine valde replevit me omnipotens. *Ps.* 68, 8: operuit confusio faciem meam; 76, 11: haec mutatio dexterae Excelsi*].* 3) *[Eccli.* 44, 17: in tempore iracundiae facta est reconciliatio*].* 4) *[Has Eberhardi litteras a Rahewino retractatas suspicatur Michael l. c. p.* 108 *sqq.].* 5) *[I. e.* vae*].*

quod nolui[a] *et unde multum dolui, teste Deo, et multum* 1159.
doleo. Audivi, et conturbatus et contristatus[b] *sum; con-* *cf. 2. Reg. 13, 21 etc.*
tremuerunt omnia ossa mea[1], *adhesit cutis ossibus meis*[2]. *Et quidem intellexi et cognovi, quod bono semini, non meo, sed vestro pacis et concordiae consilio, inimicus homo*[c] *superseminaverit zizania*[3]. *Omnia mala a bonis principiis orta sunt*[4]. *Sicut in sacro eloquio:* Paravit Dominus vasa *Ps. 7, 14.*
mortis et sagittas ardentes effecit, *ita et in imperialibus gestis ac dictis simul ac scriptis pleraque repperiuntur, quae alios seducunt, alios edificant. Annales quandoque revolvuntur, apices imperiales recitantur forte in ea forma, quae illi aetati et tam bonitati quam simplicitati temporum illorum competebat, hominibus autem in directum loquentibus neque*[d] *numerum numero commutantibus neque personas personis*[e] *preposterantibus*[5]. *Nunc vero mutata sunt omnia; sed non expallescat aurum, nec mutetur color optimus, nec dispergantur lapides sanctuarii in capite omnium platearum*[6]. *Si qua exorbitatio consuetudinis modernae facta est, his exemplis facta est et hac occasione, quia flamma sopita denuo quodam vento resuscitata est per litteras*[7], *quas domnus*[f] *papa nuper direxit domno imperatori super ea questione, quae vertitur*[g] *inter*[h] *Brixinenses et Pergamenos de contentione duorum castrorum*[8], *quas quidam pannosus et velut hostis et insidiator domno imperatori despective quodammodo obtrusit, et ultra non comparuit*[9]; *quae videbantur duriores et quasi interdicti vim in se continentes, ne domnus imperator causae illius iudicium sibi assumeret. Haec autem scribo vobis, non*[i] *ut queram palliare quae pallianda non sunt, sed ut vos et alii prudentes et timentes Deum facilius morbo subveniatis, causa morbi cognita. Hinc inde dicimus et scribimus cottidie: 'Venite, venite; veniemus, veniemus'.*

a) volui *C.* b) tristatus *C.* c) homo *deest β. (Matth.).* d) in *add. β.* e) personis *deest C.* f) dn̄9 — domīō — Domi9 *β*; dns *rel. plerumque, nonnumquam* domnus. g) vertitur *om. β.* h) int̄ *superscr. C1.* i) ut non *β.*

1) *[Ier.* 23, 9: contremuerunt omnia ossa mea*]*. 2) *[Thren.* 4, 8: adhaesit cutis eorum ossibus*]*. 3) *Matth.* 13, 24: qui seminavit bonum semen in agro suo; 25: venit inimicus eius et superseminavit zizania. 4) *Cf. Sallust. Cat.* 51, 27: Omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt. 5) *[Cf. supra c.* 21, *p.* 260 *sq.]*. 6) *Thren.* 4, 1: Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus. Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum. 7) *Quae quidem litterae deperditae sunt. W.* 8) *Qua de re fusius agunt Gesta di Federico I. in Italia [a poeta Bergomate composita, ed. Monaci l. c.].* 9) *[Cf. supra IV,* 18, *p.* 257, *n.* 7*]*.

1159. *Sedemus — salva multa vestrae sanctitatis reverentia dictum sit —, sedemus et oscitamus. Sedemus, inquam, ut ait quidam*[1] *in Romana re publica, nocte diem, die noctem expectantes, et iam prudentes et scientes perimus*[2]. *De me dico vobis, ut tutis loquar auribus: Nolo mali nuncii esse baiolus neque veniam, ut audiam vel referam amaras historias*[3]. *Verba verbis obviant quasi pila minantia pilis*[4]. *Ubi est sapientia, ubi prudentia in regno et sacerdotio? Separet*
Ps. 106, 27. *nos Deus ab his, de quibus dicitur:* Omnis sapientia *eorum *p. 457.
devorata est. *Non dicatis nobis ultra: 'Venite'; sed potius vos*[a] *claves habentes scientiae*[5] *nos prevenite, non invitati venite et docete filios vestros non in amaritudine spiritus, sed in lenitate et multa mansuetudine. Parcat illis Deus, qui oleum quasi camino addentes*[6] *inter patrem et filium, inter regnum et sacerdotium seminant discordias. Insipiens factus sum, vos coegistis me*[7]. *Veniant pro Deo nuncii boni, portantes pacem, tamquam scientes et docentes nos instare oportune, importune*[8]. *More solito scribantur litterae: adiuvante Domino*

Flebile[9] principium[b] melior fortuna sequetur,

et tristicia vertetur in gaudium[10]. *Domnus imperator, superveniente nuncio vestro, propter quedam secreta negotia subito a castris discessit*[11]. *Ideo neque*[c] *ego meis insinuationibus certum responsum ab eo elicere neque vos litteras eius in continenti habere potuistis. Qualis sit, vos scitis. Diligentes se diligit*[12], *aliis*[d] *alienum se facit, quia nondum perfecte didicit etiam inimicos diligere*[13].

a) nos *B* 1. b) principiū me. f. s. *(per compendium) β;* prin. *(superscr.)* me. f. s. *C* 1, *quod C 2 perperam ita supplevit:* principium medium finis s. (scilicet *Pith.*), *om.* et tristicia. c) *ita β. B*;* Ideo ego neque *V;* Ideoque nec ego *B;* Ideo ego meis *C.* d) *ita codd.;* alienis *legere mavult Kohl.*

1) *[Rhet. ad Herennium IV,* 48: sedetis et oscitamini. Luce noctem, nocte lucem exspectatis*]*. 2) *Cf. Giesebrecht 'DKG.' V, p.* 221, *qui Terentii locum, Eun. I,* 1, 27. *attulit:* Prudens, sciens, vivus vidensque pereo. 3) *[Cf.* 2. *Reg.* 18, 22; *Horat. Sat. I,* 3, 88 *sq.]*. 4) *Lucan. I,* 7. 5) *[Luc.* 11, 52: quia tulistis clavem scientiae*]*. 6) *[Horat. Sat. II,* 3, 321: oleum adde camino*]*. 7) 2. *Cor.* 12, 11: Factus sum insipiens, vos me coegistis. 8) *[*2. *Tim.* 4, 2: insta opportune, importune*]*. 9) *Eundem versum ex Ovidii Met. [VII,* 518*] sumptum Otto I,* 22, *supra p.* 36, *attulit.* 10) *Ioh.* 16, 20: sed tristitia vestra vertetur in gaudium. 11) *[Cf. infra cap.* 32; *Giesebrecht l. c. VI, p.* 384*]*. 12) *[Prov.* 8, 17: Ego diligentes me diligo*]*. 13) *[Matth.* 5, 44. *Luc.* 6, 27: Diligite inimicos vestros*]*.

Epistola eiusdem ad *[papam[a]]*. *Cum[b] et* 1159.
tacendi et loquendi tempus sit[1], *quando commune instat* (20).
periculum, desperationis potius quam religionis est[c] *servare silentium, omnium est conclamare, in unum concurrere ac ferre presidium. Quando autem impetus hostilis aut incendium ingruerit*[d] *civitati, presertim eorum interest, qui vigiles civitatis*[e] *sunt, eos qui in arce sunt, ipsum quoque patrem familias expergefacere ad subveniendum in necessitatis articulo. Hac officii mei consideratione et specialis debiti, quo teneor multis rationibus sanctae*[f] *Romanae aecclesiae, ego, licet minimus episcoporum, qui nec*[g] *sum dignus*[h] *vocari episcopus, tam impudenter*[i] *quam imprudenter exclamo ad vos, reverentissime*[k] *pater et domine, hoc in tempore, quo nobis infirmioribus videtur imminere, quod multum pertimescimus, periculum. Et quidem ab illa olla, quam succensam ab aquilone vidit olim propheta*[2], *ignis quidam per scintillas occultas cepit erumpere, sed adhuc in fumo est et Deo gratias! nondum in flammam eluxit. Inter vos, domine, et filium vestrum, dominum nostrum imperatorem, verbotenus adhuc aliquid perturbationis est. Timendum valde et metuendum, ne verba verbis obviantia sua collisione flammam tandem excutiant, quae se latius diffundat in sacerdotio et regno; quod Deus avertat! Ipse filius vester, sicut nostis, dominus noster est, vos autem, quomodo Christus, magister et dominus. Nemo nostrum audet dicere hinc vel inde, cur hoc facitis aut*[l] *dicitis. Optamus tantum et rogamus ea quae ad pacem sunt. Quodsi liceret salva reverentia verba singula trutinare et rationem singulorum exigere, in*[m] *insipientia dico*[3], *non, ut arbitror, expediret, quia potius ignis sine mora discutiendus est, quam de igne, qua de parte venerit, disceptandum. Supra me esse scio quae loquor, sed in simplicitate cordis mei coram eo, qui super omnes et secretorum est conscius, haec loquor et, ex quo cepi semel, loquar adhuc vobis confidenter tamquam patri et domino. Omissis illis, quae aliter et aliter secundum varias auditorum et interpretum mentes possunt accipi, dignetur ex integro scribere vestra paternitas placide ac benigne filio vestro, do-*

a) *ita B* 1 *(rubro scr.).* 2. *B*;* Alia epistola eiusdem ad Romanum pontificem *C; des. β.* b) *littera magna initialis minio picta β.* c) est *om. β.* d) ingruit *β.* e) civitates *β. B* 1. f) scilicet *B* 1. *C*(.s.). g) necdum *B* 1. h) dignus *om. β.* i) impud. quam *om. β.* k) reverend. *β.* l) vel *B* 1. m) et in *β.*

1) *[Eccl.* 3, 7: Tempus tacendi, et tempus loquendi*].* 2) *Ier.* 1, 13: ollam succensam ego video et faciem eius a facie aquilonis. 3) *[*2. *Cor.* 11, 21*].*

1159. *mino nostro imperatori, et ad se paterno affectu eum revocare, promptum ad exhibendam*[a] *vobis omnem reverentiam. Samuhel*[b] *David suum amplectatur nec dimittat a se separari, ut nulla scissura clamidis fiat, quatinus Deus honoretur et aecclesia catholica tranquilla devotione laetetur*[c].

(21). XXIII.[d] Interea cum de curia obtimatum ad singulas civitates bini vel plures pro constituendis potestatibus et consulibus a principe destinati fuissent, contigit *(Ian. ex.).* Reinaldum[e] cancellarium et Ottonem palatinum comitem de Baioaria, sepe iam memoratos, comitemque Gozwinum[f] ad[g] civitatem Mediolanensem devenisse, id negotium in ea civitate sicut et in caeteris iussos promovere. Populus ergo in seditionem conversus, ad domos, ubi legatos manere suspicabantur, mox procurrere, contumeliosa et superba perstrepere, lapidibus aliisque missilibus[h] crepitare. Nec[i] ab eo tumultu vel[k] comes Blanderatensis[1], qui et ipse affuit, vel reliqui nobiles eos avertere[l] poterant. Nam et in ea civitate et[m] pene in[n] aliis Italiae urbibus non procerum, sed vulgi motus[o] haec cuncta secuntur[2]. Id ingenio[3] mobili, seditiosum atque discordiosum erat, cupidum novarum[p] rerum, quieti et ocio adversum. Aliquantae etiam nobilitatis parti studio talium rerum incitatae tumultus ipse et res novae satis placebant. Legati ergo[q], quorum quidam[r] intra muros urbis erant, inproviso[s, 4] metu *incerti ignarique quid **p. 458.* potissimum facerent, trepidare, cum nec resistere armatis et multis ipsi pauci et inermes possent et portae[5] ante clausae fugam prohiberent. Comites autem, quos et ipsi magis infensos habebant, extra hospitatos ea res minus terruit; qui sine mora, comperto tumultu, illesi intactique[t] recessere. Altero die tam episcopus[6] quam cancellarius, infecto negotio, eos e vestigio subsecuntur.

a) exib. *C* 1. b) *ita B* 1; Samuel *β. C.* c) De his hactenus *add. B*, qui pergit c.* 34. d) Capitulum XX. incipit *A.* e) Reginaldum *A. A*;* Reinoldum *B* 1. f) G. *A. A*;* Gwidonem *β, cf. infra l.* 16 *sq.* (Gozwinus comes *etiam Otto de S. Blasio c.* 14, *p.* 16, *SS. r. Germ.).* g) Gozwinum Mediolañ dev. *C.* h) *corr. e* missibilibus *A.* i) Nam *A. A*.* k) nec (vel *corr.* nec *A** 1) *A*.* l) *versu exeunte add.* non *A.* m) et *om. A. A*.* n) omnibus *vel quid eiusmodi excidisse videtur.* o) motus — discordiosum *(l. 21) om. A*.* p) et nov. rer. *β;* et rer. nov. *B* 1. q) vero *A. A*.* r) qui *post add. A** 1, *et ita A** 2. s) inprovisu *A*.* t) que *deest A. A*. β.*

1) *[Gwido].* 2) *[Cf. Lucan. Phars. V,* 342; *supra II,* 25, *p.* 128, *n.* 1*].* 3) ingenio — placebant *ex Sallust. Iug.* 66, 2. 4. 4) inproviso — trepidare *indidem* 67, 1; *[cf. supra III,* 39, *p.* 213, *n.* 1*].* 5) [portae — prohiberent *indidem].* 6) *[Cf. Giesebrecht l. c. VI, p.* 373 *sq.].*

1159.

Ita Mediolanenses, violata pace, ruptis sacramentis, contaminato federe, quod etiam aput barbaros legatis[a] ius gentium[b] constituit[c], defectionis iteratae venenum, quod corde conceperant, quod occultis machinationibus conflaverant, hac temeritate discooperire non verentur.

(22).

XXIIII.[d] Eodem tempore vel potius hisdem diebus legati Constantinopolitani imperatoris[1] ad curiam venturi fidem publicam expetebant[e]; namque pro morte Wibaldi[f] abbatis Stabulensis, qui in Greciam missus ibi vita decesserat[2], sese suspectos haberi metuebant. Nuncii quoque Lodewici[g] regis Francorum et Heinrici[h] regis Angliae, cum post unos mox alii supervenissent, utrique[i] Fridericum in partem ac favorem sui principis inclinare multis verborum delinimentis atque muneribus concertabant. Inter hos siquidem reges ex eo tempore, quo inter Lodewicum[k] et thori sui sociam[3] factum est divortium eaque prefato[l] Anglorum principi superbis adhesit nuptiis, sive occasione dirimendorum inter se finium, sive[m] quodam alio latentiore zelo[4], continuae simultates et dissensiones ortae sunt, magnumque sibi credidit auxilium accessisse, quisquis eorum sibi Romani principis conciliare potuisset auctoritatem. Rex quoque Ungarorum[5] fama[n] sola Mediolanensium comperiens temeritatem[6], honorabiles nuncios et litteratos, magistrum Matheum et magistrum Primogenitum, ad curiam destinavit, suos denuo auxiliarios plures quam prius sponte sua principi promittens. Hos singulos et responso prudenti exhilaratos et regalibus donatos muneribus augustus expedivit et ad suos principes remeare concessit.

(23). *Febr.* 2.

XXV.[o] Friderico in villa quae vocatur Autimiacum[7] festivitatem luminum celebrante, cum multi ad eum Hesperiae proceres confluxissent, dolos atque crudam

a) legatf *A;* legatos *A**. b) gentilium, li *alio atram. expunct.* *C* 1; ius gent. *om.* *β*. c) inst. *A**. d) Capitulum XXI. incipit *A*. e) expetebat *β*. *B* 1. f) *ita C;* Hubaldi *A*. *A*;* Ubaldi *β*. *B*. g) Ludovici *A*. *C* 2. h) H. *A*. *A**. i) uterque *A*. *C* 2. k) Ludew. *A;* Ludov. *C* 2. l) pacto *A**. m) sive *om.* *β*. n) sola fama *A*. *A**. o) Capitulum XXII. incipit *A*.

1) *[Manuelis].* 2) *Butelliae in Pelagonia [i. e. Bitoliae in Macedonia, hodie Monastir] obiit Wibaldus a.* 1158, *d.* 19. *Iul.; cf. [Jaffé, Bibl. I, p.* 607 *sq.;] Ianssen, 'Wibald von Stablo und Corvey' p.* 208; *[Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 121*]. W.* 3) *[Alienorem, quae nupserat Heinrico a.* 1152*].* 4) *[Cf. supra II,* 2, *p.* 104, *n.* 1*].* 5) *[Geisa].* 6) *[Cf. Giesebrecht l. c. VI, p.* 374*].* 7) *Occimiano;* apud castrum Aucimianum in territorio Vercellensi *Stumpf nr.* 3838.

1159. Mediolanensium superbiam omnibus notissimam in medium commemorat, exhibens vultum iusti doloris simul et regalis indignationis indicem.

'Exclamare'[a], inquit, 'cogimur, o proceres, in auribus vestris contra crimen perduellionis, contra scelus lesae maiestatis, in quo civitas impia, gens nequam, populus sceleratus, Mediolanenses dico, iam non semel, sed sepenumero deprehensi inveniuntur. Factum ipsum vobis[b] adhuc recens exponerem, si tamen non exinde non solum vestrae, verum etiam omnium, qui in orbe Romano sunt, aures tinnirent. Iniuria[c], quam nobis, immo vobis et imperio superbia et presumptio perversissimorum hominum inique ingessit, occulto[d] Dei iudicio eo tendere videtur, ut hi[e], qui in suam et multorum pernitiem debachantur, multorum quoque condempnatione et imperiali auctoritate legumque vigore competenter debeant compesci. Ubi, **queso**[f], fides illa, quam se Mediolanenses adhuc inviolatam et inter caeteras civitates virginali quadam castimonia illibatam habere gloriati sunt? Ubi iusticia, quam in conservandis legibus specialiter se hactenus habuisse iactaverunt? Convenient[1] eos modo non nos, sed fides fracta, experientur[2] adversus ipsos sacramenta irrita facta, fedus ruptum, leges legatorum, non solum nobis et vobis, verum et[g] barbaris debita integritate et sanctissima reverentia conservandae. Quocirca, si vere ego de vobis audio[h] praedicari fidem, iusticiam, fortitudinem, abhominationem desolationis[3] stantem in medio vestrae terrae, quae actenus larvali[i] quodam terrore omnes vos[k] concutere sole*bat, respicite atque com- *p. 459.
munibus viribus communem hostem, non tam nostrum quam[l] vestrum, proterendum assurgite! Consulite Romano imperio, cuius, etsi nos caput, vos membra; nobis in hoc negotio, ut libet, vel[4] milite vel imperatore utimini! Deo propiciante illorum presumptionem[m] reiteratam[n] iterata vindicta eo usque prosequetur[o], ut, quod[p]

a) Cap̄ XXIII. *A; item novum inc. cap. A* 1, rubra h. l. posita.* b) nobis *A* 1, ubi mox* nostre. c) Iniuriam *β. B* 1. *C, mendose, sed fortasse ex archetypo.* d) occultę *B* 1. e) hii *A.* f) *ita A. A*. β;* queso *deest B. C.* g) etiam *A** 2. *C.* h) audeo *C.* i) naturali *A. A*.* k) *ita β;* nos *A. A*; deest B. C.* l) quam vestr. *om. β.* m) presumptionē, *sign. compendii post superscr. C* 1. n) presumptio iterata vind. *A. A*;* presumptio (presumpcio *β*) reiterata vind. *β. B.* o) prosequatur *B* 1. p) quod *om. B.*

1) *[I. e. in ius vocabunt].* 2) *[Cf. supra IV,* 11, *p.* 246, *n.* 1; *infra IV,* 47*].* 3) *[Matth.* 24, 15. *Marc.* 13, 14: abominationem desolationis*].* 4) vel — utimini *ex Sallust. Catil.* 20, 16.

in nostram [immo[a] in vestram] iniuriam[b] et Romani gloriam imperii commiserunt, ea cohertione reprimatur, ne pravis et seditiosis crescat spes et ne[c] crimen eorum inultum maneat, qui nec vobis veritatem nec nobis reverentiam et fidem servavere, abusi clementia nostra, abusi pacientia, qui pro penitentia pertinatiam, pro simplicitate duplicitatis confusionem induere non erubuerunt'. 1159.

XXVI. Talia[d, 1] perorantem omnes excipere, ac velut impetu quodam divino incitati, alius alium in respondendo antecapere cupiebat, hoc recti consilii[2] arbitrantes[e], ne quis extremus remanere videretur. Erant ibi absque laicis obtimatibus episcopi Eberhardus[f] Babinbergensis[g], Albertus Frisingensis, Conradus[h] Eistetensis[i], Herimannus[k] Ferdensis, Daniel Bragensis[l], de ultramontanis Papiensis[3], Vercellensis[4], Hastensis[5], Tertonensis[m, 6], Placentinus[7], Cremonensis[8], Novariensis[9]. Qui omnes[n], dum singuli in perorando singulari favoris studio diverso modo placere voluissent, hanc tamen sententiae unius identitatem[o] per os et facundiam Placentini episcopi proferebant:

'Excellentiae[p] vestrae, princeps post Deum nobis (24). karissime, super[q] iniuria Mediolanensium[r] qua decet gravitate et animi indignatione condolemus; sed quia scimus sinceritatem vestram et animam vestram in hac parte a culpa custoditam, omnipotenti Deo gratias agimus, qui de malis Mediolanensium multa vobis ad gloriam operari poterit et ex illorum superba crudelitate ac crudeli superbia vestram[s] mansuetudinem, vestram dignissimam humilitatem amplius enitescere procurabit. O cruda superbia, o infelix arrogantia, quae de caelo angelum,

a) immo in vestram *des. β. B. C.* b) iniuriam *deest A. A*.* c) nec *B* 1. d) *novum cap. h. l. inc. β. B* 1. *C* 1. e) existimantes *A. A*, ut Ios. atque infra IV,* 57. f) Everh. *β. C* 1. g) Babenb. *B. C* 2; Bauberg. *A;* Babbng. *β.* h) Cunr. *A.* i) Cisténsis *A. A*;* Cistetn̄ *β;* Eistensis *C* 1; Eihstetensis *B* 1. k) Herm. *β. C.* l) Prag. *C* 2. m) Tortonensis *B* 1. n) dum omn. *A. A*.* o) idemt. *C* 2; ydempt. *A*. β.* p) Capitulum XXV incipit *A, ubi numerus* XXIIII *praetermissus; littera initialis* E *minio picta β.* q) super *om. β.* r) nensium *novo versu incipiente omissum β.* s) vestram *om. A*.*

1) *[*Talia — videretur *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 28. *conformata; cf. infra IV,* 57*].* 2) *[Dubito fere, an h. l. quid errore praetermissum sit vel exciderit; cf. Ioseph. l. c.:* hoc specimen esse fortitudinis rectique consilii existimantes, *atque infra IV,* 57*].* 3) *[Petrus].* 4) *[Uguccio].* 5) *[Anselmus].* 6) *[Obertus].* 7) *[Hugo].* 8) *[Ubertus].* 9) *[Guilielmus].*

1159. de paradyso hominem precipitasti! Timeo, quod et[a] Mediolanensibus haec[b] pestis fatale debeat exitium preparare. Parum se cavit ab hoc vicio tumoris[c] de quo[1] *Ezech. 28, 12. 13.* dictum est: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore in deliciis paradysi Dei fuisti.* Parum et ille, cui concessum est ex omni ligno paradysi comedere[2]. Tu quoque non magis ac illi, cui et haec et multa alia de illis dicta quadam proportione similitudinis possunt assignari. Ille inter angelos primus et Lucifer appellatus, tu inter urbes Italiae prima, inter orbis una de primis; ille in deliciis paradysi, tu in deliciis huius mundi nullius indiga fuisti. Ille plenus[d] sapientia et perfectus decore, tu cum multos habeas et sapientes et *Ps. 106, 27.* phylosophos, timeo, ne illis competenter dicatur: *Et omnis sapientia eorum devorata est.* Novimus maximas civitates et antiquas, Babilonem[e], Niniven, bello subactas, factas ad ultimum delubra draconum, habitacula strutionum[3]. Tibi certe cras quoque[f] fiet idem, ut, nisi resipueris, in edibus tuis lugubri voce respondeant ululae, saltent pilosi[4]. Absit tamen[g] hoc, avertat hoc[h] a te Deus! Cupio equidem ego in hac parte potius loqui *cf. Ps. 5, 7 etc.* mendacium quam verus propheta inveniri. Tibi, serenissimo domino nostro, fideliter suggerendum putamus, ut pro iniuria Mediolanensium officia[i, 5] vindictae bonus **iudex**[k] bono animo studeas adimplere. Nec[6] enim frustra sunt instituta potestas regis, arma militis et ungula carnificis, disciplina dominantis et severitas boni patris. *Habent*, ut ait quidam[7], *ista omnia modos suos, causas, rationes, utilitates. Haec cum timentur, et mali*

a) et quod *(pro* q. et*) A;* et *deest C.* b) pestis haec *C* 2. c) timoris *β; idem post add. B* 1, *et ita B* 2. d) primus *A. A*.* e) Babylonem *B* 1. *C* 2. f) quoque *deest A.* g) hoc tamen *A;* hec tamen *A*.* h) hec *A;* hoc *deest A*.* i) *ita etiam Augustin. (Gratian.);* officium *corr.* officia *C* 1; officium *C* 2. k) iudex *deest A. A*. β;* boni bono animo, quomodo . . . iudex *Augustin. (Gratian.).*

1) *[I. e. ille, de quo dictum est, sc. rex Tyri, qui tamen, ut iam Kohl animadvertit, hic cum Lucifero confunditur].* 2) *Gen.* 2, 16: Praecepitque ei dicens: ex omni ligno paradisi comede. 3) *Is.* 13, 21: et replebuntur domus eorum draconibus, et habitabunt ibi struciones; *[cf. Ottonis Chron. VIII,* 20, *p.* 420*].* 4) *[Cf. Is.* 13, 21. 22: et pilosi saltabunt ibi, et respondebunt ululae in aedibus eius; *cf. Ottonis Chron. l. c.; supra IV,* 16*].* 5) *[Ad* officia — adimplere *cf. Gratian. C.* 23. *q.* 5. *c.* 16, *qui haec ex Augustini quaest. evangeliorum l. I. qu.* 10. *affert; 'N. Archiv' XXI, p.* 667 *sq.].* 6) *[Ad* Nec — vivunt, *p.* 271, *l.* 1, *cf. Gratian. C.* 23. *q.* 5. *c.* 18. *ex Augustini epist.* 153; *'N. Archiv' l. c.].* 7) *[Augustinus, cf. Gratian. l. c.].*

cohercentur, et boni quiete inter malos vivunt. Falluntur Mediolanenses, si putant modo in te falli quod dicitur[1]: 1159.

An nescis longas regibus esse manus?

Venisti et vicisti[2]. Nec minus tibi facile *est*[a] victos vincere, quam prima fronte rebellantes[b] sine difficultate superasse. Idem tibi imperium, idem **corporis[c] et** animi robur, eadem militiae virtus, eadem devotio militantium. Solum tibi restat disquirere, qua vindicta, qua pena percellendi sint[d], qui totiens legibus ac legittimo imperio contradicunt. Quamvis autem extraordinaria pena iure cohercendi essent, imperialis [tamen[e]] clementia hanc moderationem decenter tenebit, ut non [quidem[f]] sicut illi meruerunt, sed sicut te decet, iniuriam persequaris. Non[3] plus aput te valeat Mediolanensium scelus quam tua dignitas, ne magis irae tuae quam famae, quam iusticiae consuluisse videaris. Nam, si digna pena pro factis eorum queritur, si magnitudo sceleris ventilatur, novo consilio hoc [negotium[g]] eget et, ut verum fatear, nostra ingenia exsuperat. Quare his adversus eos utendum censeo, quae legibus comparata sunt, bonumque imperatorem et iustum iudicem declarabit[h] cum inimicis ante legibus quam armis decertare'. Dixerat[i. 4], eiusque sententiam et augustus ipse et obtimates universi commendant.

*XXVII.[k] Itaque proponuntur edicta, iterumque (25).
*p. 460. Mediolanenses in ius per legittimas citantur inducias. Die statuta[l] Friderico aput villam regiam quae vocatur Marinca[m. 5] commorante, per legatos suos Mediolanenses se presentant, videlicet per archiepiscopum suae civitatis et per alios quosdam multae quidem eloquentiae, parvae[n] sapientiae. Unde et archiepiscopus, sive vera sive simulata infirmitate, societati illorum se subtraxit. Illi autem dum artius de prestitis sacramentis deque aliis pacis pactionibus, de federe violato convenirentur, cum

a) est *deest B.* b) rebelles *A*.* c) corp. et *des. A. A*. β.* d) sunt *β* (s̄t). *B* 1. e) tamen *deest β. B. C.* f) quidem *deest β. B. C.* g) negotium *deest β. B. C;* eget *om. β.* h) declarabis *A. A*.* i) *praem.* Capitulum XXVI. *A; item h. l. novum inc. cap. A** 1; *nescio an apte (cf. n.* k*), quamquam β. B. C eodem versu pergunt.* k) *nulla cap. dist. B* 1. l) *corr. e* statuto *A.* m) Morinca *A;* Marnica *C* 2. n) sed parvae *B.*

1) *Ovid. Her. XVII,* 166. 2) *[Cf. Sueton. Caes.* 37, *alios].* 3) Non — comparata sunt *(l.* 20 *sq.) ad Sallust. Catil.* 51, 7. 8. *conformata.* 4) *[Cf. supra III,* 29, *p.* 204*].* 5) *Marengo, in meridie Alexandriae. Erat ibi Fridericus* 7—22. *Febr.; Stumpf nr.* 3842. 3844—3846.

1159. aliud non potuissent, responderunt: 'Iuravimus quidem, sed iuramentum adtendere non promisimus'. Digna responsio, ut[1] moribus oratio consonaret, et qui prave ac perfide vivere et facere consueverant, aliter ac perfide et prave loqui non potuissent, ut vitam flagitiosam sermo inlotus comitaretur. Cumque[a] haec et alia multa vicio procacitatis[2] verba protulissent, infecto pacis negotio discedunt[3], aliusque illis dies prefigitur.

(26). XXVIII.[b] Inter haec videns imperator Mediolanensium superbiam nonnisi in manu gravi et forti posse compesci, cum, ut supra memoravimus[4], dimisso exercitu ipse cum paucis remansisset, auxilia ultramontanorum contra reprobam civitatem accienda[c] reputavit. Itaque missis nunciis imperatricem advocat et[d] ducem Baioariae Heinricum[e] aliosque tam episcopos quam proceres imperii, commonens eos[f] fidelitatis suae, ne desertores regni pro tanta temeritate de impunitate laetentur; velle se probare[g] ipsorum benivolentiam circa statum imperii conservandum impetumque[h] inimicorum cohibendum. Illi, accepta legatione, alacri animo se ad novam in proximo vere accingunt expeditionem.

(27). XXVIIII.[i] Inter haec Fridericus nichil[k, 5] aput se remissum, nichil aput hostes tutum pati. Inpigre prudenterque suorum et hostium res pariter adtendere, explorare, quid boni utrimque aut contra esset. Itaque, dimisso exercitu, cum paucis territoria[l] provinciae circuit, militem novum et auxiliarios[m] percensuit, castella et munitiones, utpote Verrucam[n], Serralonga[o, 6, *] et caetera, quae in[p] terra illa magis inexpugnabilia nec aggressione facile capi videbantur, suscepta in discrimen hostium et ad suorum presidium sapienter providit[q].

*) Lou[7] *add. C.*

a) et *add. B* 1. b) Capitulum XXVII incipit *A.* c) accidenda *A;* accipienda *A**. d) et *deest A. A*. β.* e) H. *A. A**. f) eosque *A.* g) et *add. β.* h) que *deest B* 1. i) Capitulum XXVIII *A.* k) nil *β. C.* l) territorium *A.* m) auxiliaros *B* 1. n) Verucam *A*; potius* Verncam (u'ncam) *A.* o) sexta longa *β.* p) magis in terra illa *A. A**. q) prev. *A. A**.

1) [ut moribus — comitaretur *ad M. Tullii, quae dicitur, invectivam in Sallustium* 1. *conformata]*. 2) *[Cf. ibid.:* in idem vitium incidam procacitatis*]*. 3) *[Cf. Oros. IV,* 20, 19*]*. 4) *III,* 50. 5) nichil — esset *ex Sallust. Iug.* 88, 2. 6) *[Cf. de his locis Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 374, *a quo tamen dissentit Kohl]*. 7) *[Quem locum Kohl prope Astam situm dicit]*.

Novam Laudam toto tempore quadragesimae summo studio communit[1], vallum inmensum extruit, portas et propugnacula disponit; oportunum ratus futuri belli negotiis, si in tam vicina civitate, utpote XX[a] miliariis[b] a Mediolano distante, magnam bellatorum[c] multitudinem subito et locare posset et invenire. Deinde usque[d] Cumam progrediens honorificentissime recipitur, fedus et auxilium poscit et accipit[e]. 1159. Febr. 25. — Apr. 11.

XXX.[f] Est autem in lacu Cumano insula[2] divitiis habundans, hominibus bellicosis referta, quae nisi valde cruenta victoria a quoquam capi difficile putabatur. Erat autem amica Mediolanensibus et multo tempore per fedus coniuncta. Princeps propter commeatum[g] venientium ad se ac[h] redeuntium[i] optimum ratus[3] eo membro corpus insidiosae civitatis mutilare, concepta spe atque fiducia, insulam se vel sicut hostem infestum[4] contra hostes vel, si hoc elegerint, tamquam benignum imperatorem ad socios et amicos intraturum comminatur. Nec mora, cum paucis quos secum habebat naves ingressus coepit remigare. Insulani dum principis spiritum simul et audatiam cognovissent, divino quodam timore concussi obviam navigio pergunt, pacem petunt, cum magno plausu et alacritate venientem excipiunt, fidelitatem iurant, muneribus honorant. Satisque fidelis in posterum nobis gens illa reperta est. Idque prospectum[k] singulari consilio principis, ut homines illi insulani feri ac pyratica rabie assueti, in tam strictis viarum faucibus usui et oportunitati[l] nostrorum recuperarentur. Quid amplius mirandum in hac victoria? An principis[m] magnanimitas, quod tantam rem hoc modo attemptare non metuit, an felicitas, quod rem[n] adeo periculosam sine periculo devicit? Sed utrumque mira- (28). (Mart. in.).

a) XX[ti] *A; viginti C* 1. b) miliaribus *C.* c) mult. bell. *C.* d) Cum. usque *A. A** 1. e) accepit *B* 1. f) *nulla cap. dist. A. A*. B* 1. g) comitatum *β.* h) *ita A. β. C* 1 *(superscr.).* 2; et *Waitz.* i) revertentium *A**. k) profectum *A. A**. l) oportunitate *B* 1. m) magn. princ. *A;* princ. magn. principis *A**. n) rem *deest C; maluerim fere* gentem *vel quid huiusmodi, cf. supra l.* 10 *sq.* 25.

1) *Laude charta data est d.* 23. *Mart.; Stumpf nr.* 3848. 2) *[Isola Comacina; cf. Burchardi Ursperg. Chron. SS. XXIII, p.* 349; *supra III,* 47, *p.* 223; *Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 191. *VI, p.* 374*].* 3) *[Cf. Sallust. Catil.* 57, 5*].* 4) *[Cf. Sallust. Iug.* 23, 2*].*

1159. bile, quod et aggredi ausus, et quod[a] tanta felicitate* gloriosum complevit[b] triumphum.

XXXI.[c] Simili modo aput Placentiam factum est. Quae et ipsa Mediolanensibus confederata propter diversas causas invisa videbatur et defectionis opinionem dudum incurrerat. Unde etiam[d], ut supra memoravimus[1], iure possessionis[e] iussi fuerant vallum replere turresque deponere, ut minitando magis quam puniendo *reprimentur perturbandae civitatis auctores. *p. 461. Eodem quoque tempore egressi fuerant de Placentia latrunculi et nuncios principis, qui de Genua[f] promissam ferebant pecuniam[2], circiter quingenta talenta, ex insidiis circumvenerunt et memoratam pecuniae quantitatem diripuerunt. Ob haec et alia fraudis experimenta cum eos sicut indubitanter rerum novarum cupidos[3] augustus suspectos haberet, cum paucis tamen sine pavore civitatem[4] ingreditur,
Apr. 5. dominicam palmarum debito[g] festo peragit caeteraque, quae ibidem agenda[h] fuerant, congrue ordinavit pecuniamque direptam, vix a civibus exoratus, recepit.

(29). XXXII. Anno dominicae incarnationis M⁰C⁰LVIIII⁰
Apr. 12. Fridericus pascha aput Mutinam celebravit, festoque terminato, in territorium Bononiense, ubi tunc manebat exercitus, demigrans adventu suo universos laetificavit.
Febr. 25. Nempe a die quo cinis super capita fidelium poni solet usque tunc semel tantum ad exercitum venerat, supradictis negotiis occupatus[5]. Dimiserat tamen loco suo venerabilem[i] virum Eberhardum Babinbergensem[k] episcopum, qui venientes et negotia habentes audiret causasque eorum diligenti examinatione terminaret[l]. Erat enim idem episcopus religione et scientia preditus vitaeque purioris institutionibus instructus. Cumque ad fidem imperii et honorem pre caeteris diligentiam habere[m] cognitus esset, aput quam plurimas terras opinio de eo

*) ac facilitate *add. C.*

a) quod *deest A**. b) impl. *A*. c) Capitulum XXXI *etiam A, ubi numeri* XXVIIII *et* XXX *praetermissi*. d) et *β*. e) *ita codd. et edd.; malueris* provisionis. f) Zenua *A;* Genea *β*. g) debite (i *et* e *e corr.*) festa *A (nescio an proponere liceat* debito fastu; *cf. supra I, 24, p. 37, l. 22. III, 14)*. h) perag. *C* 2. i) honorabilem *A**. k) Baubenb. *A;* Baberg. *β. C* 1; Babenb. *C* 2. l) determinaret *β*. m) habere *om. B* 1, *ubi* diligentia *corr.* diligentiam.

1) *IV*, 11. 2) *[Cf. supra IV*, 12*]*. 3) *[Cf. Sallust. Iug.* 66, 2; *Catil.* 28, 4, *saepius]*. 4) *Placentiam*. 5) *[Cf. supra IV*, 22, *p.* 264, *n.* 11*]*.

celeberrima pervulgata[a] est. Eiusque studium circa 1159. Scripturae sensus ac questionum discussionem tam attente versabatur, ut inter prelia commanens diversas emergentes[b] curas earum sedula meditatione solaretur. Cum autem omnes episcopos seu cuiuslibet ordinis aecclesiastici viros imperator diligeret eosque ampliori honore dignos duceret, specialiter tamen memorati viri sicut prudentissimi nitebatur[c] consilio eumque dignum estimavit, in cuius arbitratu et discretione operas suas locaret et onus simul ac honorem communicaret.

XXXIII. Iam dies aderat, quae Mediolanensibus (30). tercio vel quarto prefixa fuerat[1]. Tum imperator, convocatis iudicibus et legis peritis, qui in ea civitate[2] frequentes aderant, citari iubet Mediolanenses. Cum autem nemo compareret, qui absentiae illorum causam rationabilem ederet, tamquam contumaces rebelles[d] et *(Apr. 16)*. imperii desertores severitatis sententiam excipiunt, hostes pronunciantur, res eorum direptioni, personae servituti adiudicantur; eiusque rei occasione in audientia principis satis disputatum est luculenterque expressum, quae pena excipere debeat qui defectionis aut lesae maiestatis rei forent deprehensi.

XXXIIII.[e] Preter* alios[f] principes, nobiles atque sapientes interfuere huic collationi et[g] negotio sedis apostolicae legati, videlicet Octavianus tituli Sanctae Ceciliae presbiter cardinalis, Heinricus[h] tituli Sanctorum Nerei et[i] Achillei, Wilhelmus[k] cardinalis diaconus[3], antea Papiensis archidiaconus, et Gwido Cremensis diaconus cardinalis[4], missi a papa Adriano. Quorum itineris[l] causas simulque nunciorum senatus populique Romani

*) *B* ita pergit:* Principi[m] iuxta Bononiam morante, venerunt ad eum sedis ap. l.

a) permulg. *A**. b) et ingentes *C* 1 (t *in* et *ex* n *vel* t i *ex* m *corr.*). 2. c) *alio atram. corr.* utebatur *A;* utebatur *B* 2. d) rebellesque *A*. e) *nulla cap. dist. A. A** 1. *C* 2. f) illos *β*. g) negocioque *A**. h) Will's *A;* Wilh. *A**. i) et Achillei *des. B* 1. k) Will's *A;* Wills *A*;* Willelmus *C* 1; Willehellemus *B* 1; Willih. *B* semper.* l) itineris *om. β*. m) *sic.*

1) *[Cf. supra cap. 27].* 2) *[Sc. Bononiae].* 3) *[Immo cardinalis presbyter tit. S. Petri ad Vincula].* 4) *[Immo cardinalis presbyter tit. S. Calixti. Ordinem quoque rerum hic vehementer turbatum esse patet; cf. litteras Eberhardi Babenbergensis episcopi infra allatas atque capp.* 36. 62; *Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 222 *sqq. VI, p.* 384*].*

1159. [necnon[a] et alia quedam] rescriptum litterarum venerabilis viri Eberhardi[b] Babinbergensis[c] episcopi subter annotatum continet; quod tale est:

(Iul.?). *Reverentissimo[d] patri et domino Eberhardo[e] Salzburgensis[f] aecclesiae archiepiscopo Eberhardus[b] Babinbergensis[g] gratia Dei si quid est cum oratione qualicumque servitium devotissimum. Scio, pater sanctissime, sacrae pietatis affectu vos meis[h] compati laboribus et animae mihi[i] salutem et corpori[k] quietem concupiscere. Ut autem noveritis, quoad compati vos mihi oporteat, dico vobis, quod iam tedet animam meam vitae meae[1], duo ferens onera in animo meo mihi[l] gravissima, quod et cinctus ducor quo nolo[2] et, quamdiu durare debeat, ignoro, vestris et aliorum fidelium orationibus adiuvari desiderans, ut ab illis separer, quibus iuravit Do-*
Ps. 94, 11. *minus in ira sua[3]:* Si introibunt in requiem meam. *Super haec tempora periculosa instare[4] videntur, *et[m] prope est*, ut inter regnum et sacerdotium moveatur discordia. Et quidem cardinalibus a domno papa [Adriano[n]] ad domnum imperatorem transmissis, domno videlicet Octaviano et domno Wilhelmo[o] quondam Papiensi archidiacono, post lene principium et ingressum quasi pacificum[5] capitula durissima proposita sunt. Verbi gratia: Nuncios ad Urbem ignorante apostolico ab imperatore non esse mittendos, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit cum universis regalibus. De dominicalibus apostolici[p] fodrum non esse colligendum, nisi tempore suscipiendae coronae. Episcopos Italiae solum sacramentum fidelitatis sine hominio facere debere domno imperatori, neque nuncios imperatoris in palatiis *episcoporum*[q] recipiendos. De possessionibus aecclesiae Romanae restituendis[r], Tiburti[s, 6], Ferrariae[t], Massae, *Ficorolii[7], totius terrae comitissae[u] Mahtildis[v], totius terrae, quae ab* *p. 462.

a) *haec des. β. B. C.* b) E. *A. A*.* c) Baubenb. *A;* Bab. *β.* d) *novum cap. inc., praem.* Capitulum XXXIIII. incipit *A.* — Reverend. *A. β. C* 2. e) F. *A. A*.* f) Saltzb. *A. β. C* 2. g) Baub'ngñ *A;* Babūburg. *β;* Babenb. *C* 2; episcopus Bab. *A** 2. h) *ita β. B*;* comp. m. *C;* meis vos comp. *B;* meis *deest A. A*.* i) tamen *β.* k) corporis *β.* l) mihi *deest A*.* m) et prope est *des. A. A*;* et *deest B* 1. *B*.* n) Adriano *deest β. B. B*. C.* o) Will'emo *A;* Will. *A*;* Willelmo *C* 1; Willehelmo *B* 1. p) amplius *A. A* perperam.* q) episcoporum *deest A. A*. B* (cf. tamen infra c.* 35, *p.* 278, *l.* 7 *sqq.).* r) restitucionis *β.* s) tributa *β. B* 1. *B*;* et tributis *C.* t) Ferariae *B* 1. u) comet. *A** 2. *B* 1. v) Mathildis *A. A*;* Maltidis *β.*

1) *[Iob* 10, 1: Taedet animam meam vitae meae*].* 2) *[Ioh.* 21, 18: alius te cinget et ducet quo tu non vis*].* 3) *[Ps.* 94, 11: ut iuravi in ira mea*].* 4) *[*2. *Tim.* 3, 1: instabunt tempora periculosa*].* 5) *[Cf. supra IV,* 18, *p.* 257, *n.* 7*].* 6) *Ita recte codd. A. A*; v. Ficker, 'Forschungen z. Reichs- u. RG. Italiens' II, p.* 306; *SB. l. l. p.* 336 *sq.* 7) *Figheruolo.*

Aquapendente est usque[a] *Romam, ducatus Spoletani, insularum Sardiniae, Corsicae. Domno autem imperatore super his iusticiam et consilium constanter offerente, si et ipsi iusticiam vellent facere et*[b] *recipere, illis vero recipere tantum volentibus et non facere, hac ratione, quod domnum apostolicum* *[causae]*[c] *subicere ac iudicio sistere non possent, et e contrario domno imperatore multa proponente*[d] *de rupta concordia, quae in verbo veritatis sibi compromissa fuerat, de Grecis, de*[e] *Siculo, de Romanis sine communi consensu non recipiendis, de cardinalibus quoque sine permissione imperiali libere per regnum transeuntibus et regalia episcoporum palatia ingredientibus et aecclesias Dei gravantibus, de iniustis appellationibus et caeteris quam pluribus brevitatem superantibus, cum apostolicus per nuncium et litteras cardinalium predictorum ex consensu imperatoris submonitus, cardinales alios ad haec omnia complananda requisitus his qui aderant nunciis suis et curiae principibus nollet adiungere, unitatis et concordiae verbum diu*[f] *desideratum peccatis nostris exigentibus evacuatum est. Et dum haec agerentur, nuncii Romanorum supervenientes et ea quae pacis sunt rogantes*[1] *bene recepti ac dimissi sunt*[2]. *Rogatu tamen cardinalium domnus imperator nuncios ad domnum papam et ad Urbem missurus est, ut cum apostolico, si*[g] *ipse voluerit, primo loco pax fiat*[h], *sin autem, cum senatu et populo Romano. Domnus*[i] *imperator in magna est gloria, domnam imperatricem et ducem Baioariae*[k] *et Saxoniae cum aliis superventuris principibus et copiis exercitus*[3] *expectans et quosdam ex*[l] *melioribus de*[m] *Mediolano et Brixia*[4] *in vinculis retinens.* *|*Valete*|*[n]. 1159.

XXXV.* *Imperator ad haec verba cardinalium tale dedit responsum: 'Quamvis non ignorem ad tanta negotia non ex animi mei sententia, sed ex consilio principum me respondere debere[5], sine preiudicio tamen sapien-

*) *c.* 35. 36. *des. A. A***[o].

a) usque ad *A** 1. b) et — facere *(l. 5) om. B* 2. c) causae *deest A. A*. β. B. B**. d) preponente *A. β. B* 1. *B**. e) et de *B*. f) dñi *A. A*. C* 1. 2. g) subse vol. *β. B* 1. h) fiet *C* 2. i) Domnus — retinens *(l. 28) des. B**. k) Bauwarie, *ut plerumque, A;* Babarie *β*. l) de *C* 2. m) ex *C* 2. n) Valete *deest B*. o) *quamquam in A capiti tum sequenti numerus* XXXVII. *adscriptus.*

1) *[Luc.* 14, 32: rogat ea quae pacis sunt*]*. 2) *[Cf. infra c.* 36. *et praesertim* 49*]*. 3) *[Qui ante Cremam occurrerunt d.* 20. *Iul. Cf. etiam supra c.* 28, *infra c.* 42. 46*]*. 4) *[Cf. infra c.* 40. 42*]*. 5) *[Cf. infra c.* 36, *p.* 279, *l.* 24 *sq.]*.

1159. tum[a] hoc absque consultatione respondeo. Episcoporum Italiae ego quidem non affecto hominium, si tamen et eos de nostris regalibus nichil delectat habere. Qui si gratanter audierint a Romano presule: *Quid tibi et regi?* consequenter quoque eos ab imperatore non pigeat audire: *Quid tibi et possessioni?*[1] Nuncios nostros non esse recipiendos in palatiis episcoporum asserit. Concedo, si forte aliquis episcoporum habet in suo proprio solo et non in nostro palatium. Si autem in nostro solo et allodio sunt palatia episcoporum, cum profecto omne quod inedificatur[b] solo cedat[2], nostra sunt et palatia. Iniuria ergo esset, si quis nuncios nostros a regiis palatiis prohiberet. Legatos ab imperatore ad Urbem non esse mittendos affirmat, cum omnis magistratus inibi beati Petri sit cum universis regalibus. Haec res, fateor, magna est et gravis graviorique et maturiori egens consilio. Nam cum divina ordinatione ego Romanus imperator et dicar et sim, speciem tantum dominantis effingo et inane utique porto nomen ac sine re, si urbis Romae de manu nostra potestas fuerit excussa'.

(31). XXXVI.[c] Haec augusto et his similia prefatis capitulis[3] argute respondente, consilium initur, ut ex parte summi pontificis cardinales sex et ex parte principis sex episcopi religiosi, prudentes et qui Deum timeant, eligantur, tantorum negotiorum hinc inde cognitionem accepturi tantamque litem congruo fine decisuri. Verum, ut supra[d] taxatum est[4], ex parte Romanorum etiam hoc consilium dicitur fuisse evacuatum. Super hoc quoque capitulo audi epistolam imperatoris directam Eberhardo Salzburgensi[e] archiepiscopo in hunc modum:

(c. Iun.). *Quoniam quidem fidelitatis tuae constantiam, quam pro consuetudine exhibere soles imperio, frequenter experti sumus, quae aput nos sunt discretioni tuae significamus et prudentiae tuae consilium advocamus. Venerunt siquidem ad nos duo cardinales a papa missi ad hoc, ut inter nos*

a) sapientium *B* 1. b) edif. *C* 1; ędif. *C* 2. c) *nulla cap. dist. B* 1. d) ut supra tax. *post del. B*, ubi* est *deest.* e) Saltzb. *β. C* 2.

1) *[Cf. Ottonis Chron. lib. IV, prol., p.* 182, *n.* 1; *Gratian. Dist. VIII. c.* 1, *ubi haec, ut iam Gieseler, 'Kirchengesch.' II,* 2, *p.* 85. *monuit, ex Augustini tractatu in evang. Ioh. VI,* 26. *allata].* 2) *Cf. Digest. XLI, tit. I,* 7, 10: quia omne quod inaedificatur solo cedit. 3) *[Cf. supra c.* 34, *p.* 276, *l.* 21; *infra c.* 49*].* 4) *[Cf. c.* 34, *p.* 277*].*

et illum fieret concordia. Dixerunt igitur[a], *quod papa*[b] *illam* 1159. *requireret pacem atque concordiam, quae inter papam Eugenium et nos facta fuerat et scripta*[1]. *Nos respondimus, quod pacem quidem inviolabiliter huc usque tenuissemus, de caetero autem neque eam tenere neque ea teneri vellemus, quoniam ipse prior eam violasset in Siculo, cui ipse sine nobis reconciliari non debuisset. Adiecimus tamen, quod omnem iusticiam dare et accipere parati essemus sive secundum humana sive secundum scripta divina. Si vero iusticia gravis videretur, *consilio principum et religiosorum*
*p. 463. **[virorum]**[c] *pro amore Dei et aecclesiae libenter nos supponeremus. Placuit verbum*[d] *nostrum cardinalibus. Dixerunt tamen, nisi prius cognita papae voluntate super hoc se nil posse vel audere. Missis nunciis verbum nostrum cognovit papa mandavitque, sicut prius, aliam se nolle concordiam quam illam, quae inter papam Eugenium et nos facta fuisset. Nos supradicto modo hoc recusavimus et in presentia et sub*[e] *testimonio omnium Teutonicorum et Longobardorum episcoporum et laicorum principum et baronum et vavassorum omnem iusticiam sive*[f] *consilium obtulimus, ut*[g] *et nos acciperemus iusticiam. Presentes ibidem fuere Romanorum civium legati, qui cum indignatione mirabantur super his quae audierunt. Mandavit enim papa nova et gravia et numquam prius audita, quae sine consilio tuo et aliorum fidelium imperii pertractari non possunt. Haec discretioni tuae communicavimus, ut, si qua tibi super his occurrerint, nosse veritatem non sit inutile. Rogamus etiam, ut, si necesse fuerit et nos tibi mandaverimus, ad nos pro tanto negotio venire non differas**[h].

XXXVII. At[i] Mediolanenses novarum turbarum (32). non iam in occulto, sed apertissime tale sumunt principium. Nondum finita sollempnitate[k] paschali, omnibus *Apr.* 12. copiis suis adunatis egressi sunt, oppidum Trecium[l], ubi Fridericum[m] iam in priori adventu milites suos locasse memoravimus[2], vi capere properantes, quoniam pernitiosa videbatur obsidio principe intra provintiam

a) ergo *β.* b) propter *B* 1. 2. c) virorum *deest β. C.* d) nostr. verb. *β.* e) sub *deest C.* f) *ita β. B. B*;* atque *C.* g) et ut *C.* h) *B* addit:* Haec hactenus, *pergens c.* 49. i) Et *β. C.* k) sollepn. *B* 1. l) Tercium *A. β;* Crecium *A** 1. m) Fredericum *(praeter C* 1*) h. l. etiam A*.*

1) *Die* 23. *Martii a.* 1153. *Constantiae, LL. II, p.* 92. *[Constit. I, p.* 202 *sq. nr.* 145*].* 2) *III,* 32.

1159. existente. Iam enim intra civitatem cupidine[1] castri potiundi machinas aliaque quae incepto usui forent[2] preparaverant. Ita[3] conatus eorum et delicta occultiora fuere. Quae[4] postquam ex sententia instruunt, de inproviso[a] cum magna multitudine oppidum circumveniunt, ac quidam eorum murum[5] modo suffodere modo scalis aggredi cupere, pars eminus glande aut lapidibus seu iaculis pugnare. Milites[6] Romani tumultu perculsi, arma alii[b] capere[c], pars territos confirmare, quidam in[7] proximos saxa devolvere, tela[8] eminus missa[d] remittere, pauci in pluribus minus frustrati, si Ligures propius[e] accessissent. Omnia aspera, omnia feda[9] atrocitate utrimque preliantium, periculum anceps[10], victoria primo in incerto erat[11]. Per totum vero[f] triduum continue pugnatum est. Verum enimvero[g] castellani die[12] nocteque vigiliis, ieiuniis laboreque fatigati impetum hostium diutius sustinere non poterant[13], cum hi per vices et successiones alter alteri laboranti succurreret[14], istorum[h] vero nullus loco, quem[i·15] uti defenderet acceperat, cedere potuisset. Defessis itaque omnibus et exhaustis atque languidis, ubi locum[k] hostibus introeundi dederunt, Ligures cuncti irrumpere[l], oppidani universi vel occisi vel capti. Porro in suos proprios gentiles, quos ibidem repperere, amplius[m] quam in nostros insaniebant, nec ulla fuit eis[n] in Conlatinos[o] miseratio. Nostri autem ob imperatoris reverentiam seu metum captivitati[p] servati sunt circiter octoginta[q] milites de regia clientela.

a) inprovisu *B.* b) *ita B. C* (arma capere alii *Sall. Iug.* 38, 5); alii arma *A. A*. β.* c) cupere *β. B.* d) *ita etiam Sall.;* emissa *A*.* e) *ita etiam Sall.;* Lig. appropinquassent *A* (aprop.). *A*.* f) enim (em̄) *C* 2. g) enim *A** 1; eciam *A** 2. h) illorum *A*.* i) quemquem *A*.* k) host. loc. *A.* l) irumpere *corr.* irrumpere *B* 1; erumpere *C* 2. (inrupere *Sall.*). m) ante *C.* n) eis *deest B* 1. o) Collat. *B* 1. p) captivati *C, corr.* captivitati *B* 1. q) septuaginta *corr.* octoginta *B* 1.

1) *In sequenti capitis parte ex Sallust. Iug.* [37.] 38. [51.] 57. 58. *Catil.* [26. 27.] 60. *verba sumpsit auctor.* 2) *[Ad* cupidine — forent *cf. Sallust. Iug.* 37, 4*].* 3) *[*ita delicta occultiora fuere, *Sallust. Iug.* 38, 2*].* 4) *[*Quae — circumveniunt *indidem* 38, 4*].* 5) *[*murum — pugnare *indidem* 57, 4*].* 6) *[*Milites Romani — confirmare *indidem* 38, 5*].* 7) *[*in proxumos saxa volvere, *Sallust. Iug.* 57, 5*].* 8) *[*tela — accessissent *indidem* 58, 3*].* 9) *[Cf. Sallust. Catil.* 26, 5*].* 10) *[*periculum anceps, *Sallust. Iug.* 38, 5*].* 11) *[Cf. ibid.* 51, 2*].* 12) *[*die — fatigati *ad Sallust. Catil.* 27, 2. *conformata].* 13) *[Cf. Caes. B. G. I,* 26, 1*].* 14) *[Cf. Sallust. Catil.* 60, 4; *Ioseph. Bell. Iud. III,* 8*].* 15) *[*quem — irrumpere, *l.* 22, *ad Sallust. Iug.* 38, 6. *conformata].*

Sed nec hosti triumphanti usquequaque laeta cessit vic- 1159.
toria, quam pluribus ex illis caesis et letali vulnere sauciatis. Ita Trecium[a], Mediolanensium prius municipium, ab ipsis captum, crematum et funditus destructum est.

XXXVIII. Haec audiens Fridericus paulisper me- (33).
stus[1], iram cohibuit, indignationem dissimulavit, impetum militum continuit; curiam ante indictam[b] aput Roncaliam[c] gloriose celebravit et ibidem copiosam multitudinem bellatorum collegit[d]. Deinde[2] cum maxima cura ultum ire iniurias festinat et toto apparatu, *toto*[e] exercitu in Liguriam irruit, agros inflammat, vastat, vineas demolitur, ficus exterminat omnesque fructiferas arbores aut succidi aut decorticari precepit totamque regionem depopulatur, statuens[3] non ante obsidere civitatem, quam penuria necessariorum affligerentur. Aut enim tunc inopia victualium coactos ultro[f] supplicaturos aut, si ad finem usque in eadem pertinatia duravissent, obsidione inclusos fame consumendos vel ad deditionem cogendos arbitrabatur, multoque faciliores ad affligendum fore, si post intervallum temporis iterum atque iterum anxiis[g] incubuisset.

XXXVIIII.[h] Itaque omnes eorum exitus asservari[i] precepit, frumenti aliarumque rerum eis auferens commertium, edictumque proposuit, qua pena ferirentur transgressores, quove premio donari debuissent qui venditores harum rerum[k] [et* socios hostium] proderent[l]. Mediolanenses[m. 4] autem [frumenti* quidem aliarumque[5]] omnium rerum tametsi copiam intus habebant, metu tamen futurae obsidionis vehementius afficiebantur, et cum iam cybaria ipsa ad modicam mensuram venderentur,

*) *Haec desunt B. C.*[n]

a) Crecium *A*1*; Tercium *β*. b) curiam antedictam *A*2*. c) Ranc. *β*. d) coegit *β*. e) toto *deest B*. f) ultra *C2*. g) *ita A. (Ios.), cf. etiam Kohl, transl. p.* 144, *n.* 1; *'Beitr.' p.* 16; anxius *reliqui*. h) *nulla cap. dist. A. A*, ubi rubra huc pertinens ad sequens cap. refertur. C2*. i) *ita etiam Ios.*; obs. *A. A*1*. k) et socios — omnium rerum *(l. 29) des. β, ubi alterutrius recensionis verba praetermissa*. l) prodere voluissent *A. A**. m) Illi autem *A. A*. (Ios.)*. n) *cf. supra n.* k, *sed etiam l.* 24. (Illi autem frumenti quidem aliarumque omnium rerum intus habebant copiam *Ios.*).

1) *[*paulisper maestus, *Sallust. Iug.* 68, 1*]*. 2) *[*Deinde — festinat *indidem]*. 3) statuens — rerum *(c.* 39, *l.* 24*) ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 8. *conformata*. 4) *[*Mediolanenses — ferebant, *p.* 282, *l.* 3, *item ad Ioseph. l. c. conformata, cf. n.* 3*]*. 5) *[Cf. supra l.* 24*]*.

1159. ampliorem eis cupiditatem movebat, quod ius edendi liberum non haberent, ac, velut omnia [iam[a]] defecissent, egre *ferebant. Interdum quoque, assumptis secum *p. 464. bellatoribus, imperator usque ad civitatem profectus est, estimans eos aliquid ausuros, quo vel publico congressu eos protereret[b], si contra venissent, vel, si excurrere attemptarent, item a calamitate alieni non remanerent. Quod et factum est; nam inconsulte ad ostentationem suarum virium egressos facto in eos impetu prevenit compluresque ex eis cepit et occidit.

(34). XL. Cumque[c] super tali negotio imperator cum exercitu ultra Mediolanum processisset, Mediolanenses cum quingentis equitibus occulte ad Novam Laudam in Maii 31. die sancto pentecostes[d] venientes predam pecorum abigere. Episcopo vero Mantuano *Carsidonio*[e. 1] et marchione Garnerio de Ancona cum sufficiente[f] militia eos insecutis, cum[g] audissent voces clamosas[h] paucissimorum Alemannorum, Mediolanenses territi et in fugam versi[i] quosdam occisos, XVI captos de suis melioribus ibidem perdiderunt. Iuste[k] autem divina[l] eos ultio persecuta est, ut, qui sanctissimo diei debitam reverentiam et honorem exhibere contempserunt, ipsi cum dispendio atque dedecore reverti cogerentur.

XLI. Quadraginta continuis diebus terram hostium vastatio tenuit, interque[m] caeteras arces, *turres*[n] et munitiones, quae vel opere vel natura munitae erant[2], quoddam castrum, quod Mons Sancti Iohannis dicebatur[o. 3], usque ad id tempus inexpugnabile habitum, obsessum et brevi tempore captum est. Paulatim igitur[p] reprobo capiti propria[q] membra in tantum mutilata[r] sunt et precisa, ut inter multa oppida et plurima castella vix duo tunc ipsis[s] residua remanserint.

(35). XLII.[t] Hisdem diebus Brixienses, et ipsi quoque novis rebus studentes[4], comitatum Cremonensium de-

a) *ita A. A*, cf. Ios.;* iam *deest β. B. C.* b) proterreret *β. B* 1. c) Dumque *A.* d) pentecosten *A;* pentecosten *corr.* pentecostes *B* 1; penthecos. (?) *β.* e) N. *A. A*.* f) *corr.* sufficienti *A.* g) et cum *B* 1. h) clamorosas *A*.* i) conversi *A. A*.* k) Iusta *A. A*.* l) eos div. *B* 1. m) que *deest B* 1. n) turres *deest B.* o) vocabatur *C.* p) ergo *β.* q) propria *deest β.* r) mutilata — vix duo *(l. 31 sq.) om. A*.* s) temporis *A (ubi etiam infra IV,* 56. tempora *pro* ipsa*).* t) *eodem versu pergit C* 1, *quamquam littera* H *magna nigra.*

1) *[Cf. supra IV,* 3, *p.* 235, *n.* 5*].* 2) *[Cf. Sallust. Iug.* 57, 1*].* 3) *De cuius situ non constat; Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 195. 4) *[Cf. Sallust. Iug.* 77, 1*].*

predationis et latrocinandi causa ingrediuntur. Erant 1159. quippe Mediolanensibus amicitia et societate coniuncti[1]. Iam autem antea Cremonenses premoniti ab[a] suis exploratoribus non inparati inveniuntur, sed ex insidiis erumpentes inprovisos invadunt, resistentes paulisper mox in fugam vertunt, predam eripiunt, equites LXVII, pedites fere CCC partim occidunt partim captivos abducunt. Imperator post vastationem hostium Laudam pergit[2] ibique Italicum exercitum dimittit, copias militum, qui de transmontanis expectabantur, ibidem prestolaturus.

XLIII. Et clades[3] quidem Mediolanensium in[b] (36). peius cottidie procedebant, cum in facinus magis accenderentur adversis et populum in urbe fames iam acrior possideret. Non[4] enim spe victoriae maior pars *eorum*[c], sed desperatione salutis ferocius movebantur[d], nec eos videntes tot mala coepti penitebat, sed ceci et amentes facti, etiam in personam christianissimi principis ausi sunt conspirare, obliti, quod iuxta legem[5] eius facti *pena animae amissionem sustinet et memoria rei post mortem dampnatur.* Itaque quendam, qui se stultum et mente captum simularet, inveniunt eumque ad castra Friderici dirigunt, qui tunc aput Laudam morabatur, ut quovis modo violentas manus imperatori iniceret. Erat autem hic homo tam magnus corpore tantusque viribus, ut non sine causa tantam audatiam concepisse videretur. Animatus itaque multis blandimentis multisque promissionibus, ad novum facinus, ad scelus maximum accingitur. Laudam pergit, castra ingreditur, et stulticiam seu furiam maniae simulans, ut id genus hominum solet, potius iocis et ludicris celebratur, quam a tentoriis excludatur. Porro tentoria Friderici tunc vicina fuerant et pene super litus Adduae locata, cuius loci ea facies isque situs[e] erat, ut labentem inevitabiliter *aut*[f] convexum obrueret precipitium aut subterlabentis fluminis vorago esset exceptura. Prefatus ergo

a) *ita A. β. B*1. *C*1; a *A**1. *C*2. b) impeius *B*1. c) eorum *deest B.* d) movebatur *A. A**1. (ferebatur *Ios.*). e) locus *A. A**. f) aut *deest A. A**.

1) *[Cf. Sallust. Iug.* 83, 1*].* 2) *Die* 30. *Iunii a.* 1159. apud Novam Laudam *charta data est; Stumpf nr.* 3859. 3) *[*clades — possideret *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 1. *conformata].* 4) *[*Non — movebantur *indidem fere ad verbum transscripta].* 5) *[Inst. IV,* 18. *de publicis iudiciis* 3; *cf. supra III,* 20, *p.* 193, *n.* 2*].*

1159. diem aptum et horam servans, quando imperatorem solum posset invenire, ut conceptum facinus ad effectum perduceret, quodam mane primo diluculo egredientem de cubiculo tentorii, ut more suo coram sanctorum reliquiis orationum suarum Deo munia[a] persolveret[1], conspicatur, seque optatum tempus ratus adeptum, accurrit, scelestas manus inicit et modo trahendo modo portando versus precipitium contendere coepit, potitusque esset forsitan nefario proposito, nisi divina miseratio ad defensionem divi principis manum extendisset. Namque dum hoc modo ille trahendo, iste renitendo, uterque pro viribus conaretur, accidit, ut funibus quibus tabernacula suspenduntur implicati ambo caderent ad terram. Iamque vociferantis principis clamor auditus cubicularios exciverat[b]; qui accurrentes sceleratum monstrum comprehendunt et multis plagis affectum eodem loco precipitatum dimergunt. *Talis* tunc[c] de illo opinio fuerat. Nos tamen audivimus eundem vere furiosum fuisse[d] et innocenter vitam perdidisse*[2].

(37). *XLIIII. Mediolanenses tantum se facinus frustra[e] suscepisse dolentes subsequenter aliud intendunt. Octo *p. 465. de suis precio ad cremandam Laudam conducunt. Quorum unus dum nocte intempesta[3] promissum implere vellet ac aedibus ignem iniecisset, invenerunt eum vigiles et comprehensum, dum propositum confessus fuisset, mane facto eum patibulo contra Mediolanum erecto suspenderunt. Quidam etiam se mentitus monachum, explorator et eorumdem criminum obnoxius, simili modo vitam finivit.

XLV.[f] Non multo post a quodam divino[4] monitore litteras imperatori allatas[g] accepimus, quendam venisse

*) Talis — perdidisse *des. A. A**.

a) munera *A. A**. b) excitaverat *A**. c) *ita β. C;* de i. tunc *B*. d) esse *B* 1. e) se *iterum add. A. A**. f) *nulla cap. dist. A. A*; novum cap. infra a verbis* Venientem ergo *(p. 285, l. 16) inc. A** 1, *a verbis* Talibus acceptis *(p. 285, l. 14) inc. A** 2; *numeri* XLV *et* XLVI *praetermissi A*. g) directas *A. A**.

1) *[Cf. infra IV,* 86*]*. 2) *[Haec postea aliena manu adiecta esse G. Scheidel, Simonsfeld, Scheffer-Boichorst sibi persuaserunt, quamquam in Gest. Frid. etiam alia haud dissimili modo retractata inveniuntur; cf. praesertim III,* 33, *p.* 208, *l.* 12 *sqq. necnon I,* 8, *p.* 24, *n.* 4. *et III,* 39, *p.* 213, *n.* * *in recensione C addita]*. 3) *[Cf. Oros. III,* 2, 5. *Sallust. Iug.* 38, 4*]*. 4) *[I. e. praesago]*.

in Italiam sive Hyspanum sive Arabum Sarracenum, 1159.
aetate senem, facie deformem et luscum, discipulos vel socios pene XX habentem, malis consiliis et arte venefica prioribus multo potentiorem eumque mortis contemptorem[a], pariter cum suis sequacibus magnum se munus consecutos[b] arbitrantes, si gloriam[c] et nomen sibi perpetuum principis sanguine comparassent. Preciosa ipsum quasi munuscula laturum, medicinas, anulos, gemmas, frena, calcaria, venenatis furfuribus circumlita[d], adeo violenter et efficaciter toxicata, ut mortem non evaderet imperator, si vel manu nuda ea attigisset[e]. Sicam quoque latentem iuxta femur gestare, ut, si quo impedimento veneni facinus non procederet, ea ad peragendum nefarium propositum uteretur. Talibus acceptis, cum perpaucis communicato consilio, venturum magum iubet observari. Venientem ergo, ubi certis indiciis quae delata erant[f] princeps vera esse cognovit, hominem asservari[g] precepit, et perquirens, cuius hortatu ad tantum facinus esset precipitatus, promisit, quod vera dicenti remitteret omne supplicium, sin falsa promere maluisset, corpus eius tormentis absumeret. Ille et verbera et questiones deridens, insuper comminatus est, si quid ipse mortale pateretur, imperatorem continuo sine dubitatione secum moriturum. Sed deceptus valde[h] est; nam princeps minas eius contempnens, cum de sociis et auctoribus sceleris nullum ab eo potuisset extorquere documentum, tantam pestem tantique sceleris fabricatorem[1], sicut meritus erat, crucis patibulo donavit[i], Deoque salutis conservatori[k] uberes gratias egit, quod tam validi malefici virus et insidias declinasset[l].

XLVI. Interea *Beatrix*[m] imperatrix, dux[n] Baio- (38).
ariae et[o] Saxoniae Heinricus[p], Conradus[q] Augustensis episcopus, uti decretum erat[2], milites[r] scribere[3], pro-

a) contemptatorem *A**. b) consecuturos *A*. c) glor. et nom. perp. sibi *A;* nom. sibi et gloriam perpetuum *(sic) β;* et nom. sibi et glor. perpetuam *B* 1; *nescio an β, quocum B* 1 *fere convenit, verum ordinem verborum servaverit.* d) circumlinita *A**. e) tetigisset *β*. f) fuerant *C*. g) asservare *β*. *B* 1; asservaret, *radendo corr.* asservari *C* 1. h) est v. *A*. *A**. i) *ita codd.* (dampnavit?). k) servatori *β*. l) inclin. *A**. m) N. *A;* enim *(pro* N.*) A**. n) dux *deest A** 1; H. dux Bai. et Sax. *A** 2. o) ille et *β*. p) Heinricus *deest A*. *A** 1. q) C. *A*. *A*;* et Conradus *B* 1. r) milites *om. β*.

1) *[Cf. Ioseph. Bell. Iud. I,* 17: domus suae pestem ac totius sceleris fabricatorem; *Oros. I,* 11, 1: tantorum scelerum fabricator*]*. 2) *[Cf. supra IV,* 28*]*. 3) *[Cf. Sallust. Iug.* 43, 3*]*.

1159. pere[a] commeatu[1], stipendio, armis aliisque utilibus iter incipere. Profectique cum magno exercitu paucis[b] die- (Iul.). bus in Italiam perveniunt[c] suoque adventu nostris laeticiam, hostibus metum incutiunt. Erat enim isdem princeps filius, ut supra dictum est[2], Heinrici[d] ducis et Gerdrudis, filiae Lotharii imperatoris. Qui a primis cunabulis patre et matre orbatus, ubi primum[3] adolevit, pollens viribus, decora facie, sed[e] multo maxime ingenio validus, non se luxui neque inertiae corrumpendum[f], sed, uti mos[g] Saxonum[4] est, equitare, iaculari, cursu cum equalibus certare et, cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse[h]. Eius *studium*, ut de quodam dicitur[5], *modestiae, decoris, sed maxime severitatis erat; cum strennuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse quam videri bonus malebat. Ita, quo minus appetebat*[i] *gloriam, eo magis illam assequebatur*[k]. In omnibus gloriosis plurimum[6] facere et minimum ipse de se loqui. Is, recepto ab imperatore, ut supra dictum est[7], ducatu Baioariae, ubi[8] naturam et mores hominum cognovit, multa cura, multo consilio in tantam claritudinem brevi pervenerat, ut, treuga per totam Baioariam[l] firmata[9], bonis vehementer carus, malis maximo terrori[m] esset, adeo ut absentem velut presentem timendo leges pacis, quas sanxerat, nemo sine pena capitis auderet infringere. Qui cum suos milites regiis coniunxisset, in brevi[10] spacio novi veteresque coaluere, virtusque omnium equalis[n] facta est. Nam et non multo post avunculus imperatoris, Gwelfo[o] princeps Sardiniae, dux Spoleti, marchio Tusciae, et ipse novum adducens exercitum, cum multo apparatu advenit suoque adventu nostris spem triumphi, adversariis fiduciam paciscendi donavit. Ita [hi[p]] duo viri sanguine coniunctissimi, ut-

a) proprio *B* 1. b) paucisque *A**. c) veniunt *A**. *C* 2. d) H. *A*. *A**. e) *ita etiam Sall.;* et *A*. f) *hic vocem* d e d i t *errore omissam esse, ut iam Scheffer-Boichorst et Kohl animadverterunt, ex Sall. l. c. patet.* g) m. est Sax. *β*. h) *ita etiam Sall.;* esset *A*. *B*. i) p e t e b a t *A*. *A**. *β*. *(Sall.)*. k) illa sequebatur *Sall. (nisi forte* illam assequebatur *emendandum)*. l) Bauwariam, *ut plerumque, A;* Bawariam *corr.* Bawariae *B* 1, *ubi add.* terram. m) terrore *B* 1. n) facta e. eq. *C*. o) Guelfo *A** *(postea etiam* Gwelfo*)*. *C*. p) hi *deest β*. *B*. *C*.

1) *[Cf. ibid.]*. 2) *II*, 7; *[cf. etiam I*, 19*]*. 3) ubi primum — carus esse *fere verbotenus ex Sallust. Iug. c.* 6, 1. *transscripta sunt.* 4) gentis illius *Sallust. l. c.* 5) *Sallust. Catil. c.* 54, 5. 6) plurimum — loqui *ex Sallust. Iug.* 6, 1. 7) *II*, 43. [55]. 8) ubi — terrori esset *ad Sallust. Iug.* 7, 4. *conformata.* 9) *[Cf. supra II*, 56, *p.* 161, *n.* 3*]*. 10) *[*brevi — facta *ex Sallust. Iug.* 87, 3*]*.

pote unus eorum alterius fratris filius, diversis inter se virtutibus certabant. Gwelfo[a] dando[1], sublevando, ignoscendo, dux Heinricus[b] severitate et malorum pernitie gloriam adeptus est. Illius facilitas, huius constantia laudabatur. Gwelfo[a] negotiis amicorum intentus sua negligere, nichil[c] denegare quod dono dignum esset; magnas potentias affectabat, exercitum, bellum[d] novum exoptabat, ubi virtus *enitescere posset. At dux Heinricus[b] studium modestiae decoris pretendens, non divitiis cum divite neque factione cum factioso, sed[e] pro pacis negotiis absens simul presensque[2] pugnabat. Ita memoria[3] nostra ingenti virtute, diversis moribus fuere hi[f] viri[g] duo, dux Heinricus[b] et dux[h] Gwelfo[i], quos, quoniam res obtulerat, silentio preterire non fuit consilium, quin utriusque naturam et mores, quantum ingenio possem, aperirem, **valdeque* iocundum, ut in his duobus clarissimis viris nostra tempora suum Catonem in uno[4], in altero[5] suum Cesarem invenissent**. Redeo[6] autem[k], unde digressus sum. 1159. *p. 466.

XLVII. Cremonensium cum Mediolano discordia perpetua utrosque adeo urgebat, ut hostiliter sibi *invicem*[l] incubantes non ante manus ab armis reducendas putarent, quam vel una alteram prorsus absumeret vel superior saltem inventa superaret. Freti ergo tunc oportunitate temporis Fridericum ad destructionem Cremae civitatis hortantur, promissis XI milibus[m] talentorum[n]. Huius rei tali occasione sumunt exordium. Crema cum esset de comitatu et diocesi Cremonensium eiusque aecclesiae tam in spiritalibus[o] quam in secularibus regenda foret arbitrio, spontanea se[p] temeritate a suo capite abruperat, et, quod nefas erat, hostibus sociata, cum Mediolanensibus filia matri rebellare coeperat. Super hoc scismate conventa coram principe nec citatione (39).

*) *Haec desunt A. A*. β.*

a) Guelfo *C.* b) H. *A. A**. c) nil *A. A**. d) *ita etiam Sall.;* nov. bell. *C.* e) sed pacis *A;* sed paucis *A**. f) hii *β. C* 1. g) *ita etiam Sall.;* duo v. *B* 1. h) dux *deest A** 2. i) W. *h. l. A. A*;* Welfo *β;* Guelfo *C.* k) autem *deest B* 1. l) invicem *deest A. A**. m) milium *A.* n) marcarum *corr.* talentorum *B* 1. o) sec. q. in spir. *A* (spiritualibus). *A**. p) se *om. β.*

1) dando — factioso *(l. 10) ex Sallust. Catil.* 54, 3—5. *sumpta.* 2) *[Cf. supra p.* 286, *l.* 23 *sq.].* 3) memoria — aperirem *(mutatis nominibus) indidem* 53, 6. 4) *[Heinrico].* 5) *[Welfone].* 6) *[Haec quoque verba ex Ioseph. Bell. Iud. III,* 3. *deprompta].*

1159. legittima nec vadibus, quos dudum dederat, cogi poterat, ut adversum se experientibus[1] iudicio sisti curarent. Qua de re pro[a] absentiae contumatia ac[b] contumaci absentia contra se sententiam tristem[c] excipiunt hostesque iudicantur.

(40). XLVIII. Collecta ergo valida manu, augustus, ita quod exercitus eius eas copias, quas in obsidione Mediolani habuerat, superare videretur, partem unam cum Cremonensibus contra Cremam dirigit, ipse cum reliquis iterum ad depopulandos[d] Ligures[e] agrum Mediolanensium ingreditur et cum militia Alemannorum totam[f] terram pervagatur hostilem, completumque est et ibi *illud*[g]
Ioel 1, 4. quod dicitur: *Residuum locustae comedit brucus, et*[h] *residuum bruci comedit eruca*[i]. At Cremonenses cum auxiliariis et magnis copiis ad oppugnandam Cremam venientes acriter civitatem obsidione vallant, summis viribus impugnant. Oppidani fortiter resistunt de muris, et ante muros equis et ad terram valide certatur. Ibi Garnherus[k] marchio Anconae[l], magnam[m. 2] viri fortis in ea pugna gloriam consecutus, de nostris occiditur. Alii quoque quam plures tam de nostris quam de illis ibidem[n] aut occiduntur aut graviter sauciantur. Erat autem Cremae situs in loco plano et campestri, opere et manu satis liberaliter accuratus, naturae beneficio in[o] quadam sui parte paludoso se defendens ambitu. Caeterum preter fossata ingentia et profunda, aquis plena, duplici muro excelso circumdata omnes aditus et assultus facile arcere valuit[p]. Cives civitatis bellatores audacissimi et, quia cum suis contubernalibus, videlicet Mediolanensibus et Brixinensibus[q], secundis rebus propensius usi, in atrocitatem, insolentiam ac arrogantiam irritati. Circumvallata itaque civitate, hostium excursus diligenter custodiebantur, et machinae aliaque ad oppugnationem profutura sedula preparatione disponuntur.

a) pro *deest B 1, ubi post add.* de. b) et *A**. c) istam *A**. d) pop. *A**. e) Lyg. *A.* f) terram totam *C.* g) illud *deest A. A**. h) et *om. β.* i) erugo *A.* k) Werherus *A. A**. (Wernher. *Otto de S. Blasio c.* 11, *p.* 12, *l.* 1). l) Anchonę *B* 1. m) magn. glor. viri (vir *A**) fort. in ea pugna cons., *Iosephi verborum ordine paulum mutato A. A**. n) ibidem *deest A**. o) quadam in *β;* quadam *om. A. A**. p) poterat *A. A**. q) *ita h. l. A. β* (Brixin). *C;* Brixiensibus *A*. B.*

1) *[Cf. supra IV,* 11. 25, *p.* 246, *n.* 1. 268, *n.* 2*]*. 2) *[*magnam — consecutus *verbotenus ex Ioseph. Bell. Iud. I,* 13. *sumpta]*.

XLVIIII. Cum[a].* haec aput Cremam agerentur, nuncii de nobilioribus Romanae urbis ex parte senatus populique Romani ad curiam veniunt, omni devotione omnique reverentia suum promittentes obsequium[1]. Rogare, ne pro iniquitate paucorum malorum et de plebe[2] multos bonos et nobiles velit pessumdare; se esse, quorum occasione acceperit, ut imperator Urbis et orbis nominetur. Fridericus[b], pro[c] eo quod in priori expeditione severius cum illis egerat[3], indulgentius eorum accepta legatione, benignum illis dedit responsum et per aliquot dies secum commoratos regaliter donavit et absolvit[4], mittens cum eis legatos Ottonem sepe[d] iam dictum palatii[e] comitem et magistrum Haribertum Aquensem prěpositum, virum prudentem et in[f] negotiis regni longa eruditione exercitatum, dans hoc in mandatis, ut et ea, quae cum populo Romano seu de stabiliendo senatu seu de recipiendo prefecto agenda forent, terminarent et cum Romano pontifice, si is[g] hoc eligeret, de prenotatis[h] capitulis[5] finem facerent et concordiam stabilirent. 1159. (41).

L.[i] Qui venientes ad Urbem, cum honorifice tam a populo quam a senatu recepti essent interque ipsos et summum pontificem crebri nuncii mediatores dirigerentur, molientibus illis more suo antiquum Romanae urbis fastum, regales se[k] in nullo passi sunt inferiores inveniri, immo et ad se sepius veniri, quam ut illis occurrerent, obtinuerunt[l].

*p. 467. *LI.[m] Fridericus interim in Liguria degens ordinabat, ut aliquam cladem Mediolanensibus, qui omnes ad civitatem confugerant seque intus communierant, inferret. Itaque cum Papiensium pugnacissimis consilium init, ut ad civitatem impetum faciant seque ab hostibus fugari patiantur, ipsum vero[n] ex insidiis circumventurum (42).

*) *B* pergit:* Frederico apud Cremam morante nuntii.

a) Dum *B;* Cumque *C* (Cunque *C*2). b) Fredericus *h. l. etiam B*1; princeps *B**. c) pro *deest C.* d) sepe i. dict. *om. B**. e) *ita A. β* (palacii). *C (cf. etiam supra III,* 20, *p.* 192, *l.* 21; *infra IV,* 69*), corr.* palatinum *A**1; palatinum *B*1. f) in *om. β.* g) is *deest C.* h) prenominatis *A. A**. i) *nulla cap. dist. A. β. B. C; cf. tamen indicem, supra p.* 231. k) in n. se *A. A**1. l) *B* pergit c.* 52. m) Capitulum L. *A (ubi numerus* LI. *omissus).* n) vero *deest C.*

1) *[Cf. supra c.*34. 36, *p.*277. 279*].* 2) *[Intellegendum videtur: paucorum malorum, et quidem ex plebe].* 3) *[Cf. supra II,* 30, *p.* 136 *sqq.].* 4) *[Cf. IV,* 34*].* 5) *[Cf. supra IV,* 34. 36, *p.* 276 *sq.* 278 *sq.].*

1159. persequentes. Nec multum tunc opinione deceptus est. Mediolanenses enim, cum eorum impetum sensissent — iam enim predam abigere coeperant —, strennue eos persecuntur eosque resistentes[a] acrius caedunt. Iam[1] parum aberat a vera fuga his qui simulato metu cessuri erant[2]; declinaverant[b] enim paulisper a loco insidiarum. Tum Fridericus cohortatus[3] suos, ab[c] tergo et ex[d] inproviso iam alacres et pene victores hostes invadit auxilioque[4] suis, quos iam pelli acceperat, optatus advenit. Mediolanenses, qui prope[5] iam se victoriam adeptos putabant, videntes se circumventos undique a regiis equitibus nec ullum sibi fugae presidium superesse, adversus omnia inparati, occidi[6], capi; equi atque viri afflicti[e]. Tum spectaculum horribile campis patentibus, cum medii hostium, nec pugnare nec fugam inire permissi, sine misericordia caederentur. Postremo omnia qua visus erat constrata sunt telis, armis, cadaveribus aut mortuorum aut ad mortem sauciatorum. Verum, qui numerus occisorum aut eo prelio captivorum fuerit, augustus ipse suis litteris declarat, scribens ad Albertum Frisingensem episcopum. Ait autem inter caetera: *Preterea ad consolationem tuam de presenti statu nostro aliqua tibi scribimus, quia honorem imperii et nostram*[f] *prosperitatem te diligere non dubitamus. Inter alia igitur*[g] *magnificavit Dominus facere nobiscum et fecit, unde facti sumus laetantes*[7] *et maximas Deo gratias agentes. Maximam enim multitudinem Mediolanensium tradidit Deus in manus*
Iul. 15. *nostras, ita quod in Idus Iulii*, qua data divisio apostolorum celebrari solet, DC de fortioribus civitatis captivos in vinculis abduximus, centum et fere L per campos et itinera viarum interfecti sunt. De submersis vero et de vulneratis*

*) itaque in Kal. Aug.[8] *A. A**.

a) c. acr. res. *A. A** 1. b) declinarant *A.* c) *ita A. β. B* 1. *C* 1; a *A*. C* 2. d) ex *om. A.* e) afflecti *B* 1. f) prosp. nostr. *A. A**. g) ergo *β.*

1) *[Ad* Iam — fuga *cf. Sallust. Iug.* 101, 8*].* 2) *[Cf. ibid.* 36, 2*].* 3) *[Ad* cohortatus — invadit *cf. ibid.* 101, 4*].* 4) *[*auxilioque — acceperat *indidem* 101, 10*].* 5) *[*prope — equitibus *item ad Sallust. l. c.* 101, 9. *conformata].* 6) *[*occidi — patentibus *ac* Postremo — cadaveribus *indidem* 101, 11; *cf. etiam supra III,* 40, *p.* 214, *n.* 2*].* 7) *[Ps.* 125, 3: Magnificavit Dominus facere nobiscum, facti sumus laetantes*].* 8) *Quod falsum est, cum divisio apostolorum semper incidat in Idus Iulii. W.*

modus non fuit neque numerus. Sic cum victoria ad Novam 1159. *civitatem*[a] *Laudam reversi fuimus.*

LII. Ea tempestate Adrianus papa in Kalendis (43). Septemb. aput Anagniam[b] diem clausit extremum et *Sept.* 1. II. Non. Septemb. in aecclesia beati Petri, presentibus *Sept.* 4. clero, senatu populoque Romano, honorifice tumulatus est, regalibus nunciis[1] adhuc ibidem existentibus. Post cuius obitum cardinales in seditionem conversi gemina electione scindunt unitatem, quibusdam eligentibus Octavianum tituli Sanctae Ceciliae presbiterum cardinalem, cui nomen dederunt Victor, aliis Rolandum[c] tituli Sancti Marci presbiterum cardinalem et Romanae aecclesiae cancellarium, cui nomen imposuerunt Alexander[d]. Verum, ut huius negotii tractatus perpetua seu continua decurrat oratione[2], paulisper alia interim prosequemur[e], pro magnitudine causae suo loco his diutius immoraturi[3].

LIII. Imperator aliam[4] parans profectionem ad (44). *(c. Aug. in.).* devastandos fines[f] Mediolanensium, cum in partem processisset et pabulatores in toto territorio nec equis annonam invenire potuissent[g], reversus, cum toto exercitu ad obsidionem Cremae pergit. Tum demum perituram[5] civitatem metus invasit, magnaque tristicia habitatores[h] eius occupavit. Erant autem et intus et foris universa plena tumultus, multaque bellica instrumenta et in oppido et contra oppidum fabricabantur. Erantque deinceps cottidiana eorum officia, hi quidem excursus, isti vero assultus moliri[i], magnaque[6] vi omnibus ibi diebus certatur. Nam ad portas ubi quisque principum curabat, eo acerrime niti, neque alius in alio magis quam in se spem habere, pariterque oppidani similiter agere

a) civitatem *deest B.* b) Anangniam *A;* Anaginam *β semper. C* 2. c) Rulandum *A;* Rolandum *B*.* d) *B* pergit c.* 60. e) prosequimur *A. A*;* prosequamur *B* 1. f) devastandum Med. agros *A. A*.* g) po | *B* 1. h) inhab. *A*.* i) molliri *C* 1.

1) *[Cf. supra c.* 49. 50*].* 2) *[Cf. Dialog. de pontificatu s. Romanae ecclesiae, Libelli de lite III, p.* 527. 531: Ut enim lege oratorum disceptatio sua perpetua decurrat oratione; *'N. Archiv' XXI, p.* 653. *H. Boehmer, qui hunc dialogum Rahewino adscribit, ea ex quodam opere de arte orandi vel grammatica allata censet; quodammodo similia etiam apud Quintilian. Inst. or.* 5, 8, 2. *inveniuntur].* 3) *[Cf. infra c.* 59 *sqq.].* 4) *[Cf. supra c.* 48, *p.* 288*].* 5) [perituram — fabricabantur *ad Ioseph. Bell. Iud. II,* 28. *conformata].* 6) magnaque — agere, *l.* 30, *ex Sallust. Iug.* 60, 1. *sumpta.*

1149. omniaque ad defensanda[a. 1] menia utilia vario ingenio preparare, diffidentiam rei dissimulare; interdumque prospera fortuna, interdum dolor[2] eorum ad multa facinora incitavit audatiam.

(45). LIIII. Quadam denique die, dum exploratum fuisset Fridericum pro visenda consorte regni imperatrice, quae in vicino castro nomine *Sanbassan*[b. 3] morabatur, e[c] castris exisse, ad portam quam regalis familia servabat pene cum sexcentis erumpunt[d] equitibus; magnoque prelio inito, cum[4] diu Marte[e] pari utrimque nil[f] aliud quam occiderent, tellus cruore manavit[g], nostrique, quamvis tam pudore quam virtute summa vi resistere conarentur, illud tamen efficere non potuerunt, ut hostium manus ea die gradum retro dedisset[h]. Graviter fortiterque illa die pugnatum est. Nam, si credere fas est, rivuli campestres peremptorum et sauciatorum vulneribus sanguine infecti ac provecti, imbre cruoris augmentum acce*perunt. Vespere facto utrimque disceditur, *p. 468. illis intra septa castrorum[i], istis intra munimina muralis aggeris se recipientibus.

LV.[k] Rediens augustus, cum de pertinaci hostium audatia comperisset, indignatione simul et ira permotus est, ut, qui iam pene in supremis[l] se potius humiles ac supplices[5] exhibere deberent, incursiones facerent et victores suos ipsi turbare[m] non[n] metuerent erumpnosa obsidione inclusi. Iam enim sepenumero in eruptionibus suis aut machinis flammas inicere aut turres destruere aut letali vulnere[6] aliquos de nostris sauciare moliti sunt[o], nullumque specimen audatiae aut ostentationis fuit, quod illi futurorum ignari pretermitterent; et dum iam inclinata putaretur eorum superbia, de patratis facinoribus tumidi gloriabantur. Erat autem videre[7] mi-

a) defendenda *B* 1. b) N. *A. A**. c) e *deest β*. d) eq. erump. *β*. e) pari marte *A. A*. (Flor.)*. f) nichil *A*; nihil *C*. g) manare *superscr.* vit *C* 1; manarit *C* 2. h) dedissent *A. A**. i) castrorum *deest C*. k) *nulla cap. dist. A, ubi numerus* LV *omissus. A*, ubi rubra ad sequens cap. relata. C* 2. l) suppremis *B* 1. m) perturbare *A. A**. n) non *om. A**. o) sunt *om. A**.

1) *[Ad* defensanda — dissimulare *cf. Sallust. ibid.* 60, 5*]*. 2) *[Ioseph. Bell. Iud. III,* 1: multoque magis eorum dolor incitavit audaciam*]*. 3) *San Bassano; de quo cf. Giesebrecht l. l. V, p.* 203, *n.* 4) *[*cum — dedisset *ad Flori epit. (interpol.) II,* 13, 80. 81. *conformata]*. 5) *[Cf. Ioseph. Bell. Iud. VII,* 13: nec in extremis supplices*]*. 6) *[Cf. Verg. Aen. IX,* 580; *supra I,* 13, *p.* 29, *n.* 2; *IV,* 37*]*. 7) *[Oros. VI,* 15, 25: videre ibi . . . erat*]*.

seriam[a], quando hi qui foris, occisorum amputatis capi- 1159.
tibus, eis quasi pila ludebant et a dextra in levam reiectis crudeli ostentui et ludibrio habebant; qui vero in oppido, inhonestum arbitrantes, si quid minus auderent, captivos nostrorum sine misericordia super muros membratim discerpendo miserabile prebebant spectaculum.

LVI. Ea calamitas paulisper [quidem[b]] Friderico (46).
tristiciam et dignam indignationem comparavit. Qui ubi impetum insanientium continere non poterat ac sevientium furorem reverentia principis non cohibebat, placuit in contumaces vindictae severitatem exercere[1], ut, quos non correxit lenitatis pacientia, saltem indubitati supplicii pena coherceret. Iubet ergo de captivis eorum vindictam accipere eosque pro muris patibulo[c] iussit appendi. Contumax autem populus, nimis de pari volens contendere, etiam ipse quosdam de nostris in vinculis positos eodem modo traxit ad supplicium eosque cruce suspendit. Tum Fridericus: 'Etiamne, perituri[d. 2], contra nos ipsa[e] vos nostra[f] excitavit humanitas, et lenitate nostra vobis aluistis audatiam? Iam[g] quidem vobis pugnantibus aliquamdiu pepercimus, captivos vestros[h] miserati fuimus, vadibus vestris[i] fidem servavimus, inviti muris vestris machinas admovimus, semper cedis vestrae cupidos milites continuimus. Ista omnia spernitis et nefaria temeritate nos ad excidium vestrum, ad interitum filiorum seu nepotum vestrorum provocatis. Utar ergo iam deinceps belli legibus, contendam cum pertinatia vestra, minime parcens, qui vobis ipsis parcere noluistis'[3]. Haec dicens, vehementer[4] iratus, quod in sorte captivorum constituti equales cum victoribus condiciones sibi ponerent, voce preconis declarari iussit, ne ulterius ad se profugerent neve fidem sperarent; nulli enim esse parcendum. Cunctis[k] autem viribus dimicarent, quantum possent saluti suae consulerent; iam enim se

a) miserum *A.* b) quidem *deest β. B. C.* c) patibulo *om. C.* d) *ita codd. omnes et ms. Wilm. (Ios.);* perituros *corr. nescio quis SS. XX.* e) ipsa vos *om. β;* tempora (tpa) *pro* ipsa *A (cf. supra IV,* 41, *p.* 282, *n.* s*);* i. nos *B*1. 2. iterum *A.* g) Nam *A*.* h) nostros *A*.* i) nostris *A*. C.* k) *novum inc. cap., rubra c.* 56. *inscriptum A** 2; *rubram in marg. habet A** 1.

1) *D.* 18. *Sept. Cremenses hostes imperii iudicavit; Böhmer-Ficker, Acta imp. p.* 100. *[Constit. I, p.* 270 *sq. nr.* 191*].* 2) Etiamne, perituri — pertinatia vestra, *l.* 28, *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 13. *conformata.* 3) *[Cf. supra III,* 3, *p.* 169*].* 4) vehementer — gesturum, *p.* 294, *l.* 1, *indidem fere ad verbum transscripta.*

1159. omnia iure belli gesturum. Itaque obsides eorum numero XL adduci iubet, ut suspendantur. Tum interim adducuntur captivi quidam de nobilibus Mediolanensium sex milites, qui deprehensi fuerant, ubi cum Placentinis perfida miscebant colloquia. Nam, ut supra dictum est[1], Placentia principi etiam tunc ficta devotione et simulata adherebat obedientia. Erat autem unus de captivis, qui ducebantur, nepos presulis Mediolanensis, vir dives et cuius consilio Ligures[a] universi plurimum niterentur. Hos quoque, contempta multa pollicitatione pecuniae, duci iubet ad supplicium, similisque his[b] qui et prioribus vitae finis extitit.

(47). LVII. Iamque ad civitatis pernitiem machinae plurimae[c] admovebantur, iam turres in altum exstructae adplicari coeperant. Tum illi summa vi atque [animi[d]] pertinatia resistere atque a muris turres arcere suisque instrumentis validis saxorum ictibus nostras machinas impellere. Effrenatis vero animis princeps obsistendum putans obsides eorum machinis alligatos ad eorum tormenta, quae vulgo mangas[2] vocant et intra civitatem novem habebantur, decrevit obiciendos. Seditiosi, quod etiam aput barbaros incognitum et dictu quidem horrendum, auditu vero incredibile, non minus crebris ictibus turres impellebant, neque eos sanguinis et naturalis vinculi communio nec[e] aetatis movebat miseratio; sicque aliquot ex pueris[f] lapidibus icti[g] miserabiliter interierunt[h], alii miserabilius[3] adhuc vivi superstites crudelissimam necem et dirae calamitatis horrorem penduli expectabant. O facinus! Videres illinc liberos machinis annexos parentes implorare, crudelitatem eis[i] et immanitatem aut verbis aut nutibus obiectare, econtra infelices patres pro infausta prole lamentari, sese miserrimos clamare nec tamen ab impulsionibus cessare. Consolatus est autem eos etiam aliquis eorum, ita dicens:

a) Lyg. *A*. b) his *deest B* 1. c) admov. plur. *B*. d) animi *deest β. B. C.* e) neque *C* 2. f) puris A*; pravis? *β*; pravis *B* 1. g) mis. icti A*. h) interierunt *om. β*. i) *ita A. β*; eius *B*; *deest* A*. *C*.

1) *IV*, 11. 31. 2) *Mangana vel manganas [seu mangones] alii dicunt; cf. Ducange ed. Henschel IV, p.* 227. *[ed. Favre V, p.* 217; *Waitz, 'DVG.' VIII, p.* 189, *n.* 4; *A. Schultz, 'Das höfische Leben zur Zeit der Minnesinger', ed.* 2. *II, p.* 397 *sqq.]*. 3) *[Cf. supra I,* 47, *p.* 66, *n.* 4*]*.

*p. 469. *'O beati[a], quibus[1] mori bene quam male vivere contingeret[b]! Ne timeatis mori, qui[c] magna mala morte effugituri estis! Si viri fortes pro libertate certantes essemus, non oporteret nos quoque super hoc aut cunctari aut expectare monitorem. Nam mors quidem libertatem animis prestat, valdeque beati, qui pro patria mortui immortalitatis ordinem iam receperunt. Quam multi nostrorum antecessorum hac lege talique condicione alii torti tamque igne quam verberibus excruciati obierunt, alii vero semesi a bestiis ad secundum earum[d] cibum[e] vivi servati sunt. Miseriores vobis[f] nos sumus, qui adhuc vivimus, qui sepe mortem optantes non accipimus[g]. Dum enim quisque nostrorum secum reputans crudelem seu barbarorum seu gentilium suorum servitutem, videre[h] coniuges ad turpitudinem duci, alius revinctus[i] manibus[k] vocem filii patrem implorantis exaudiet, alius vero infelices senes ad cineres patriae videbit[l] assidere; haec, inquam[m], quisquam nostrorum considerans aspicere solem[n] durabit, etiamsi vivere sine[o] periculo possit? O utinam omnes[p] fuissemus mortui, priusquam civitatem nostram Cremonensium manibus videremus excindi[q], priusquam patriam sanctam Papiensium impietate funditus erui conspiceremus'! Adhuc eum orare cupientem omnes interpellabant[r], et effrenato quodam impetu ad iaciendum incitabantur, hoc speciem[s] esse fortitudinis rectique consilii existimantes[2], hostibus stuporem mentis admirationemque audatiae relinquere. Pauci quidem rationi cedentes filiis consulere voluissent, alios autem liberorum caedis amor invasit, malorum[t] quae subditi hostibus passuri fuerant cogitationem habentes pro solatio[u] necessitatis ad cedem[v]. Et Crema tunc temporis taliter affecta seu potius afflicta fuerat. 1159.

a) O viri quib. *A;* Ob *(corr.* O *A** 1*)* ergo quib. *A**. b) contingit *A. A**, *corr.* continget *B* 1. c) *ita β. B. C (Ios.);* quia *A. A**. d) eorum *omnes codd. pro* earum, *sed cf. Ios.* e) eor. et bene vivi *A**. f) nos vob. *C.* g) *ita plerique* (accipiunt *Ios.*); accepimus *A.* h) videbit *emendare voluit Giesebrecht, 'DKG.' VI,* 379, *sed temere transscriptum videtur ex Ios., ubi:* videre coniuges ad turpitudinem duci . . . Videbit alius coniugem abduci. i) *ita A. A*. B* 1; revinctus *sive* reiunctus *β. C* 1; reiunctus *B* 2; revinctis *C* 2. *Ios., sed* revinctus *in archetypo scriptum esse videtur.* k) manibus revinctis *Ios.* l) videbis *A.* m) imq. *B* 1. n) *ita etiam Ios.;* solere *A. C.* o) *ita etiam Ios.;* absque *C.* p) fuiss. omn. *B.* q) exscindi *A. A**. *C* 1. r) *ita A. β (Ios.);* interpellebant *rel.* s) *ita omnes codd. pro* specimen, *cf. Ios.* t) malorumque q. *A. A**. u) silentio *A**. v) *ita β, ut Ios.;* ad- | cedē *(in altera littera e vestigio rasurae apparente) A;* adced'e *C* 1; adcedere *C* 2; accedere *B. Wilm. Waitz.*

1) quibus — ad cedem *(l.* 31*) ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 28. *conformata.* 2) *[Cf. supra IV,* 26, *p.* 269, *n.* 2. *et* e*].*

1159. (48). LVIII. At[a] Mediolanenses arbitrantes Fridericum circa obsidionem Cremae sollicitum alias laborantibus non posse succurrere[1], egressi cum turmis suis pene XX[b] milia hominum, oppidum quoddam versus lacum Cumanum Manerbe vocatum[2] obsidione cingunt[c], aggeres instruunt, machinas admovent omnibusque modis eversionem castri accelerare nituntur. Verum comes Gozwinus[d], qui tunc comitatum Sefrensem[e] et Martusanum[3] iussus[f] a principe satis provide administrabat, missos suos ad curiam dirigit hostiumque conamen[g] denunciavit; quid facto sit opus[4], consulit; se quoque[h] copias quantas possit[i] collecturum, si ab exercitu aliquod[k] sibi militiae supplementum destinetur. Imperator continuo quingentos equites armatos eo dirigere decernit[l]. Comes etiam de suis colligens auxilia non modicum coadunavit exercitum. Iamque compositis rebus, Mediolanensibus se[5] ostendere, minitari, neque prelium facere neque otium pati, tantummodo hostem ab incepto retinere, neque copiam pugnandi facere, donec qui[m] e castris expectabatur miles superveniret. Rati Ligures[n], id quod negotium poscebat, imperatorem laborantibus suis auxilio venturum et indubitatum prelium futurum, obsidionem dimittunt, fugamque ineuntes ad civitatem evadere festinant. Comes ut videt eos iam fugam cepisse, magna illos vi ab tergo urget, fugientibus instat, caedit, capit, copiosam predam diripit; reliqui amissis omnibus profugi[6], multique saucii, vix intra civitatem revertuntur.

(49). LVIIII. Inter haec Placentini multis argumentis detecti sunt studio[o] rerum novandarum niti, cum Mediolanensibus crebra[p] inire conciliabula, frumentum aliaque usui necessaria[7] clanculo illis providere, quin etiam aliquos de suis Cremensibus in auxilium destinasse. Imperator satius existimans[q] habere detectos[r] inimicos quam

a) Et *β*. b) triginta *C*1; XXX *C*2. c) et *add. A*. d) Golwinus *β*; Gosuinus *B*2; Gezouinus *A*; Goswinus *C*2. e) Sefrensen *A*; Sefrenensem *C*. f) missus *β*. *B*1. g) conatum *A*. *A**. h) seque *B*. i) posset *A*. *A**. k) aliquid *A*. *A**. *β*. l) decrevit *A**. m) e castr. qui *A*. *A**. n) Lyg. *A*. o) studio *deest B*. p) crebra *deest C*. q) estimans *B*1. r) derectos *β*; directos *B*.

1) *[Cf. Sallust. Catil.* 60, 4. *Iug.* 98, 1*]*. 2) *De Erba prope lacum Cumanum cogitat Giesebrecht l. l. V, p.* 208. *[VI, p.* 380*]*. 3) *Seprio et Martesana.* 4) *[Cf. supra p.* 30, *n.* 1*]*. 5) *In sequenti capitis parte verba* [se — futurum, *l.* 22] *ex Sallust. Iug.* 55, 8. 56, 1. *sumpta [cf. etiam ib.* 82, 1*]*. 6) *[Cf. ib.* 56, 6: paucis amissis profugi*]*. 7) *[Cf. Sallust. Iug.* 54, 6; *Ioseph. Bell. Iud. III,* 8*]*.

fictos amicos, pro eo quod[a], ut dicitur[1], *nulla pestis efficatior ad nocendum quam familiaris inimicus*, eosdem pro perfidia sua, ut levissimos nec[b] in hac nec in illa parte fidem debitam habentes, hostes pronunciat. 1159.

Verum res exigit[2], ut ad scisma Romanae aecclesiae, unde digressi sumus[3], scribendo redeamus. Porro in hoc negotio lectorem ammonitum esse cupimus[4], ut non de nostro dicto vel scripto veritatem huius rei metiatur, sed, quid rectius sit, *quis*ve[5], ut ita[c] dicam[d], *iustius induit arma*, ex collatione omnium scriptorum, quae undique media discurrerunt[e], proprio disquirat iudicio. Nos enim, si alterutrius partis res vel[f] attolleremus vel extenuaremus, a proposito decidere videremur; nec utique sanum esset corpus reliquum hystoriae, si hanc partem velut principale membrum domestici favoris morbus haberet.

*p. 470. *LX. Divisis[g], ut supra dictum est[6], in electione (50). Romani pontificis cardinalibus, clero ac populo Romano, cum a suis consentaneis et sequacibus alter, id est Octavianus, in prima dominica mensis Octobris, alter, id[h] *Oct.* 4. est Rolandus, in XVIII.[7] die mensis Septembris in epi- *Sept.* 18. scopum consecratus fuisset, uterque litteras, quarum tenor subiectus est, ad declarandam rem per mundi partes destinavit.

Victor[8] episcopus, servus servorum Dei, venerabilibus fratribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, et karissimis filiis, abbatibus, ducibus, marchionibus, comitibus et caeteris principibus et egregiae familiae imperiali, in sacratissima curia domni Friderici serenissimi et[i] invictissimi Romanorum imperatoris commorantibus, salutem et apostolicam benedictionem. Quam et in quantum et aecclesiastici status decorem*

*) etc. Quam — dilexerimus *(p.* 298, *l.* 2*)* etc., *ceteris omissis, A. A**.

a) quod *om. A**. b) ne *B*1. c) itam *B*1. d) dixerim *C*. e) discurrere *C*2. f) vel atten. vel attoll. *A. A** (adtoll.). g) Divisis in el. *pergit B**. h) id e. *om. A*. i) ac *C*.

1) *Boethius de consol. philos. III, prosa* 5. 2) *[Cf. Oros. I,* 1, 7. *IV,* 6, 1; *infra c.* 67*]*. 3) *[Cf. supra IV,* 52, *p.* 291, *n.* 3*]*. 4) *[Cf. supra III,* 8. 16, *p.* 174, *n.* 2. 185, *n.* 2; *praesertim infra IV,* 75*]*. 5) quis iustius induit arma, *Lucan. Phars. I,* 126. 6) *IV,* 52. 7) *Potius* 20. *die Sept. consecratum esse Alexandrum ostendit Jaffé, Reg. p.* 679. *[ed.* 2. *II, p.* 147*]. W. [D.* 18. *Sept. inmantatus est]*. 8) *Exstat in cod. Vindobonensi supra [p.* 174, *n.* 3*] laudato, patriarchae Aquileiensi data.*

1159. *et honorem Romani imperii et nobilitatem omnium bonorum hactenus sincere dilexerimus et quae mutuae karitatis*[a] *sint invicem frequenter exhibita, nequaquam credimus a vestrae magnitudinis excidisse memoria. Nunc autem tanto propensioris dilectionis efficatiam vobis et imperio cupimus exhibere, quanto Deo auctore ad maiorem conscendimus dignitatem. Quapropter universitatem vestram, de qua plene confidimus, plurimum deprecamur, ut pro beati Petri apostolorum principis reverentia et antiquae dilectionis constantia, quae inter nos inviolabiliter perseverare dinoscitur, domnum imperatorem invictissimum commonendo rogetis, quatinus imperio sibi a divina clementia commisso et aecclesiae Dei, sponsae Ihesu Christi, cuius advocatus et defensor divinitus est constitutus, providere et subvenire non tardet, ne in tanta discordia adversariorum malitia nequiter prevalere, navicula beati Petri procellis et tempestatibus suo tempore quassari*[b] *et decus imperiale valeat aliquatenus*[c] *obnubilari. Insuper universitati vestrae dignum duximus intimandum, qualiter ad apostolatus officium Domino concedente vocati fuerimus. Felicis memoriae papa Adriano, predecessore nostro, viam universae carnis ingresso, in beati Petri basilica tumulato, convenimus omnes de electione summi pontificis tractaturi*[d]. *Post longam vero collationem et diutinam deliberationem, divina tandem inspirante clementia, electione venerabilium fratrum nostrorum episcoporum, presbiterorum*[e] *sanctae Romanae aecclesiae cardinalium, cleri quoque*[f] *Romani, petitione eiusdem populi, assensu etiam senatoriae dignitatis, honoratorum insuper*[g] *capitaneorum*[1] *ad summum pontificatum, annuente Deo, canonice sumus electi et in sede*
Oct. 4. *apostolica collocati ac deinde prima dominica mensis Octobris benedictionis consecrationem et nostri officii accepimus plenitudinem. Quocirca universitatem vestram humiliter deprecamur, quatinus apud ipsum nos precibus adiuvetis, a quo omnis est potestas*[2] *et honor dignitatum. Si autem ex parte illius Rolandi quondam cancellarii, per conspirationem et coniurationem contra aecclesiam Dei et imperium Willelmo*[h]

a) *hic aliquid excidisse patet.* b) quassare *β. B* 1; quasare *(sic)* — obnubilare *B**. c) aliquatinus *β. B* 1. d) tractari *B* 1. e) presbit. diaconorum *V.* f) clerique *B* 1. g) et *add. V.* h) *ita β. C* 1. *V;* Willih. *B* semper;* Wilh. *C* 2.

1) *[Cf. epist. partis cardinalium, infra c.* 62, *p.* 306, *l.* 10 *sqq. atque litteras Victoris papae ad archiepiscopum Coloniensem, Chron. reg. Colon. a.* 1161, *SS. r. G. p.* 106 *sq. insertas; Doeberl, Monum. Germ. sel. IV, p.* 145, *n.* a*].* 2) *[Rom.* 13, 1: non est enim potestas nisi a Deo*].*

Siculo astricti, qui die XII.[a] *post electionem nostram*[b] *se* 1159. (Sept. 18). *fecit intrudi, quod a seculis non est auditum*[1], *ad vos scripta pervenerint, tamquam mendatio plena et a scismatico et heretico destinata respuatis et aures vestras nequaquam illis ullatenus prebeatis. Data*[c] *Segniae, V.*[d] *Kalend. Novembris*[c]. Oct. 28.

LXI.[e] *Alexander*[2] *episcopus, servus servorum Dei*[f], (51). (Oct. 5). *venerabili*[g] *fratri Gerardo*[h] *episcopo et dilectis filiis canonicis Bononiensis aecclesiae et legis doctoribus caeterisque magistris Bononiae commorantibus salutem et apostolicam benedictionem. Aeterna et incommutabilis providentia* Conditoris sanctam et immaculatam aecclesiam a suae fundationis exordio ea ratione voluit et ordine gubernari, ut unus ei* cf. Ioh. 10, 16. *pastor et institutor existeret, cui universi aecclesiarum prelati absque repugnantia subiacerent, et membra tamquam suo capiti coherentia ei se mirabili quadam unitate coniungerent et ab ipso nullatenus dissiderent. Qui vero apostolis suis pro eorum fidei firmitate promisit dicens:* Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad[i] consummationem Matth. 28, 20. seculi, *ille procul dubio aecclesiam suam, cuius ipsi apostoli magisterium *assumpserunt, sua promissione fraudari nullo* *p. 471. *modo patietur, sed eam in suo statu et ordine, licet ad instar naviculae Petri fluctuare aliquando videatur, perpetuo faciet permanere. Unde et, quamvis hoc tempore tres falsi* cf. Gal. 2, 4. *fratres, qui a nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis*[3], *transfigurantes se in angelos lucis, cum sint Sathanae*[4], *inconsutilem Christi tunicam*[5], *quam utique ipse idem*[k], *ex persona psalmigraphi*[l, 6], *a leonibus petit et a framea*

*) *reliqua om. A;* etc., *reliquis omissis, A*.*

a) XII[a]. *C*1. b) extra Urbem in loco non celebri, qui Cisterna dicitur, inter Ariciam et Terracinam *add. V (cf. infra IV, 62, p.* 306, *l.* 21 *sq.* 76; *Constit. I, p.* 266, *l.* 15 *sq.).* c) Data — Nov. *des. B*.* d) V[o] *C*1. e) Alia epistola *A;* Epistola alterius *in marg. add. B (cf. indicem, supra p.* 232*).* f) Dei *om. A.* g) Veñ *A;* venerabilibus G. *A** 1, *et ita B* 2. h) Gerhardo *B* 1. i) in *B.* k) quidem *C.* l) spalm. *C*1.

1) *[Ioh.* 9, 32: A saeculo non est auditum*].* 2) *Legitur in cod. Vindobon. [De die et de aliis litteris Alexandri eiusdem sive similis tenoris cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 237. *VI, p.* 391, *nec multum differunt iam d.* 26. *Sept. Ianuensi archiepiscopo Syro eiusque suffraganeis missae, quas Cafarus (Caf.) Annalibus Ianuensibus, SS. XVIII, p.* 28 *sq. inseruit].* 3) *[*1. *Ioh.* 2, 19: qui a nobis quidem exierunt, sed non fuerunt de nobis*].* 4) *[*2. *Cor.* 11, 14: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis*].* 5) *[Ioh.* 19, 23: Erat autem tunica inconsutilis*].* 6) *Cf. Ps.* 21, 21: Erue a framea, Deus, animam meam et de manu canis unicam meam. 22: Salva me ex ore leonis.

1159. *erui et de manu canis orat ac postulat liberari, scindere et[a] laniare laborent, Christus tamen auctor et caput aecclesiae[1] eam velut unicam suam sponsam provida gubernatione tuetur et navem egregii piscatoris, licet sepius quatiatur, a fluctibus non permittit naufragium sustinere. Porro cum antecessor* Sept. 1. *noster bonae[b] memoriae Adrianus papa Kalendis Septembr., dum[c] essemus Anagniae[d], debitum naturae solvisset et de terris ad caelum, de imis migrasset Domino vocante ad* Sept. 4. *superna, eo Romam adducto et II. Non. Septembr. in aecclesia beati Petri[e], presentibus fere omnibus fratribus, satis honeste, sicut moris est, tumulato, coeperunt *[omnes]*[f] fratres et nos cum eis secundum aecclesiae consuetudinem de substituendo pontifice in eadem aecclesia studiosius cogitare,* (Sept. 7). *et tribus diebus de ipsa electione tractantes, tandem in personam nostram, insufficientem huic oneri et tantae dignitatis fastigio minime congruentem, omnes quotquot fuerunt, tribus tantum exceptis, Octaviano scilicet, Iohanne[g] de Sancto Martino et Gwidone[h] Cremense, Deo teste, quia mendatium non fingimus, sed meram[i] sicut est loquimur veritatem, concorditer atque unanimiter convenerunt[k] et nos, assentiente clero ac populo, in Romanum pontificem elegerunt. Duo vero, Iohannes videlicet[l] et Gwido[h], quos prenotavimus, tercium Octavianum nominantes ad eius electionem pertinaciter intendebant. Unde et ipse Octavianus in tantam audatiam vesaniamque[m] prorupit, quod mantum, quo nos reluctantes et renitentes, quia nostram insufficientiam videbamus, iuxta morem aecclesiae Odo[n] prior diaconorum induerat, tamquam arrepticius a collo nostro propriis manibus violenter excussit et secum inter tumultuosos fremitus asportavit. Ceterum cum quidam de senatoribus tantum facinus inspexissent, unus ex eis spiritu divino succensus mantum ipsum de manu eripuit sevientis. Ipse vero ad quendam capellanum suum, qui ad hoc instructus venerat et paratus, ilico flammeos oculos fremebundus inflexit, clamans et innuens, ut mantum, quem fraudulenter secum portaverat, festinanter afferret. Quo utique sine mora delato, idem Octavianus, abstracto pilleo[o] et capite inclinato, cunctis fratribus aut loco*

a) ac dilaniare laborant *B* 1; laniari *B* 2. b) bon. mem. *des.* *B* 1. c) dum ess. *des. C.* d) Anagine *β semper;* Anaginę *C* 2. e) apostoli *add.* *B* 1. f) omnes *deest β. C. Caf.* g) Oct. sc. et Gw. Crem. et Ioh. de S. M. *B* 1. h) Guid. *C.* i) sed sicut est mer. *B* 1. k) *ita C. Caf.;* conveniunt *β. B* 1. *B*. V.* l) videlicet *deest C* 2. m) insaniamque *C.* n) Otto *B*.* o) *ita B* 1. *B*. C* 1. *V. (Caf.);* pileo *β. C* 2.

1) *[Eph.* 5, 23: sicut Christus caput est ecclesiae*]*.

inde aut voluntate remotis, mantum per manus eiusdem 1159. *capellani et cuiusdam clerici sui ambitiosus assumpsit, et ipse idem, quia non erat alius, in hoc opere capellano et clerico extitit coadiutor. Verum ex divino credimus iudicio contigisse, quod ea pars manti, quae tegere anteriora debuerat, multis videntibus et ridentibus, posteriora tegebat: et cum*[a] *ipse idem hoc emendare studiosius voluisset, quia capitium*[b] *manti extra se raptus non poterat invenire, collo fimbrias circumduxit, ut saltim mantus ipse appensus ei quodammodo videretur. Sicque factum est, ut, sicut tortae mentis erat et intentionis obliquae, ita ex transverso et obliquo mantum fuerit in testimonium suae dampnationis indutus. Quo facto, portae aecclesiae, quae firmatae fuerant, reserantur, et armatorum cunei, quos, sicut ex re apparuit, pecuniae largitione conduxerat, evaginatis gladiis cum immenso strepitu cucurrerunt, et pestis illa mortifera*[1], *quia cardinales episcopos*[c] *non habebat, armatorum caterva militum vallabatur. Fratres vero facinus tam immensum et a seculis inauditum*[d. 2] *ex insperato videntes et formidantes, ne a conducticiis militibus truncarentur*[e], *sese in munitionem aecclesiae nobiscum pariter receperunt, ibique novem diebus continuis, ne exinde libere exiremus, fecit nos quorumdam senatorum assensu, quos pecunia oblata corruperat, die noctuque armata manu cum omni diligentia custodiri. Sane, populo incessanter et iugiter acclamante et in senatores pro tanta impietate multa immanitate fremente, de custodia fuimus illius munitionis erepti, sed*[f] *in artiori*[g] *et tutiori loco apud*[h] *Transtyberim nos idem senatores, recepta inde pecunia, posuerunt. Cumque moram ibidem ferme per triduum fecissemus, universo populo tantam proditionem atque malitiam de caetero nullatenus sustinente, senatores cum nobilibus et populo venientes nos et fratres nostros per Urbem magnifice et honorifice cum immensis laudibus et preconiis, campanis etiam in transitu nostro ubique*[i] *pulsantibus, conduxerunt, *et sic tandem a violentia persequentis erepti et* *p. 472. *nostrae redditi libertati, sequenti die dominica*[k] *venerabilibus* *(Sept. 20).* *fratribus nostris Gregorio*[l] *Sabinensi*[m], *Hubaldo Ostiensi*[n],

a) cum — factum est ut *(l. 10) des. Caf.* b) caputium *B* 1. c) card. et ep. *β. B. V. (Caf.).* d) n o n a u d i t u m *C.* e) trucarentur *C* 1; *unde* trucidarentur *C* 2. f) sed *om. β.* g) art. et *des. β.* h) apud *deest Caf.* i) ubique *deest C.* k) dominico *β. C. (Caf.).* l) Grego *(non perscript.) β;* Gregorius *B* 2. *B*.* m) Sabinensis *radendo corr.* Sabinensi *C* 1; Sabinensis Hubaldus (Tubaldus *β*) Ostiensis Bernhardus (Bernardus *β*) Waltherus Iulius *β. B. B*.* n) *ita etiam C* 1 *(cf. n.* m*);* Host. *C* 2. — Bernh. *(p. 302, l. 1) C* 2.

1) *Scil. Octavianus.* 2) *[Ioh.* 9, 32: A saeculo non est auditum*].*

1159. Sept. 20. *Bernardo*[1], *Walthero*[2], *Iulio*[a.3] *et B. episcopis, cardinalibus quoque*[b], *abbatibus, prioribus, iudicibus, advocatis, scriniariis, primicerio et scola cantorum, nobilibus etiam et quadam parte de populo Urbis apud Nimpham non longe ab Urbe insimul congregatis, munus consecrationis accepimus et, sicut in Romana aecclesia moris est, ibidem pontificali regno*[4] *magnifice fuimus ac sollempniter coronati. Caeterum predictus Octavianus, cum pro consecratione, immo execratione sua, dum et in Urbe esset et postquam latenter Urbem exivit, multos episcopos convocasset, nullum prorsus preter unum, Ferentinatem videlicet episcopum*[5], *habere potuit pro sua temeritate et vesania confirmanda. Quosdam tamen episcopos imperialibus minis*[c], *quosdam violentia laicali, quosdam vero pecuniis et blandiciis allicere voluit, sed nil, Domino impediente, profecit. Unde nec adhuc invenire*[d] *potest, licet omnibus modis enitatur, qui ei manus execrationis imponat et se tantae faciat presumptionis et impietatis auctorem. Verum memorati*[6] *Iohannes*[e] *et Gwido*[f], *cecitatis tenebris obvoluti, quoniam scriptum est*[7]*: 'Peccator cum venerit in profundum *[malorum]**[g], *contempnet', nec sic a sua presumptione dampnabili resipiscunt, sed eundem Octavianum, quem sibi in statuam erexerunt*[8], *obstinata perfidia venerantur et eum, relicta unitate aecclesiae, presumunt usque adhuc tamquam ydolum aut simulachrum adorare. Ipse autem Antichristi tempora prefigurans usque adeo erectus est supra se, ut etiam in templo Dei sederit, ostendens se tamquam sit Deus*[9], *et multi abhominationem desolationis*[10] *stantem in loco sancto non sine multa lacrimarum effusione corporeis oculis inspexerunt. Sane nos infirmitatem nostram et virtutum indigentiam cognoscentes nostrum in Dominum*[h] *iactamus cogitatum*[11], *sperantes et de Christi misericordia plenius confidentes, quod aecclesiam sanctam suam, pro qua ipse idem in substantia nostrae mortalitatis apparuit, ut eam sibi non habentem rugam aut maculam*[12] *exhiberet, optata*

a) I(ohanne) Signino et B(erardo) Terracinensi episcopis *Caf.* b) et *add. Caf.* c) minis *om. β.* d) adhuc habere potest nec invenire *B*.* e) Io et G *β.* f) Guido *C.* g) malorum *deest β, alio atram. superscr. C*1. (viciorum *Caf.*). h) Deum *β.*

1) *[Portuensi].* 2) *[Albanensi].* 3) *[Praenestino].* 4) *[I. e. corona].* 5) *[Ubaldum].* 6) *[Cf. supra p.* 300*].* 7) *[Prov.* 18, 3: Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnet*].* 8) *[Cf. Dan.* 3, 12. 18*].* 9) *[*2. *Thess.* 2, 4: ita ut in templo Dei sedeat ostendens se, tanquam sit Deus*].* 10) *[Matth.* 24, 15: Cum ergo videritis abominationem desolationis*].* 11) *[Ps.* 54, 23: Iacta super Dominum curam tuam*].* 12) *[Ephes.* 5, 27: non habentem maculam aut rugam*].*

1159. *faciet tranquillitate*[a] *laetari, et procellarum omnium inundatione sedata, nil*[b] *erit, quod iam ei possit obsistere, ubi unicus eius sponsus voluerit nubilosa quaeque et noxia propulsare. Nunc igitur*[c], *quia nos de nostrorum meritorum qualitate diffidimus et de honestate et religione vestra plenam habemus fidutiam, vestris et universalis aecclesiae precibus infirmitatem nostram petimus adiuvari, karitatem vestram per apostolica scripta rogantes et commonentes attentius, ut sicut viri catholici vos pro domo*[d] *Domini muros inexpugnabiles opponatis*[1] *et in devotione ac fidelitate matris vestrae sacrosanctae Romanae aecclesiae immobiliter persistentes ab eius unitate nullatenus recedatis. Quod si prefatus vir impietatis ad partes vestras aliqua dampnationis suae scripta transmiserit, ea, sicut respuenda sunt, respuatis et tamquam vana ac sacrilega contempnere et abicere studeatis. Noverit insuper*[e] *discretio vestra, quod nos supra*[f] *nominatum Octavianum, apostaticum et scismaticum, in octavo die a consecratione nostra* (*Sept.* 27). *— tunc enim terminum ei resipiscendi et ad unitatem matris aecclesiae redeundi prefiximus — tamquam inobedientem et contumacem, et illos, qui ei manus presumerent, non dicimus consecrationis, sed execrationis imponere, et de communi fratrum nostrorum episcoporum et cardinalium voluntate atque consilio, accensis candelis et coetu clericorum in aecclesia congregato*[g], *vinculo anathematis et excommunicationis astrinximus et eos cum suo auctore diabolo condempnavimus.*

LXII.[h] *Venerabilibus*[2] *in Christo fratribus, patriarchis, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, ducibus, principibus, prepositis, prioribus et caeteris aecclesiarum prelatis, ad quos litterae istae pervenerint, Ymarus*[i] *Tusculanus episcopus* prior episcoporum, Iohannes tituli Sanctorum Silvestri et Martini, Gwido*[k] *Cremensis tituli Sancti*[l] *Calixti*[m], *sanctae Romanae aecclesiae presbiteri cardinales, Reimundus*[n] *diaconus cardinalis Sanctae*[o] *Mariae in Via lata et* (52).

*) episcopus etc., *reliquis omissis, A. A**.

a) inq'llitate *β;* in tranq. *C.* b) nihil *V. C.* (nichil *Caf.*). c) ergo *β.* d) Dom. domo *B.* e) etiam *B* 1. f) *finis discrepat in litteris apud Caf. insertis, quippe quae ante Octaviani excommunicationem datae sint.* g) congregati *β. B* 1. h) Epistola card. ex parte Victoris papae *praemittit B**. i) Ycinarus *A;* Ycmarus *A*;* Ymaris *β.* k) Guido *C.* l) Sancti *om. β. C* 1. m) Calisti *C.* n) Raimundus *β;* Rimundus *C.* o) Sanctae Mariae — Dompnica *om. β. B. B**.

1) *[Ezech.* 13, 5: neque opposuistis murum pro domo Israel*]*.
2) *Legitur in cod. Vindobonensi.*

1159. *Sy.*[1] *Sanctae Mariae in Dompnica et Sublacus*[a] *abbas perpetuam in Domino salutem. Ex quo contra honorem aecclesiae Dei et imperii amicitia inter domnum papam Adrianum et *Wilhelmum*[b] *Siculum apud Beneventum facta est,* *p. 473. *dissensio et discordia*[c] *non modica inter cardinales sacrosanctae Romanae aecclesiae non sine causa oborta est, nobis scilicet, qui honorem et dignitatem sanctae Dei aecclesiae et imperii nullatenus diminui volebamus, amicitiae, quae facta fuerat in detrimentum aecclesiae et imperii, nequaquam consentientibus, aliis vero, qui, pecunia et multis promissionibus obcecati, iam dicto Siculo tenebantur astricti, conventionem ipsam taliter ut diximus fabricatam nequiter defendentibus et quam plures in partem sui erroris attrahentibus, nostro conatui*[d] *et voluntati totis viribus pertinaciter resistentibus. Proinde procedente tempore, cum iam fama ferret imperatorem Italiam intrasse et plurimam eius partem suae potestati subiugasse, predicti fratres Siculo astricti domnum papam sollicitare ac circumvenire omni sagacitate coeperunt, qualiter aliqua occasione assumpta domnus imperator et omnes sequaces eius excommunicationi subderentur et nos ad id faciendum una cum eis iuramento astringeremur. Nos autem econtra diximus potius Siculum excommunicandum, qui omnia iura aecclesiae tam spiritalia*[e] *quam temporalia violenter abstulerat, quam imperatorem, qui aecclesiae Romanae et imperii iura fideliter laborabat recuperare et aecclesiam de servitute ad libertatem reducere. Hoc audientes fautores Siculi a iam dicto consilio cum rubore siluerunt. Eo igitur*[f] *consilio nostro studio et exacta diligentia taliter cassato et exinde venerabili fratre nostro Octaviano, tunc sanctae Romanae aecclesiae presbitero*[g] *cardinali, nunc apostolicae sedis pontifice, una cum fratre Wilhelmo*[h] *presbitero cardinali Sancti Petri ad Vincula, ad imperialem celsitudinem legationem fungente*[2]*, domnus papa cum sibi consentientibus et*[i] *supradicti Wilhelmi*[k] *fautoribus Urbem egressus Anagniam*[l] *venit; ubi tunc demum manifesta conspiratione omnes prefati Wilhelmi*[k] *fautores in presentia domni papae sacramento firmaverunt personam imperatoris excommunicationi subiciendam et extunc in antea eius honori et voluntati usque ad mortem immutabiliter contraire et, si contingeret*[m] *domnum papam vita decedere, neminem se nisi de illis qui*

a) *ita* β. *B. C* 1; Sublacensis *C* 2. b) Willelm. *C* 1. *V.;* Wlillm̄ β; Willih. *B**. c) concordia *C* 1. d) conatu β. *B***;* conatus *B* 1; conatis *B* 2. e) spiritualia *C.* f) ergo β. g) card. presb. *B* 1. h) Willelm. *B* 1. *C* 1; W. β. *V.* i) et *deest C.* k) Willelm. *C* 1; W. β. l) Anagin. β. *C* 2. m) contigeret β. *B* 1.

1) *[Symon].* 2) *[Cf. supra IV,* 34*].*

coniuraverant in pontificem eligere. Circumpositos insuper 1159. episcopos, ne alicui electo, nisi[a] in quem Siculi secta consentiret, in[b] consecratione manus imponerent, iuramento nichilominus constrinxerunt. Postmodum iam sepe dicto patre nostro Adriano Anagniae[c] Kalendis Septembr. defuncto, Sept. 1. omnes illuc convenimus, et cum de corpore sive ibidem tumulando sive Romam deferendo non parva contentio[d] oriretur, tandem Romam corpore deportato, prius in verbo veritatis tale pactum unanimiter fecimus et scripto mandavimus, quale nunc sequitur: 'In[e] nomine Domini amen. Convenerunt episcopi, presbiteri et[f] diaconi cardinales sanctae Romanae aecclesiae et promiserunt sibi invicem in verbo veritatis, quod de electione futuri pontificis tractabunt secundum consuetudinem[g] istius aecclesiae, scilicet quod segregentur aliquae personae de eisdem fratribus, qui audiant[h] voluntatem singulorum et diligenter inquirant et fideliter describant, et, si Deus dederit, quod concorditer possint[i] convenire de aliqua persona eorundem fratrum, fiat cum bono; sin autem, tractetur[k] tunc de extranea persona, et si concorditer poterimus[l] convenire, bene, sin autem, nullus procedat sine communi consensu[m]; et hoc observetur sine fraude et malo ingenio'. Tali[n] pacto in verbo veritatis firmato, post humatum corpus in aecclesia beati Petri ad eligendum pontificem convenimus et iuxta predictam consuetudinem personas, quae singulorum voluntates diligenter inquirerent et audirent ac describerent, segregavimus. Sed cum propter conspirationem adversae partis electio lente procederet, tertia die fere[o] trans- (Sept. 7). acta, ad hoc tandem deventum est, quod XIIII cardinales ex adverso, qui sacramento constricti tenebantur, Rolandum cancellarium nominaverunt. Nos autem VIIII numero, qui nefandi iuramenti exortes eramus, venerabilem fratrem nostrum Octavianum presbiterum cardinalem, virum utique honestum et religiosum, ad regimen apostolicae sedis et ad concordiae et pacis unitatem inter aecclesiam et imperium reformandam ac conservandam dignum et utilem esse cognoscentes[p], elegimus. Cum res taliter ageretur et partem contrariam pactum, quod in verbo veritatis firmatum fuerat, penitus transgredi volentem sentiremus, pactum supradictum

a) nisi *om.* C 2. b) ut in B 2. c) Anagin. β. C 2. d) altercatio B*. e) *versus mutatus, magna littera initialis colore caeruleo picta, prima verba etiam minio distincta β; item novus versus, littera initialis minio picta C 1.* f) et *deest C.* g) suetudinem — mundo *c.* 76 *fin. des.* B 1, *deficiente quaternione XVI.* h) audiunt B 2. i) possint — concorditer *(l. 19) om.* C. k) tunc tract. β. l) possimus C. m) consilio β. n) *versus mutatus, magna littera initialis minio picta* C 1. o) fere *deest* β. p) iudicantes V.

1159. illis ad memoriam reducentes, auctoritate Dei omnipotentis et omnium sanctorum atque nostra eis penitus interdiximus, ne absque communi consensu omnium, sicut in pactione continetur, ullatenus aliquem inmantarent, et Rolandum cancellarium eadem auctoritate, ne susciperet, nichilominus pro- *hibuimus. *p. 474. Qui dum verba et ammonitiones nostras vilipenderent et Rolandum cancellarium manto induere[a] festinarent, nondum tamen illo induto, nos illorum malitiae potius contraire quam consentire volentes et quod male conabantur minime permittentes, ad petitionem populi Romani, electione universi cleri, assensu etiam totius fere senatus et omnium capitaneorum, baronum, nobilium, tam infra **Urbem**[b] quam extra Urbem habitantium, nostrum electum manto induimus et intronizatum in sede beati Petri collocavimus, inde ad palatium eiusdem, acclamante universo populo, ymnum[c] Deo decantante clero et omnibus sollempniter adimpletis, honorifice deduximus. Adversae vero partis cardinales retrocedentes, in castrum beati Petri se contulerunt
(Sept. 7-15). ibique per dies octo et amplius inclusi permanserunt. Inde postmodum per senatores educti, extra Urbem secesserunt et
(Sept. 18). XII.[d] postea die, quod a seculo non est auditum[1], in castro nomine Cisterna, inter[e] Aritiam et Terracinam, Rolandum
Sept. 20. cancellarium inmantaverunt et in sequenti dominica execraverunt[f], ac continuo mittentes nuncios per universam Italiam[g], episcopis, ne ad consecrationem nostri electi venirent, penitus dissuaserunt, minantes illis excommunicationem et depositionem
Oct. 4. in perpetuum. Qui tamen in prima dominica mensis Octobris auctoritate Dei honorifice consecratus est. Rem qualiter facta est vestrae fraternitati insinuavimus, nihil praeter veritatem adnectentes, teste eo qui falli non potest, et si angelus de caelo aliud euangelizaret[2], a veritate penitus aberraret. Verumtamen multa quae facta sunt omittentes ista prout brevius possumus vobis significamus, ne prolixiore pagina aures vestras oneraremus[h]. Haec itaque animadvertat vestra fraternitas, quam devotissime obsecramus et admonemus et modis omnibus quibus possumus exhortamur in Domino, quatinus neque per sermonem neque per epistolam

a) fest. ind. *C*. b) Urbem *deest β. B*. V.* c) hymnum *B* 2. d) XIIa. *C* 1. e) *ita β (cf. supra IV, 60, p. 299, n.* b*)*; int *C* 1; intra *rel. et edd.* f) *ita β* (exacraverunt). *C (cf. supra IV, 61, p. 302, l. 8. 303, l. 21 sq.)*; consecraverunt *rel.* g) Italiam *deest B* 2. h) oneremus, *melius B*. V.*

1) *[Ioh.* 9, 32; *supra p.* 299, *n.* 1*]*. 2) *[Galat.* 1, 8: aut angelus de coelo evangelizet vobis praeterquam quod evangelizavimus vobis*]*.

a vestro sensu moveamini, sed in veritate nobiscum firmi et immobiles permaneatis. 1159.

LXIII.[a] *Friderico*[b] *Dei gratia glorioso, illustri, magnifico et sublimi Romanorum imperatori Gregorius*[c] *Sabinensis, Hubaldus Ostiensis*[d], *Iulius Prenestinus*, Bernhardus Portuensis*[e], *Waltherus*[f] *Albanensis episcopi, Hubertus*[g] *tituli Sanctae*[h] . . ., *A.*[i, 1] *item*[k] *Priscae, Iohannes tituli Sanctorum Iohannis et Pauli, Heinricus tituli Sanctorum Nerei et Achillei, Ildebertus*[2] *tituli basilicae XII apostolorum, Iohannes tituli Sanctae Anastasiae, Bonadies*[l] *tituli Sancti Crisogoni, Albertus tituli Sancti Laurentii in Lucina et Willelmus*[m] *tituli Sancti Petri ad Vincula presbiteri, Oddo*[n] *Sancti Georii*[o, 3] *ad Velum aureum, Ro.*[4] *Sanctae Luciae in Septasolis*[p], *Iacinctus*[q] *Sanctae Mariae in Cosmidin, Oddo Sancti Nicolai in Carcere Tullii*[r], *Ardenius*[s, 5] *Sancti Theodori*[t], *Bo.*[u, 6] *Sanctorum Cosmae*[v] *et Damiani, C.*[7] *Sancti Adriani, Petrus*[w] *Sancti Eustachii et Io.*[8] *diaconi cardinales, voluntate et spiritu in Domino congregati, salutem et gloriosam de inimicis victoriam. Quanto excellentiae vestrae maior a Deo collata est et attributa potestas et quanto sublimiorem inter mortales dignitatis locum constat vos obtinere, tanto amplius imperialem convenit maiestatem, sacrosanctam Romanam aecclesiam specialem et unicam matrem vestram in omnibus honorare et ei semper et praesertim necessitatis tempore salubriter atque utiliter providere. Quid autem diebus istis in eadem aecclesia Ro-* (53).

*) Prenest. etc., *reliquis omissis, A. A*.*

a) *nulla cap. dist. A;* Epistola cardinalium ex parte Alexandri *praemittit B*.* b) F. *A. A*.* c) G. *A. A*.* d) *ita β. B*. C*1; Host. *C*2. e) Portnsis *C*1; Portensis *C*2. f) Baltherus *β.* g) Huber *β;* Hub' *C*1. h) *supplendum* Crucis. i) A. *deest spatio circiter* 7 *litterarum vacante C*1; *deest etiam B*;* A. item *des. C*2. k) *ita B*2. *C;* tituli *β (cf. Wattenbach ap. H. Kohl p.* 175, *n.* 4; *Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 391*).* l) Bo'n *β.* m) W. *β. B*.* n) Odo *β;* Ordo, r *expunct. corr.* Odo *C*1. o) *ita B*;* Georgii *β (cf. infra c.* 76*);* Gregorii *rel.* p) scola *B*.* q) Iac *β.* r) Tull *(non perscr.) β;* Tułłii *C*1. s) *ita B*;* Ard *(non perscr.) β;* Ard' *C*1; Arde *C*2. t) *ita β. B*2. *B*. C*1; Theodorici *C*2. u) *sequ. spatium vacuum, ut etiam post* C. Pe *et* Io. *C*1; Boñ. *B*.* v) Cosmi *B*2. w) *ita B*;* Pe *β. C*1; P. *C*2.

1) *Astaldus cardinalis fuit tit. S. Priscae; Hubaldus (non Hubertus) card. tit. S. Crucis laudatur.* 2) *[Rectius* Ildebrandus; *cf. infra IV,* 76; *Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 388. 391*].* 3) *[I. e. Georgii].* 4) *[Rodulfus; cf. Watterich, Vitae Pont. Rom. II,* 493; *Jaffé-Loewenfeld, Reg. pont. II, p.* 103; *Scheffer-Boichorst, 'Mitteil.' VI, p.* 637; *Kohl in transl.; Giesebrecht l. c. p.* 391*].* 5) Ardicio; *Jaffé Reg. p.* 678. *[ed.* 2. *II, p.* 103. 146*].* 6) *Boso.* 7) *Cinthius.* 8) *[Iohannes card. diac. S. Mariae in Porticu; cf. Watterich l. c.; Giesebrecht l. c. VI, p.* 388. 391*].*

1159. *mana contigerit et quam inauditum facinus ab his, quos filios reputabat, aliquantis diebus transactis fuerit perpetratum, dignum, immo dignissimum est, nos imperiali celsitudini nostris litteris aperire. Nuper siquidem cum dominus* Sept. 1. *noster bonae memoriae Adrianus papa Kalendis Septembr. apud Anagniam*[a] *debitum naturae solvisset et de terris ad caelum, de imis migrasset vocante Domino ad superna, tres falsi fratres, Octavianus scilicet et Iohannes*[b] *de Sancto* 1. Ioh. 2, 19. *Martino et Gwido Cremensis, qui a nobis quidem exierunt,* 2. Cor. 11, 14. *sed non fuerunt de nobis, transfigurantes se in angelos lucis, cum sint Satanae,* et cetera[c·1]. Et infra: *Ad haec noverit sublimis gratia vestra, quod* *[Otto]*[d] *palatinus comes, occasione de intrusione Octaviani suscepta, prefatum dominum nostrum*[e] *et nos omnes plurimum infestavit et aecclesiam Dei nisus est scindere et multipliciter absque rationabili causa turbare. Campaniam siquidem et patrimonium beati Petri cum intruso et apostatico Octaviano violenter intravit et terram ipsam studuit ei quibuscumque modis potuit*[f] *subiugare. Nos itaque et tota aecclesia Dei nobiscum maiestatem vestram suppliciter exoramus, ut tam violenta intrusione ita sicut est intellecta et diligenter inspecta, qualiter vobis ad salutem animae vestrae et hono*rem imperii super tanto negotio sit* *p. 475. *procedendum, diligenter attendatis. Considerate et advertite*[g]*, qualiter circa sacrosanctam Romanam aecclesiam et circa unicum sponsum eius dominum nostrum*[h] *Ihesum Christum, sine quo nec regnum potest aliquis obtinere terrenum nec acquirere sempiternum, oporteat vos habere, et qualiter eam ab impugnatoribus et praesertim a scismaticis et hereticis ex imperialis officio dignitatis protegere debeatis modis omnibus ac tueri. Nos siquidem vos sicut specialem defensorem et patronum aecclesiae Romanae modis omnibus honorare intendimus atque ad augmentum gloriae vestrae quibus modis possumus cum Deo aspiramus. Rogamus autem et instantius supplicamus, ut matrem vestram sanctam Romanam aecclesiam diligatis et honoretis et ad pacem et tranquillitatem ipsius quibus modis imperialem convenit excellentiam intendatis et tantam prefati invasoris atque scismatici iniquitatem nullatenus foveatis.*

a) Anagin. *β. C* 2. b) Io. *β.* c) *ita β. C* 1; etc. *C* 2. d) Otto *deest β. B* 2. *B**. e) karissimum (krm) *β. B* 2. *B**. f) *ita β. B*;* potuit *deest B* 2. *C.* g) adtendite *B**. h) dominum N. I. Christum *β;* dominum Rolandum i. Christum *B**.

1) *[Cf. supra cap.* 61, *p.* 299*]*.

LXIIII. Fridericus ancipiti malo novi[a] scismatis permotus, consilio principum decrevit[1] dare operam, ne quid exinde seu status aecclesiae seu res publica imperii detrimenti caperet. Audiens itaque utrumque electum in episcopatus ordinem consecratum, alterum ab altero excommunicationis sententia condempnatum, sine iudicio aecclesiae controversiam terminari[b] posse non putavit. Auctoritatem autem congregandi concilii exemplo antiquorum imperatorum, verbi causa Iustiniani, Theodosii, Karoli, sibi congruere putans[2] litisque decisionem legittimam esse non posse[c] nisi partibus hinc inde congregatis[d] considerans, ad citationem amborum venerabiles[e] viros et prudentes Danielem Bragensem[f] et Herimannum[g] Ferdensem episcopos dirigit cum litteris, quarum exemplar hoc est: 1159. (54).

LXV.[h] *Fridericus*[i] [3] *Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Rolando*[k] *cancellario caeterisque cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum pontificem, salutem et omne bonum. Quoniam divina preordinante clementia** *Romani imperii gubernacula suscepimus, oportet ut in omnibus viis nostris ipsius legem custodiamus, cuius munere, cuius voluntate dignitatis nostrae apicem adepti sumus. In hoc itaque sacratissimo proposito constituti, cum omnibus aecclesiis in imperio nostro constitutis debeamus patrocinari, sacrosanctae Romanae aecclesiae tanto propensius debemus providere, quanto ipsius cura et defensio a divina providentia creditur esse commissa nobis specialius. Eapropter de discordia, quae in substituendo Romanum pontificem inter vos suborta est, plurimum dolemus, timentes, ne occasione huius scismatis aecclesia Christi sanguine redempta debeat dilacerari, presertim cum robur aecclesiae foris titubare videatur, quoniam unitas ipsius scissura domestica interius dilaniatur. Ut autem huic pesti competens et Deo gratum exhibeamus*[l] (55). *(Oct. ex.)*.

*) clementia etc. (et cetera *A*), *reliquis omissis, A. A**.

a) perm. nov. scism. *A*. b) *corr. ex* terminare *A*. c) *alio atram. superscr. C*1. d) vocatis *A. A**. e) venerabilem virum et prudentem *β*. f) Prag. *B* 2. g) Herm. *β*; H. *A*; N. *A**. h) *nulla cap. dist. A*. i) F. *A. A**. k) R. *A. A**; Rul. (Ril.?) *β*. l) exhibeatis *β*; exhibeatis *mutat. in* exhibeatur, *in marg.* vel mus *C*1.

1) *[Cf. Sallust. Catil.* 29, 2: senatus decrevit, darent operam consules, ne quid res publica detrimenti caperet*]*. 2) *[Cf. infra IV*, 74*]*. 3) *Epistola edita Bouquet cont. XV, p.* 746 *sq. [de die ibi addita* (Creme X. Kal. Nov.) *cf. Constit. I, p.* 255 *sq. nr.* 184; *Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 237. *VI, p.* 390*]*.

remedium, religiosorum virorum consilio generalem curiam 1160. Ian. 13. *et conventum*[1] *in octava epiphaniae Papiae indiximus celebrandam. Ad quam evocavimus totius imperii nostri et* 1159. *aliorum regnorum, scilicet Angliae, Franciae, Ungariae, Datiae*[2], *archiepiscopos, episcopos, abbates et viros religiosos ac Deum timentes, quatinus, remoto omni seculari iudicio, hoc tam magnum aecclesiae negotium aecclesiasticarum tantum personarum sententia ita sopiatur, ut et Deo debitus exinde honor deferatur et aecclesia Romana sua integritate et iusticia non possit a quoquam privari vel status Urbis, quae caput imperii nostri est, inquietari. Proinde eruditioni vestrae mandamus et ex parte Dei omnipotentis et totius aecclesiae catholicae praecipimus, ut ad eandem curiam sive conventum veniatis, aecclesiasticarum personarum sententiam* Rom. 1, 9. *audituri et recepturi. Testis enim nobis est Deus, quia in hac curia nec amore nec odio alicuius personae quicquam aliud querimus quam honorem Dei et aecclesiae suae unitatem. Quod si ad tam celebrem aecclesiae conventum examinationis causa venire volueritis, karissimi principes nostri et*[a] *aecclesiae katholicae Herimannus Ferdensis*[b], *Daniel Bragensis patres et episcopi venerabiles, quos de palatio nostro ad vos transmisimus, una cum comite palatino, consanguineo nostro, aliisque legatis nostris, securum vobis conductum prestabunt. Si vero iusticiam Dei et aecclesiae in tam sollempni conventu recipere nolueritis, videat Deus et iudicet. Nos autem, ipsius favente gratia qui dat salutem regibus*[3], *iusticiam Dei, quae nullum magis quam imperatorem Romanum decet, prosequemur.*

(56). LXVI.[c] Porro litterae, quibus ad tantam discussionem transmontanos episcopos invitavit, *istae pro exemplo sufficiant: *p. 476.

Fridericus[d. 4] *Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus Hartmanno*[e] *Brixinensi*[f] *episcopo salutem**

*) sal. et o. bon. *des. A. A*; ubi* Quod — fuit etc., *reliquis omissis, sed spacio (trium versuum praeter finem praecedentis A) h. l. vacuo relicto.*

a) et *om. β.* b) Frédensis *C*1. c) Capitulum LXV. *A.* d) F. *A. A*.* e) H. *A;* N. *A*;* Herimanno *corr.* Hartmanno *C*1; Herimanno *C*2. f) Brex. *β.*

1) *[Cf. Watterich, Pont. Rom. Vit. II, p.* 459; *Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 236 *n. VI, p.* 390; *infra IV,* 75*].* 2) *[*Hispaniae *infra c.* 66; *cf. Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 390. 395*].* 3) *[Ps.* 143, 10: Qui das salutem regibus*].* 4) *[Constit. I, p.* 253 *sq. nr.* 182. *Fere ad verbum congruunt litterae imperatoris ad Henricum regem Angliae* in obsidione Creme quinto Kal. Novembris *(Oct.* 28*) datae, ibid. p.* 254 *sq. nr.* 183, *quas littera H signamus].*

1159. cf. Luc. 22,38.

et omne bonum. Quod in passione sua Christus duobus gladiis contentus fuit, hoc in Romana aecclesia et in imperio Romano[a] *credimus mirabili providentia declarasse, cum per haec duo rerum*[b] *capita et principia totus mundus tam in divinis quam in humanis ordinetur. Cumque unus Deus, unus papa, unus imperator sufficiat et una aecclesia Dei esse debeat, quod sine dolore* ***cordis*** [c] *dicere non possumus, duos apostolicos in Romana aecclesia habere videmur. Defuncto itaque Adriano papa in Kalendis Septembr.*[d], *car-*

Sept. 1.

dinales, qui columpnae immobiles esse videbantur, quibus sancta et universalis firmissime inniteretur aecclesia, non quae Dei sunt, sed sua querentes[1] *et unitatem aecclesiae scindentes, duos pontifices elegerunt et ambos consecraverunt. Pro tanta namque et tam perniciosa aecclesiae iactura tota nimirum Italica aecclesia conturbatur, et dissensiones, scismate*[e] *orto in capite, iam in inferiora membra defluxissent*[f] *et totum aecclesiae corpus defedassent*[f], *nisi nos consilio et auxilio religiosorum virorum, qui spiritu Dei aguntur, tam impudicae iniquitati iusticiae rigorem opposuissemus. Ne itaque in tantae discrimine discordiae universalis aecclesia periclitari possit, Romanum imperium, quod ad remedium tam perniciosi morbi divina clementia providit, universorum saluti debet sollicite providere et, ne tanta mala in aecclesia Dei premineant, futuris casibus sollerter obviare. Coadunatis itaque in unum omnibus*[g] *episcopis, tam Italicis quam Teutonicis*[h], *caeterisque principibus ac viris religiosis, qui zelum Dei et aecclesiae habere videbantur, quod*[i] *facto opus esset, diligenter investigavimus, ex decretis Romanorum pontificum et statutis aecclesiae veraciter accipientes, quod, exorto scismate in Romana aecclesia ex duorum apostolicorum dissensione*[k], *ambos vocare et secundum sententiam et consilium orthodoxorum litem decidere deberemus. Ex consilio itaque omnium qui aderant episcoporum caeterorumque principum curiam sollempnem et generalem conventum omnium aecclesiasticorum virorum in octava*[l] *epiphaniae Papiae celebrandam*

1160. Ian. 13.

indiximus, ad quam ambos qui se dicunt Romanos pontifices vocavimus[m] *omnesque episcopos imperii nostri et aliorum*

a) Romano *deest C.* b) rerum *om. β.* c) cordis *deest B* 2. *B*. C* 2. d) Septembris *C* 1. e) scismatis orte *H.* f) *ita β. B** (conmaculassent *H*); defluxisset ... defedasset *B* 2. *C.* g) *cf. Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 390, *n.* 1. h) Theut. *C* 1. i) *ita β. C* 2; quid, *melius C* 1 *(cf. H, cod. Mus. Brit.).* k) electione *H.* l) octabis *H.* m) vocabimus *C* 2.

1) *[Phil.* 2, 21: Omnes enim quae sua sunt quaerunt, non quae sunt Iesu Christi*]*.

1159. *regnorum, Franciae videlicet, Angliae, Hispaniae*[a. 1] *atque Ungariae, ut eorum in presentia nostra iusto declaretur examine, quis illorum regimen universalis aecclesiae de iure debeat obtinere. Quia vero ad unitatem aecclesiae reformandam sapientia **tua***[b] *admodum nobis necessaria est, ut ea nequaquam carere valeamus, dilectionem tuam attentissime rogamus et rogando commonemus, quatinus pro fidelitate aecclesiae et imperii ad predictam curiam, omni occasione remota, venias, ut in adventu tuo unitas et pax et tranquillitas aecclesiae reformetur; interim autem predictae scissurae in neutram partem assensum tuum declines nec tamquam iustam et rationabilem aliquatenus recipias. Data*[c] *Cremae*
Oct. 23. *X⁰.*[d] *Kal. Novembris*[e].

(57). LXVII.[f] Iam vero ad ea, quae apud Cremam gesta sunt, res exigit[2] ut revertamur. Cremenses, ut supra dictum est[3], tam in vadibus quam in captivis suis male affecti, cum ab excursibus et audatia temere[g] paulolum[h] quievissent, alio ingenio alioque[i] commento nostros fallere cogitant et subvertere. Quedam enim instrumenta fabricant, muscipulis quidem simillima[k], sed pro qualitate humani corporis fortiora, eaque per vias circaque[l] vallum dispergunt, quibus ignari multi herentes aut capi facile poterant aut occidi. Item fossas quam plurimas hinc inde desuper levi operimento contegunt, quas illapsi similiter aut capiebantur aut occidebantur. Eiusmodi[m. 4] et alii multi latrocinales doli tam ad rapinas quam ad incendia machinarum cum assidue fierent ab his qui intra munitionem erant, Fridericus et calliditate simul et audatia eorum magis irritabatur. Et quia penuria civitatem capere desperasset — habundabant enim frumento[n] —, iterum consilium ad vim atque arma convertit, omnibus agminibus id maxime cupientibus, qui iam longae obsidionis taedio affecti[o] variisque laboribus attriti, merore tenebantur bellumque quoquo

a) Ysp. *β;* Isp. *C* 1. b) *ita β. B*;* tua *om. rel.* c) Data — Novembr. *des. B**. d) *ita β. C* 1; X. *C* 2. e) *ita β. C* 1. f) Capitulum LXVI. incipit *A.* g) cenū (?) *β;* tem'ı *C* 1; temeri *C* 2; *malueris* temeraria *(cf. supra III,* 40, *p.* 214, *l.* 3 *sq.:* temeritatis atque audatiae suae). h) *ita A. β. C* 1; paulul. *C* 2. i) alioque *deest A**. k) similia *β. C.* l) *ita A. β. C (ubi* vallunt*);* circa *Wilm. Waitz.* m) Cuiusmodi *β* (cuiusque modi *Ios.*). n) in f. *A**. o) afflicti *A**.

1) *[Cf. supra c.* 65, *p.* 310, *n.* 2*].* 2) *[Cf. supra IV,* 59, *p.* 297, *n.* 2*].* 3) *C.* 56. 57. 4) Eiusmodi — cupientibus, *l.* 32, *ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 8. *conformata.*

modo finiri optabant. Sextus enim[a] iam mensis erat, ex quo civitas obsessa fuerat, hyemsque pluviosa et gelu asperrima illo anno plus solito inhorruerat[1]. 1159.

LXVIII.[b] Itaque, admotis omnibus machinis, ad occupandam civitatem hortatur exercitum, turresque[2] in excelsum erectas, ferro[c] variaque materia undique tectas, ut et pondere stabiles essent[d] neque ignibus expugnarentur, super aggeres collocat, iaculatoribus[e] et sagit- (58). 1160.
*p. 477. *tariis militumque fortissimis plenas, qui cum non conspicerentur, ipsi eos, qui vel super murum astarent vel in civitate deambularent[f], facillime cernerent telisque appeterent, cum illi neque a vertice venientes sagittas facile declinare neque ulcisci possent, quos non viderent. Quotiens autem ignito ferri pondere et adunco, quo levius hereret, machinas attemptabant, qui desuper erant aquis ignem restinguendo, uncos autem et hamos ferri contis[3] proceris et sudibus dissolvendo conatus eorum in irritum revocabant. In his enim falces alligarant, ut, si quid de materia, quae contra ictus machinarum turribus alligata fuerat, ignis corripuisset[g], statim absciderent[h]. Et Cremenses quidem ita resistebant, quamvis multi in dies singulos occumberent contraque parum mali hostibus facerent.

LXVIIII.[i] Et quoniam ad finem huius obsidionis (59).
tendimus, ad alia properantes, ultimum prelium, quod[k] et maximum, paulisper[l] attingere libet, pro eo quod et atrox et vario eventu gestum est. Imperator cernens oppidanos neque[4] se ipsos misereri neque civitati parcere velle, generalem aggressionem fieri statuit. Electis (Ian. 21).
ergo de singulis agminibus viris fortissimis, intra machinas turrium eos collocat, variis quidem locis, alios superiores, alios inferiores, ut, dum inferiores civitatem per murum ingressuri pontes applicarent, superiores eos iaculis et sagittis, quo minus ab hostibus laederentur, defenderent.

a) iam en. *A*;* iam *deest β.* b) Capitulum LXVII *A.* c) *ita etiam Ios.;* ferroque *β. B* 2. d) *ita etiam Ios.;* erant *A** 2. e) *ita etiam Ios.;* iaculatoriis *C.* f) amb. *B* 2. g) *ita β, recte, ut videtur;* corrupisset *rel.* h) *ita A. A*. β. C* 1; abscinderent *C* 2 *(Ios.).* i) Capitulum LXVIII *A, in quo numerus* LXVIIII *praetermissus.* k) quod *deest A*.* l) libet paul. att. *β.*

1) *[Cf. Sulp. Sev. V. Mart.* 3, 1*].* 2) *Totum fere caput* [turresque — facerent] *ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 10. *conformatum.* 3) *[Ad* contis — absciderent *cf. Ioseph. Bell. Iud. III,* 9*].* 4) *[Ad* neque — fortissimis, *l.* 30, *cf. Ioseph. Bell. Iud. VII,* 5*].*

1160. Erant turres ipsae nimia proceritate mirabiles, supra C pedes in altum erectae, multorum hominum per singula diversoria capaces. Reliquum exercitum circa muri ambitum distribuit, precipiens, quando pontes admoveri coepissent, ipsi quoque singuli contra quem starent locum aggredi murumque vel transcendere vel irrumpere conarentur. Ipse quidem utrimque[a] ita disposuit. Civitatis[1] autem populus, postquam oppidum undique videre circumdatum armisque omnia conlucere, tubicines quoque universorum agminum et signiferos congregatos, ut signo dato undique eos invaderent, non segniter se et ipsi communiunt magnaque audatia super muros et in suis machinis, quas gattas[2] appellant, operiuntur, ut, cum[3] admoverentur pontes, ipsi eas[b] vel occuparent vel deicerent murumque scalis ascendere nitentes vario modo deterrerent[c], magna tunc animi facinora demonstrantes, ne vel in extremis calamitatibus deteriores nostris viderentur. Iam pontes [licet[d] maxima difficultate] admotae[e] fuerant, iam tota acies in muro pedem ponebat[4]. Tum Cremenses callide se intra suas machinas occultantes, primos quidem et desubtus et supra graviter **spiculis**[f] excipiunt, posteriores autem tormentorum ictibus deterrent, acies pro muris pugnantium dissipant, et qui scalis aliisque instrumentis ascendere nitebantur, impulsi devolvebantur a muro. Sed[5] neque nostris virtus in rebus adversis nec Cremensibus sevitia defuit. Nempe unus militum nostrorum nomine Bertolfus[g] de Arrah[6], qui cum primis de ponte saltu in civitatem devenerat, circumdatus undique ab hostibus, dum pugnando[h] se fortissimum ostendisset multosque[i] solus usque ad magnam partem civitatis persecutus fuisset, a quodam retro longa securi prostratus est. Nam in[k] anteriori parte per medios ruentem universi[l] vitabant, audatiam hominis

a) ita utr. *A. A**. b) eos *C* 2; *etiam Kohl, 'Beitr.' p.* 20 *ita emendandum censet, sed cf. infra l.* 18. c) detererent *A perperam (cf. etiam infra l.* 22 *sq.).* d) *ita A. A*;* l. max. diff. *des. β. B. C; recepit Pithoeus ex A** 2. e) admoti *C;* ammote *B**. f) *ita A. A*. β;* spiculis *om. B. C.* g) Bertholf. *C;* Bertoldus *A.* h) repugnando *B* 2. i) solus m. *β.* k) in *deest A** 2. *B.* l) *hic desinit C* 1, *reliquis inde a quaternione XVIII. perditis.*

1) *[*Civitatis — conlucere, *l.* 9, *ad Ioseph. Bell. Iud. III,* 10. *conformata].* 2) *[Cf. A. Schultz, 'Das höfische Leben' ed.* 2. *II, p.* 409*].* 3) *[*cum — viderentur, *l.* 17 *sq., ex Ioseph. l c. sumpta].* 4) *[Cf. ibid.].* 5) *[*Sed — defuit *ad Ioseph. l. c. conformata].* 6) *I. e.* Urach. *[Fürstenbergisches Urkundenbuch I, p.* 64 — 65, *n.* 1. 68, *n.* 2. *Cf. tamen Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 380, *n.* 1*].*

metuentes pariter et admirantes. Quem tandem cum occidissent, unus eorum[a] crudeliter in mortuum seviens cutem capitis, **ut* dicebatur**, abstraxit et prius decentissime capillatam galeae suae affixit, ipse turpis et indecentissimus, nec viri fortitudine permotus nec humanae conditionis sortem miseratus. Alium quoque precisis manibus ac pedibus, grave ludibrium, per plateas serpere permiserunt. Porro qui murum transcendere conati sunt, quamvis[1] singillatim digni essent memoria, omnium tamen fortissimus demonstratus est Otto[b] palatii[c] comes de Baioaria, qui sepius muro repulsus sepiusque ante alios in coeptum opus revertens virtute fortitudinis suae toti[2] huic ornamento fuit calamitati. Non tamen impune nec longum **laetati**[d] Cremenses hac fortuna usi sunt. Nam de prominentia turrium nostrorum[e] diversis missilibus tot ea die vel occisi vel vulnerati sunt oppidanorum, quod[f] muro anteriore pulsi intra munitionem, quae secundo muro erat accincta[g], confugerent et tunc primo rebus suis desperarent. 1160.

LXX. Imperator videns excidium civitatis vicinum esse — iam[3] enim vires eorum et audatiam labor, metus et calamitas fregerant — concilium, quod in octava epiphaniae celebrandum fuerat[4], distulit animumque totum ad subversionem civitatis laxavit. Iam autem valida[h] *iuvenum manus[5] collapsa fuerat, multique[6] in dies singulos iaculis et sagittis occumbebant, cum, ut[i] dictum est[7], ipsi contra nichil[k] mali nostris facere possent[l]. In tantis ergo rerum angustiis consilio necessitatis adhibito Peregrini Aquilegiensis[m] aecclesiae patriarchae simulque Heinrici[n] ducis Baioariae et Saxoniae colloquium expetunt, petentibusque locus et hora datur, (60). Ian. 13. *p. 478.

*) ut dic. *desunt A. A*. β (cf. infra IV,* 84*).*

a) de illis *β.* b) Oddo *β;* O. *A. A** 1. c) *ita A* (palacii). *A** 1. *β* (palacii). *B* 2. *C* 2 *(cf. supra IV,* 49, *p.* 289, *l.* 13*);* palatinus *Waitz.* d) *ita A* (letati). *A*;* etati *β;* laetati *om. B. C.* e) *ita codd.;* nostrarum *ed. pr. (C* 2*).* f) *ita A. β, cf. Kohl, transl. p.* 185, *n.* 4; q *C* 2; quot *Wilm. Waitz.* g) cincta *β. B* 2. h) invalida *β. B* 2. i) ut *om. β.* k) nil *β.* l) potuissent *A. A*.* m) Acquil. *A*;* Aquilegen̄ *β.* n) H. *A. A** 2; N. *A** 1.

1) quamvis — demonstratus *ex Ioseph. Bell. Iud. VII,* 6. 2) *[*toti — calamitati *indidem].* 3) *[*iam — fregerant *fere ad verbum ex Ioseph. Bell. Iud. VII,* 16*].* 4) *[Cf. supra IV,* 65. 66, *p.* 310. 311*].* 5) *[Cf. Ioseph. l. c. II,* 28. *Verg. Aen. VI,* 5. *Flor. II,* 13, 33*].* 6) *[Ad* multique — possent, *l.* 27 *sq., cf. Ioseph. Bell. Iud. III,* 10; *supra c.* 68, *p.* 313, *l.* 22 *sq.].* 7) *[C.* 68*].*

1160. quando[a] sapientiores et maiores civitatis se dictorum heroum conspectui presentarent. Mane facto, designata statione cum pars utraque adesset, patriarcha, vir eruditus plurimisque [bonis[b]] virtutibus adornatus, et cui preter officii auctoritatem magna[c] facundiae gratia inerat, prior ad eos ita orsus memoratur:

(61). LXXI. ‘Si[1] quidem non viderem vos ad sentiendum quae pacis sunt[2] esse incitatos, neque populi Cremensis puriorem sincerissimamque vos partem, numquam[d] processissem ad vos neque consulere confisus essem. *Supervacua* enim, ut ait quidam[3], *est*[e] *de utilibus oratio, quando omnium* habitatorum *conspirat ad deteriora consensus.* Quia vero aliquos quidem aetas malorum belli nescios facit, quosdam vero inconsiderata spes libertatis, nonnullos quoque avaritia succendit, paucorum bonorum consilio providendum est, quemadmodum ipsi ab hoc errore corrigantur. Quod si ab initio suscepti belli provisum non est, sera saltem penitentia[4] corrigat excessum, ut qui in portu precavere tempestatem noluistis, vel inter medias procellas pro tempore rebus[f] fractis consulatis. Subeat vos[g], si non civitatis iam perditae iamque subversioni proximae, saltem miseratio filiorum vestrorum adhuc superstitum atque coniugum. Parcite reliquiis hominum, si parcere noluistis caris aditis[5] paternorum meniorum[h]! Experti feritatem Germanorum, virtutem et magnitudines corporum, ne dubitetis eos spiritus gerere maiores corporibus et animas contemptrices mortis habere. Breviter vobis quod sentio edam. Placet[i], ut victori principi colla subdatis; expedit, ut universam salutem vestram in deditione, non in armis reponatis. Si enim spreta pace in defectione perseverantes eritis, haut dubie maioribus quam passi estis periculis subdemini’.

His[6] dictis, dolorem quem corde habebant paulisper supprimentes respondent: se non adversus principem,

a) quando *om. A**. b) bonis *deest β. B. C.* c) magne *A.* d) n o n *β. B* 2 (neque *Ios.*). e) est *deest A. A**. f) fr. reb. *A. A*. β.* g) vobis *C* 2. h) moenium *C* 2. i) Placeat *B* 2.

1) Si — subdemini, *l.* 32, *ad Ioseph. Bell. Iud. II,* 16. *conformata.* 2) *[Luc.* 14, 32: quae pacis sunt*].* 3) *[Ioseph.-Rufin. l. c.:* supervacua quippe de utilibus oratio est, quando omnium auditorum conspirat ad deteriora consensus*].* 4) *[Cf. Sulp. Sev. chron. I,* 33, 4*].* 5) *[I. e. adytis, cf. Ios. l. c.].* 6) *[Ad* His — sumpsisse, *p.* 317, *l.* 1, *cf. Ios. l. c.].*

sed contra gentiles suos Cremonenses arma sumpsisse, 1160. olimque sibi decretum, neque his neque illis, sed soli Deo et imperatori servire[1] voluisse, et in multis clarere, mortem eos indebitae servituti pretulisse, foedus cum Mediolanensibus pepigisse idque, donec Deo placuerit, inviolatum custodisse. Iram se divinam pro peccatis suis perferre; fortunam imperatoris prevalere. Nam habentes armorum habundantissimum apparatum et alimentorum nullam penuriam manifestissime Deo spem salutis auferente perdidisse. Rogare autem, ne gentilibus suis Cremonensibus inimicissimis penas, sed soli principi cogantur prestare. Optare se bello finem imponere[2], virtutem imperatoris se effugere non posse.

LXXII.[a] Cognito iam nominati principes, quod (62). pacem cuperent bellique tedio affecti essent, verbum eorum curiae perferunt. Placuit; de condicionibus pacis agitur, diffinitur et sine contradictione ab oppidanis recipitur. Erat autem pactum tale, quod Cremenses civitatem dederent ipsique vita sibi indulta cum coniugibus ac liberis quovis eundi facultatem haberent, de rebus suis quantum quisque semel humeris efferre posset secum exportaret[b]; Mediolanenses vero et Brixienses, qui ad presidium eiusdem civitatis[c] intraverant, relictis ibidem armis et omnibus suis, vitam sibi pro lucro existimarent. Quibus omnibus tandem VI. Kal. Februar. completis, *Ian.* 27. ipsum castrum, egressis inde quasi XX milibus hominum diversi generis, flammis traditum et militibus ad diripiendum permissum est. Peracto excidio, divus augustus, toto exercitu iocundante, laetam victoriam acturus Papiam divertit[3]. Ubi[4] vero eum[d] appropinquare nunciatum est, omnis multitudo civitatis obvia per vias et plateas cum senibus et iuvenibus, cum coniugibus et liberis prestolabatur[e], et quo transiens divertisset, eius[f] maiestatem vultusque lenitatem omnium generum vocibus prosequebatur[g], bene meritum triumphatorem et

a) Capitulum LXXII et LXXIII. *A.* b) exportare *B* 2. c) civ. *om. β.* d) eum *om. A. A*.* e) prestolabantur *A;* prestolabuntur *A* (cf. Ios. et infra l.* 35*).* f) eiusque *B* 2. g) prosequebantur *A. A*. β. (Ios.).*

1) *[Deut.* 6, 13: Dominum Deum tuum timebis et illi soli servies*].* 2) *[Cf. Ioseph. Bell. Iud. VII,* 19*].* 3) *[Primo Laudam, sed mox d.* 3. *Febr. Papiam se contulit]. Ibi chartae datae sunt d.* 13—21. *Febr.; Stumpf nr.* 3882—3893; *sed cf. p.* 318, *n.* 3. 4) Ubi — celebravit *p.* 318, *l.* 8, *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 22. *conformata.*

1160. salutis datorem solumque dignum Romanum[a] principem appellari[b]. Tota civitas veluti templum variis ornamentis decorata erat et diversis odoribus aromaticis plena redolebat. Cum autem vix per circumstantium multitudinem ad aecclesiam venire potuisset, antequam in palatio se reciperet, omnipotenti Deo, qui dat salutem regibus[1], pro adepto triumpho vota solvit et gratulatoria
Ian. 13. sacra celebravit. Conventum quoque, quem in octava epiphaniae habendum statuerat[2], in eadem Ticinensium
Febr. 2. *civitate in purificatione sanctae Mariae decrevit peragere[3]. *p. 479.
Porro de subacta vel potius subversa Crema statim imperiales litterae per ambitum regni diriguntur in hunc modum:

(63). LXXIII.[c] *Fridericus*[d.4] *Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus. Scire credimus prudentiam vestram, quod*[e] *tantum divinae gratiae donum ad laudem et gloriam nominis Christi honori nostro tam evidenter collatum occultari vel abscondi tamquam res privata non potest. Quod ideo dilectioni vestrae ac desiderio significamus, ut sicut karissimos et fideles vos participes honoris et gaudiorum*
Ian. 26. *habeamus. Proxima siquidem die post conversionem sancti Pauli plenam victoriam de Crema nobis Deus*[f] *contulit, sicque gloriose ex ipsa triumphavimus, quod tamen*[g] *miserae genti, quae in ea fuit, vitam concessimus. Leges enim tam divinae quam humanae summam semper*[h] *clementiam in principe esse debere testantur.*

(64). LXXIIII.[i] Tempus erat, quo concilium Papiae indictum celebrandum fuerat, idque de universis regni partibus, videlicet Cisalpinis[k] et Transalpinis, in unum collecti archiepiscopi et episcopi aliique aecclesiarum prelati pendula expectatione operiebantur. Tum augustus commonens omnes ieiuniorum et orationum subsidiis aecclesiae katholicae[l] causam Deo commendari, cum

a) Romanorum *Ios.* b) appellantes *Ios.* c) *nulla cap. dist. A. A* (cf. supra ad c.* 72*).* d) F. *A. A*.* e) qui *A. A*.* f) D. nob. *A** 1; Deus *deest A** 2. g) tam *A*;* tantum *inmerito emendare voluit Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 381. h) summ. cl. in pr. semper *A. A*. β.* i) *pergit B*, rubra praemissa:* De concilio aput Papiam. k) Tr. et C. *A*.* l) *desinit B* 4.

1) *[Ps.* 143, 10: Qui das salutem regibus*].* 2) *[Cf. supra c.* 70, *p.* 315*].* 3) *Epistola praepositi Berchtesgadensis, infra c.* 82, *docet synodum usque ad diem* 5. *Februarii dilatam fuisse. W.* 4) *[Cf. litteras Eberhardo archiepiscopo Salisburgensi inscriptas, nonnullis sententiis pleniores, Constit. I, p.* 271 *sq. nr.* 192. *atque alias episcopo Gurcensi iam d. Ian.* 27. in triumpho Cremae *datas, ibid. p.* 272 *nr.* 193*].*

sacerdotibus et omni populo[a] auxilium divinum fida 1160. sanctorum intercessione poscebat. Deinde convocato in unum concilio, cum resedisset, ait ad episcopos: 'Quamvis noverim officio ac dignitate imperii penes nos esse potestatem congregandorum conciliorum, presertim in tantis aecclesiae periculis — hoc enim et Constantinus et Theodosius necnon Iustinianus seu recentioris memoriae Karolus Magnus et Otto imperatores fecisse memorantur[1] —, auctoritatem tamen diffiniendi huius maximi et summi negotii vestrae prudentiae vestraeque potestati committo. Deus enim constituit vos sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et quia in his quae ad Deum sunt non est nostrum de vobis iudicare, tales vos et taliter in hac causa hortamur habere tamquam solius Dei de vobis expectantes iudicium'. Cum haec[b] dixisset, ipse se concilio subtraxit, examen totum aecclesiae et aecclesiasticis, quae ibi innumerabiles erant, committens personis. Erant autem circiter quinquaginta archiepiscopi et episcopi; abbatum et[c] prepositorum non erat pre multitudine estimatio. Legati quoque diversarum terrarum aderant, spondentes quicquid a synodo decretum foret indubitanter[d] a suis recipiendum.

LXXV.[e] Residentibus itaque episcopis et clero (65). universo, septem diebus causa ventilata est, tandemque *(Febr. 5-11).* domno[f] Octaviano, qui cum presens advenisset et haberet qui partem suam defenderent, cessit litis victoria, et pro ipso concilium* dedit sententiam, condempnato Rolando et reprobato, qui citatus legittime concilio se presentare contumaciter abnuisse dicebatur. Sepius autem lectorem admonitum esse cupimus[2], ut in hoc facto ad disquirendam rerum veritatem non nostra dicta consulat, sed litteris et scriptis, quae ad manus nostras venerunt et huic operi inserendae visae sunt, innitatur, suo servans arbitrio, quando de hac controversia et litis decisione et[g] concilii iudicio sufficienter sibi fides facta videatur[h].

*) sive curia[3] *add. B. B*; rec. Pithoeus.*

a) populo *om. A* (A*2 pagina finita).* b) hoc *A* (h'). *A*.* c) et *om. A. A*. β.* d) se ind. *A*.* e) *nulla cap. dist. A.* f) de domino *A*.* g) conciliique *C2.* h) est *A.*

1) *[Cf. supra IV,* 64, *p.* 309, *l.* 8 *sqq.].* 2) *[Cf. supra IV,* 59, *p.* 297, *n.* 4*].* 3) *[Cf. IV,* 65, *p.* 310, *n.* 1; *IV,* 72, *p.* 318, *l.* 8: conventum; *supra praef.].*

1160. (66). LXXVI.[a] *Invictissimo et gloriosissimo domino*[b] *suo Friderico*[c] *Romanorum imperatori et semper augusto et venerabilibus patribus in* Christi nomine congregatis fratres, qui Romae sunt, basilicae beati*[d] *Petri principis apostolorum canonici, angeli magni consilii*[1] *presentiam et Spiritus sancti consolantem gratiam. Patres sanctissimi, quos Deus elegit ad consolationem merentium et delinquentium correctionem,* 1. Thess. 5, 14. *sicut ait apostolus,* corripite inquietos, consolamini pusillanimes, *intendite precibus nostris et ad dolorem nostrum leniendum consolationis manum extendite. Tanta est enim tamque*[e] *diffusa meroris nostri materia, ut, unde debeamus exordium sumere, difficulter possimus invenire. Verum, quia materia doloris est et meroris, a luctu et merore ordiri decrevimus.* Thren. 1, 12. Attendite *ergo* et videte, si est dolor sicut dolor *noster, cum videamus matrem nostram Romanam aecclesiam, quondam fulgentem, a filiis suis, immo alienis, quia mentiti sunt ei quos enutrivit et exaltavit, ipsi autem spreverunt eam*[2]*, contumeliose evisceratam et membris ex parte mutilatam, in ceno iacentem, contumeliam iacturamque suam*[f] Thren. 4, 12. *nec sentientem. Unde cum Ieremia plorante suae Hierusalem destructionem plorantes dicimus:* Non crediderunt reges terrae et universi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hostis et *inimicus per portas Hierusalem[g]. *Vere Hierusalem*[g] *erat mater nostra Romana aecclesia, quae cunctis ad se venientibus et querentibus pacem dabat. Nunc autem* *p. 480. Thren. 1, 8. *et dolentes dicimus, ut olim illa:* Peccatum peccavit *nostra* Hierusalem[g], propterea instabilis facta est. *Nec immerito* Thren. 4, 13. propter peccata prophetarum eius et iniquitates sacer- ib. 4, 14. 16. dotum eius erraverunt ceci in plateis, facies Domini di- Ps. 33, 17. visit eos. *Et vere.* Vultus *enim* Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. *Unde plurimo rubore suffundimur*[h]. *Vere peccatum peccavit hoc tempore nostra Hierusalem*[g], *invidia et odio et iniquitatibus multis, quae quia per omnia longum est enarrare, ad ostendendam Romani*[i] *pontificis electionem et causam discordiae declarandam propositum convertemus. Domno igitur*[k] *papa Adriano*

*) *Reliqua des. A (ubi sequ.* etc.*). A*.*

a) Capitutlum *(sic)* LXXV incipit *A.* b) inv. domino et glor. s. *A. A*.* c) F. *A. A*.* d) S. *C* 2. e) tam *C* 2. f) nec scientem *add. B* 2. g) Ierusalem *β.* h) suffunduntur *B* 2. i) Romanam el. *C* 2. k) ergo *β.*

1) *[Cf. Is.* 9, 6. *secundum Septuaginta].* 2) *[Is.* 1, 2: Filios enutrivi et exaltavi, ipsi autem spreverunt me*].*

felicis memoriae prima vigilia Kalendis Septembr. viam universae carnis ingresso, convenit ilico maxima multitudo, cum quibus et[a] *senatores affuerunt, quorum consilio corpus Romam delatum est. Inter cardinales vero contentione crescente, convenit tandem inter eos, ut Romam redirent et concordem electionem facerent de aliquo cardinalium. Quod si non possent, quererent extraneam personam. Quod si nec sic possent convenire, ab electione quiescerent, donec invenirent idoneum virum, quem concorditer eligere deberent. Et hoc unanimiter ab omnibus confirmatum est. Post hoc autem statim Romam redierunt. Domnus Octavianus et quidam alii accesserunt ad obsequium defuncti. Quidam vero alii premiserunt auctorem scelerum Bosonem, primogenitum Sathanae, ut munitionem beati Petri occuparet, cuius custodes fidelitatem ei iuraverant domno papa Adriano vivente, eumque postea subsequentes eandem munitionem conscenderunt. Domnus autem Tusculanus palatium ascendit. Domnus Octavianus et domnus*[b] *Rolandus*[c] *cancellarius ad domos nostras venerunt et quidam alii. Vocati autem isti ab illis, qui munitionem observabant, responderunt se numquam ascensuros in munitionem, Bosonem verentes, ne, sicut eis relatum fuerat, a iuratis Bosonis caperentur. Et domnus cancellarius: 'Vadam', inquit, 'et eos ad vos descendere faciam'. Ivit cum eo diaconus de Carcere*[1]*, nec redierunt, et sic per biduum de loco, ubi electionem facerent, convenire nequiverunt. Tandem die sabbati descendentibus illis de munitione, ascenderunt omnes post altare beati Petri et coeperunt de electione tractare. Cumque convenire non possent, dixerunt isti, qui concordiam et pacem aecclesiae desiderabant: 'Date nobis electionem, et eligemus unum de vobis, aut habeatis vos electionem, et eligite quem vultis de nobis unum'; et noluerunt. Surrexit tandem velut iratus Oddo*[d] *diaconus Sancti Georii*[e. 2] *et Aldebaldus*[f. 3] *Crassus cardinalis Sanctorum Apostolorum et Iohannes Neapolitanus, et accepto manto voluerunt inmantare domnum Rolandum*[c] *cancellarium, sed saniore et meliori*[g] *parte cardinalium ex parte Dei omnipotentis et*

1159. Sept. 1.

Sept. 5.

a) etiam *B**. b) domn. *deest B* 2. c) Rul. *β*. d) *ita β (cf. supra cap.* 63, *p.* 307, *l.* 13*)*; Otto *C* 2. e) *ita B*. C* 2; Georgii *β (cf. supra p.* 307, *l.* 13*)*. f) *ita β. B**; Adebaldus *C* 2. g) meliore *B**.

1) *[Oddo card. diac. S. Nicolai in carcere Tulliano; cf. supra IV,* 63, *p.* 307*]*. 2) *[Cf. supra IV,* 63, *p.* 307, *n.* 3*]*. 3) *Ildebrandus alias vocatur; Jaffé p.* 677 *[ed.* 2. *II, p.* 102. 145*]. W. [cf. supra cap.* 63, *p.* 307, *n.* 2*]*.

1159. *beatorum principum apostolorum Petri et Pauli atque totius aecclesiae auctoritate prohibente non potuerunt. Facta autem hac prohibitione, iterum eum inmantare attemptaverunt, nec potuerunt, et cancellarium cum manto nullo modo tetigerunt; per eos tamen non stetit, quin inmantaretur. Caeterum clerus Romanus, qui in aecclesia beati Petri pro electione summi pontificis convenerat, audito clamore, cucurrerunt, circumdantes domnum Oddonem*[1], *qui erat cum cardinalibus iuxta altare beati Petri, et clamaverunt omnes dicentes: 'Domnum Octavianum eligite, per quem solum aecclesia pacem potest habere'! Tunc petitione populi Romani et electione totius cleri, consentiente et desiderante universo capitulo basilicae beati Petri, domnus Octavianus cardinalis a saniori parte cardinalium electus est et manto indutus ac in sede beati Petri positus absque omni contradictione, cantantibus omnibus 'Te Deum laudamus' in iubilo. Deinde, sicut mos est, domni cardinales et*[a] *clerus Romanus totus, qui presens erat et qui postea confluxerat, populique Romani pars maxima pedes eius osculati sunt. Quod videns domnus Rolandus*[b] *cancellarius*[c] *et qui ei, sicut dicebatur, iuramento erant astricti, nec reclamaverunt*[d] *nec aliquo modo contradixerunt, sed inclinato capite*[2] *redeuntes munitionem quasi spe sua frustrati conscenderunt. Tunc domni cardinales, clerus, iudices, scrinarii, senatores, populus Romanus domnum electum, signis bandonis*[e] *precedentibus, ad palatium usque cum iocunditate perduxerunt, Romano more clamantes: 'Papa Victore santo Petru*[f] *lo lege'*[g]. *In crastinum autem quidam de clero Romano ascenderunt munitionem, et osculata manu domni*[h] **cancellarii, coeperunt eum et qui cum eo erant* *p. 481.
*rogare, ut paci aecclesiae provideret. Quidam autem de diaconibus curiae respondit eis velut indignans: 'Heri pedes *[domni]**[i] *Octaviani, qui fratrem suum domnum cancellarium exuit manto et se induit, estis osculati et modo venitis ad nos?' Et domnus cancellarius: 'Noli', ait, 'domne cardinalis, dicere quod verum non est. Domnus Octavianus numquam exuit me *[manto]**[k], *quia numquam indutus fui'. Sicque per totam ebdomadam illam domno cancellario et suis in*

a) et *om. β.* b) Rul. *β.* c) cancellarius *deest β.* d) clam. *C* 2. e) *cf. infra c.* 77. 80 (cum bandis et aliis papalibus insignibus); *Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 388. 392. et bandoris *emendandum putavit.* f) Petro *B*.* g) *ita codd., quod nimis audacter Pithoeus correxit:* s. Pietro l'elegge. h) Rolandi *add. B*.* i) domni *deest β. B* 2. k) manto *deest β. B* 2.

1) *[Immo Octavianum, ut videtur; cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 231. *VI, p.* 392 *sq.].* 2) *[Cf. Iudith* 15, 2*].*

aecclesia beati Petri morantibus, nono die descendentes Trans- 1159. *(Sept.* 15-16*). tyberim, eo die et altero commorantes, undecimo exierunt et* *(Sept.* 17*). pervenerunt ad cisternam*[1] *Neronis, in qua latuit Nero fugiens Romanos insequentes. Iuste cisternam adierunt, quia* dereliquerunt fontem aquae vivae et foderunt sibi *Ier.* 2, 13. cisternas, cisternas[a] dissipatas, quae continere non valent aquas. *Et ibi die altero, qui duodecimus erat ab electione* *(Sept.* 18*). domni Victoris, induerunt cancellarium stolam et pallium erroris in destructionem et confusionem aecclesiae ibique primum cantabant 'Te Deum laudamus'. Quis vestrum, o sanctissimi patres, audivit talia? Quantum in eis est, biceps hodie facta est Romana aecclesia. Nunc tacendum nobis est, ut domnus Otto palatinus*[b] *comes et domnus Gwido comes de Blandera*[c] *et domnus Heribertus prepositus*[2]*, viri prudentissimi, imperatoriae maiestatis legati, vicem accipiant referendi, quid in domno cancellario et suis reppererint. Qui cum nota retulerint domni episcopi*[3]*, domni imperatoris legati, quid hinc inde humilitatis et veritatis cognoverint, plenius poterunt enodare. In Urbe quoque cum Romanus clerus ad aecclesiam beati Petri ipsis presentibus conveniret, quid de facto isto persenserint, quoniam presentes esse credimus, referant ipsi, et ad hoc comprobandum duos de fratribus nostris, Petrum Christianum aecclesiae nostrae decanum et Petrum Gwidonis camerarium sanctae Romanae aecclesiae subdiaconum, sanctitati vestrae transmittimus, ut de his omnibus veritatis testimonium etiam*[d] *viva voce perhibeant. In cena Domini nostri*[e]*, in qua redemptionis humanae sacramenta peregit, duos gladios apostoli se habere professi sunt, quos et vos habetis; quid in eis et per eos agere debeatis, nullus vestrum ignorat. Ibi dictum est a Christo:* Satis est. *Et*[f] *nos, qui Christi vestigia sequi* *Luc.* 22, 38. *debemus, vobis dominis nostris dicimus, huic operi finem facientes: 'Satis est'. Omnipotentis sapientia Patris, qui novit et potest unire vota et voluntates omnium, doceat vos omnes et uniat*[g] *ad confusionem Babylonicam destruendam et simoniam de aecclesia propellendam et pacem toti mundo desiderabilem*[h] *in integrum reformandam!*

a) cisternas *om. β.* b) palat *non perscript. β.* c) *ita β. B*. C* 2. d) et *β.* e) estis *omnes codd.;* nostri *emend. Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 393. f) Et n. *om. β.* g) iuuat *β;* iuvat *B* 2. h) *pergit B* 1 *(cf. supra p.* 305, *n.* g*).*

1) *[Cf. supra IV,* 60. 62, *p.* 299, *n.* b. 306*].* 2) *Aquensis [cf. supra IV,* 49, *p.* 289*].* 3) *[Ista, nisi depravata, certe satis perplexe dicta. Cf. infra c.* 80, *p.* 333*].*

1160. (67). LXXVII.[a] Actio concilii, quae verbis simplicibus in scriptum redacta, item ponenda videbatur:

Haec sunt capitula, quae in concilio Papiae super electione*[b] *domni papae Victoris canonice probata sunt. Domnus Octavianus et nemo alius Romae in aecclesia beati Petri petitione populi et consensu ac desiderio cleri a*[c] *cardinalibus manto sollempniter*[d] *est indutus et presente cancellario et non contradicente in kathedra*[e] *beati Petri collocatus est, et a cardinalibus et clero Romano 'Te Deum laudamus' sollempniter ei cantatum est et nomen ei Victor impositum est. Ibi multitudo cleri et populi Romani venit ad pedes eius. Tunc scriniarius secundum antiquam Romanorum consuetudinem ascendens in altum voce magna clamavit ad populum, dicens: 'Audite, cives Romani et coetus*
1159. *rei publicae! Secunda*[1] *feria pater noster Adrianus mortuus*
Sept. 5. *est, et proximo sequenti sabbato*[2] *domnus Octavianus cardinalis Sanctae Ceciliae in Romanum pontificem electus et inmantatus est et in kathedra beati Petri collocatus est et papa Victor est nominatus. Placet vobis?' Respondit magna voce clerus et populus: 'Placet'. Secunda et tercia vice interrogatus populus, si placeret, clara voce respondit: 'Placet'. Deinde cum bandis et aliis papalibus insignibus domnus papa cum laudibus in palatium deductus est. His itaque rite peractis, capitulum beati Petri statim venit ad pedes eiusdem papae Victoris et obedivit*[f] *ac debitam ei*[g] *reverentiam exhibuit, clerus et populus, multitudo magna, similiter obedivit. Sequenti vero die proxima rectores cleri Romani accedentes ad domnum cancellarium et ad cardinales, qui cum eo erant, voluerunt cognoscere, si inmantatus esset, sicut quidam dicebant, et non invenerunt eum inmantatum neque aliqua dignitatis specie variatum, et habito cum eo et cardinalibus suis colloquio cognoverunt ab ore eius et suorum, quod numquam fuerit inmantatus et quod ei*[h] *hoc falso imponebatur. Quo audito et cognito, rectores ad pedes domni papae Victoris venerunt et obedientiam et reverentiam exhi-*

*) *Reliqua om. A. A*.*

a) *praecedit signum novi cap. minio pictum et in marg.* LXXVI. *A, ubi numerus* LXXVII. *praetermissus.* b) *ita β. B*;* electionem *C* 2. c) ac *B. B*;* cardinalium *B* 2. d) ind. e. solenniter *C* 2. e) kathedram *β. B* 1, *sed cf. infra l.* 18. f) obediunt *β.* g) ei *deest B* 2; rev. ei *B**. h) hoc ei *C* 2.

1) *[Cf. Wattenbach ad transl. Horstii Kohl, p.* 197, *n.* 1*].*
2) *[Immo demum Sept.* 7, *feria secunda].*

*p. 482. *buerunt. — *De omnibus supradictis capitulis testes fuerunt Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri et omnes fratres eius et duo rectores cleri Romani, Blasius*[a] *scilicet presbiter et Manerius*[b] *presbiter, et VII archipresbiteri Romanae urbis et IIII*[c] *alii tam diacones quam subdiacones. Deinde prior Lateranensis et sui canonici obedierunt. Clerici de patriarchia Sanctae Mariae maioris obedierunt. Abbas de patriarchia Sancti Pauli per suos nuncios obedivit*[d] *et in signum obedientiae de*[e] *bonis aecclesiae suae illi misit. Abbas de patriarchia Sancti Laurentii cum suis monachis obedit*[f]*. Abbas Cirengii obedit. Abbas Sancti Silvestri cum suis monachis obedit. Abbas Sancti Alexii in monte Aventino cum suis monachis obedit. Abbas Sancti Blasii cum suis monachis*[g] *obedit. Conventus Sanctae Sabinae*[h] *obedit. Conventus Sanctae Mariae in Capitolio obedit. Conventus monachorum*[i] *Sanctorum Cosmae et Damiani obedit. Abbas Sancti Valentini obedit. Magister fratrum templi Hierosolimitani*[k] *in monte Aventino cum suis*[l] *fratribus*[m] *obedit. Cardinalia*[n] *Sancti Marcelli obedit. Clerici de cardinalia Sanctorum Apostolorum obediunt. Clerici de cardinalia Sancti Petri ad Vincula obediunt. Clerici de cardinalia Sancti Silvestri obediunt. Clerici de cardinalia Sancti Syxti*[o] *obediunt. Clerici de cardinalia Sanctae Sabinae obediunt. Clerici de cardinalia Sanctae Sabilinae*[p. 1] *obediunt. Cardinalia Sancti Cyriaci apud thermas Diocletiani obedit. Clerici de cardinalia Sanctae Mariae trans Tyberim*[q] *obediunt*[r]*. Clerici de cardinalia Sanctae Mariae in Porticu obediunt*[s]*. Clerici de cardinalia Sancti Nycolai*[t] *in Carcere obediunt. Monasterium Sanctae Agathae obedit. Archipresbiter Sancti Apollinaris obedit. Archipresbiter Sancti Triphi*[u. 2] *obedit. Archipresbiter Sancti Bartholomei obedit. Aecclesia Sancti Celsi obedit. Aecclesia Sanctae Mariae in Monasterio obedit. Aecclesia Sanctae Mariae in Palaria obedit. Aecclesia Sancti Salvatoris de Curte*[v] *obedit. Archipresbiter Sancti Vincentii cum suis obedit.* 1160.

a) Basilius *B* (cf. infra IV,* 80*).* b) Martinus *β.* c) IIIIor *β.* d) obediunt *β.* e) de — Abbas Cirengii obedit *(l.* 11*) om. β.* f) *ita h. l. B* 1; obedivit *C* 2, *et ita semper; β (ubi ista verba om.) plerumque* obediunt, *nonnumquam* obedierunt, *tum* obed. *vel* ob *(semel* ōb*); rel. plerumque* obed. *vel* o. g) monachis *deest β. B* 2. h) Sabee *β;* Conv. S. Sabeę et S. Marie in Capitolio obediunt *B*, qui ita saepius duo nomina coniunxit.* i) monach. *deest B.* k) Iherosolomitani *β.* l) suis *deest β.* m) fratr. *deest B. B*.* n) clerici de cardinalia S. Marcelli et cl. apost. et de card. *etc. B*.* o) Sixti *β. C* 2. p) *ita codd.* q) transtiberim *β.* r) obediverunt *C* 2, *et ita post.* s) *ita h. l. B* 1. t) Nic. *β. C* 2. u) *ita codd.* v) cum suis *add. B*.*

1) *[*Balbinae *corrigi oportere vidit Giesebrecht].* 2) *[*Tryphonis *legendum esse animadvertit Giesebrecht].*

1160. *Archipresbiter Sanctae Catarinae*[a] *cum*[b] *suis obedit. Archipresbiter*[c] *Sancti Thomae de Parrione obedit. Archipresbiter Sanctae Anastasiae*[d] *cum*[e] *suis obedit. Archipresbiter Sancti Salvatoris de Campo cum suis obedit. Archipresbiter Sanctae Mariae in monte Celso cum suis obedit. Et multae aliae aecclesiae et monasteria obedierunt*[f], *quas vix enumerare valemus.*

Post promotionem domni Victoris canonici beati Petri miserunt ad Rolandum cancellarium canonicos suos, qui viderent, an esset inmantatus, sicut quidam credebant, aut aliquo modo promotus. Unde bis missi inquisitores bis retulerunt eum non esse inmantatum nec aliqua promotionis (Sept. 8). *spetie variatum. Sequenti vero die, ut omnis dubitatio tolleretur, miserunt canonici quosdam de suis, ut mensae*[g] *cardinalium, qui inerant*[h], *interessent et viderent, si saltem in mensa locum digniorem solito obtineret aut etiam benedicendo mensam primus esset vel aliquo modo inter cardinales loco vel dignitate seu veste dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo senserunt eum promotum vel mutatum: atque in hunc modum perscrutati sunt canonici statum cancellarii per singulos continuos VIII*[i] *dies.*

**Basso et Iohannes de Romano dicunt: 'Postquam cancellarius, sedente domno Victore in kathedra, in munitionem*[k] *se*[l] *recepit, Iohannes Phizutus clericus et Iohannes de Bucca-Lata laicus voluerunt inmantare cancellarium. Qui cum iniuria reppulit eos, dicens: "De me non facietis ridiculum; ibi est papa, ite ad eum et obedite ei!" — Presbiter Blasius et presbiter Magnerius*[m], *rectores cleri*[n] *Romani, dicunt se cum tribus aliis rectoribus cleri sequenti die post promotionem domni Victoris accessisse ad cancellarium et ad omnes cardinales qui cum eo erant, et non viderunt eum inmantatum nec aliquo modo promotum, et antequam discessissent, audierunt duabus vicibus ab ore cancellarii, quod nec erat nec fuit inmantatus; in presentia etiam ipsorum rectorum et*[o] *in presentia eorum*[p] *qui ibi erant testificatus est Otto cardinalis de Carcere, quod domnus Octavianus nullam violentiam vel iniuriam intulit cancellario. Item dixit Otto: 'Pro nichilo ascribitur hec*[q] *iniuria domno cancellario, quia* *p. 483.

a) Chat. *β*. b) cum suis *des. B. B**. c) A. S. Th. de P. o. *infra post* A. S. Salv. de C. *(l. 4) ponit B* 1. d) Anastasii *B**. e) ob. c. s. *B* 1. f) *ita h. l. B* 1. g) ut inde se cardinales *B* 1; ut inde se cardinalium *B* 2. h) intererant *C* 2. i) *ita β. B*;* octo *C* 2; novem *B (sed cf. infra IV, 79, p.* 330, *l.* 30*)*. k) municōn *β;* munitione *B* 1. l) se rec. *om. β*. m) Manerius *C* 2. n) cleri *deest C* 2. o) et in pres. eor. *des. C* 2. p) eorum *om. β*. q) hoc dom. canc. *C* 2.

1160. *nullus ei mantum abstulit, quia numquam habuit'. His omnibus ita peractis et cognitis, rectores isti iverunt ad domnum Victorem et obedientiam ei fecerunt et preceperunt clero, ut ei obediret. Quod et factum est.*

Presbiter Barro et presbiter Iohannes, capellani de cardinalia cancellarii, dixerunt se sequenti die post promotionem (Sept. 8). *domni Victoris ad cancellarium accessisse et dixisse ad eum sic: 'Audientes vos esse inmantatum gaudebamus, et nunc, quia aliter videmus, dolemus'. Qui dixit eis: 'Pro me nolite gaudere vel dolere, quia ego nec fui nec sum inmantatus; ite et*[a] *obedite ei, quem videtis inmantatum'. Haec verba taliter ab ore cancellarii processisse commisit*[b] *presbiter Barro et presbiter Iohannes quibusdam ex nostris clericis presentibus, ut iurent in animabus eorum ita verum esse —. Clerici de cardinalia Sancti Chrisogoni*[c] *dixerunt se sequenti die post promotionem domni Victoris accessisse ad cardinalem suum, qui erat cum cancellario, et interrogasse eum, dicentes: 'Omnes clerici vadunt ad pedes domni papae; quid faciemus et nos'? Qui respondit: 'Ite ad eum sicut alii'.*

Multi ex nostris dicunt vidisse[d] *cancellarium*[e] *XI. die* 1159. (Sept. 17). *ab Urbe exisse sine manto, sine stola, sine albo equo et sine omni habitus mutatione*[f]*, cum pellibus nigro pallio coopertis et cum nigro almutio, usque ad Cisternam. — Iohannes de Romano dicit se audivisse Iohannem Neapolitanum et Bonandiem*[g] *et quosdam alios cardinales dicentes apud Cisternam: 'Quoniam modo sumus sine*[h] *pastore et sine capite, faciamus nobis dominum', et postea inmantaverunt eum et cantaverunt ei 'Te Deum laudamus' apud Cisternam. — Iohannes de Sancto Stephano et Wolframmus*[i] *dicunt se audivisse, quod papa Adrianus dixit ad eos, cum de Urbe exiret: 'Octavianus', inquit, 'quem ego misi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenses; sed ego mandavi Mediolanensibus, ut non curent de eo, sed fortiter se habeant tam ipsi quam Brixienses contra imperatorem, et ego cum eis disposui, quod imperator propter eorum impedimenta non poterit Romam venire'. Item: 'Etiam cum cardinalibus ita disposui, quod Octavianus non erit papa post mortem meam'. — Gimundus*[k] *et Wolframmus*[l] *dicunt se audisse*[m] *ab ore episcopi Sabinensis, quod libenter rediret ad domnum*

a) *ita β. B*1. *C*2 *(cf. infra IV,* 80, *p.* 332, *l.* 21, *etiam supra p.* 326, *l.* 27*);* et *deest Wilm. Waitz.* b) compromisit *β;* promisit *B*1. *B**. c) Crisogoni *β. C*2. d) *ita codd.; excidisse videtur* se. e) dominum canc. *β.* f) munitione *C*2. g) Bonādiem (Bonamdiem?) *β.* h) absque *B**. i) *ita B*1; Wolferāǫ *β;* Wolfer. *B*;* Bolframmus *B*2; Wolferaminus *C*2. k) Chimundus *β;* Grimundus *B**. l) Golferammus *β;* Golframmus *B*2. *B*;* Wolferaminus *C*2. m) audivisse *C*2.

1160. *Victorem, sed ita adiuratione est*[a] *astrictus, quod sine periurio non potest. Episcopus Aletrinus in presentia domni Gwidonis*[b] *Cremensis*[c] *cardinalis et Gimundi*[d] *et Iohannis Gaietani et aliorum multorum dixit: 'Non possum ad domnum Victorem venire, quia talem securitatem feci cancellario et suis aput Anagniam*[e], *quod non possum ad eos venire*
1159. Oct. 1. *usque ad Kalendas, post*[f] *Kalendas autem veniam. Interim tamen habeo eum pro domino et pastore meo'. Itaque, Kalendis transactis, cum infirmitate teneretur, misit domno Victori obedientiam per clericum quendam, quem*[g] *habemus presentem.*

De omnibus supradictis capitulis testimonium perhibuerunt predicti rectores cleri Romani et VII archipresbiteri supra memorati[1] *et alii multi honesti et religiosi clerici Romani et Petrus Urbis prefectus et Stephanus de Tebaldo*[h] *et Stephanus Nortmannus*[i] *et Iohannes de Sancto *Stephano et Iohannes Gaietanus et Wolframmus*[k] *de Gidocicca*[l] *et Gimundus de domo Petri Leonis et multi*[m] *alii illustres Romani et nobilissimi, qui omnibus his interfuerunt et omnia viderunt et tractaverunt.* *p. 484.

(68). LXXVIII. Confirmato et recepto **taliter**[n] in papatu Victore, defertur ad principem sacerdotalis concilii[o] sententia. Qua venerabiliter suscepta et approbata, Victor ad aecclesiam vocatur et magna sollempnitate et frequentia cleri ac populi suscipitur, ipsique ut summo pontifici et universali papae adclamatur. Divus[p] quoque imperator consuetam ei reverentiam et* stratoris officium sicut Constantinus beato Silvestro humiliter pro foribus aecclesiae[q] exhibuit[2], et manu eius accepta usque ad sedem deduxit et intronizavit. De[r] reliquis, quae ibidem acta sunt, exemplaria litterarum subnotata consule:

(69). LXXVIIII. *Fridericus*[s·3] *Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus dilectissimo suo Eberhardo*[t]

*) et strat. offic. *des.* *C*2.

a) *ita β. C* 2; astr. e. *B* 1. *Wilm. Waitz.* b) Guid. *C* 2. c) Cremonen̄ *β perperam.* d) Gwimundi *B*.* e) Anaginam *β. C* 2. f) et p. *B* 1. g) quem hab. pr. *des. B*.* h) Thebaldo *B* 1. i) Norm. *β. C* 2 *(cf. infra IV,* 80, *p.* 332, *n.* m*).* k) Golferammus *β;* Golframmus *B* 2; Wolferamnius *C* 2. l) *ita β* (gidocicta?). *B*;* Gidoccicca *C* 2; Gidocica *B* 1. *Wilm. Waitz.* m) al. mult. *B* 1. n) taliter *deest A. A*. β.* o) concilii *deest A.* p) Imperator quoque cons. *β.* q) exh. eccl. *A. A*.* r) *nov. cap. inc. β.* s) F. *A. A*.* t) E. *A;* F. *A** 2. *V, corr.* E. *A** 1.

1) *[Cf. supra p.* 325*].* 2) *[Cf. infra c.* 80, *p.* 334*].* 3) *Exstat in cod. Vindobonensi [iam saepius laudato necnon in cod. Hannoverano XI,* 671. *saec. XVI., cf. Constit. I, p.* 263 *sqq. nr.* 189*].*

1160. *venerabili Salzburgensi*[a] *archiepiscopo et suffraganeis eius, Adilberto*[b] *Frisingensi episcopo*[c], *Hartmanno*[d] *Brixinensi*[e] *et Romano*[f] *Gurcensi*[g] *totique provinciae*[h] *Salzburgensi*[i].* *gratiam suam et omne bonum. Si sacro concilio Papiae celebrato*[k] *interfuissetis, omnia**, *quae ibidem vel in Romana aecclesia facta sunt, oculata fide cognoscere possetis. Ne autem ab his, qui pravis delationibus et mendatiis iam totum*[l] *fere orbem resperserunt, veritas possit obnubilari vel vestra sinceritas trahi in contrarium, quanto brevius possumus seriem totius rei sine aliqua falsitatis commixtione mera veritate vobis significare dignum duximus. Luce clarius constat, quod papa Adriano adhuc vivente Rolandus*[m] *cancellarius et quidam cardinales, non adtendentes illud dominicum:* Sit sermo vester: est est, non non, *conspiratione* (*Matth.* 5, 37.) *facta cum Wilhelmo*[n] *Siculo, prius ab eis excommunicato, et cum' caeteris hostibus imperii, Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis, ne forte per mortem papae Adriani tam iniqua factio evanesceret, iuramenti vinculo invicem sese constrinxerunt, ut, defuncto papa, nullus alius ei*[o] *substitueretur, nisi qui in eadem conspiratione cum eis convenisset. Hac de causa XII. die post electionem domni Victoris papae,* (*Sept.* 18). *eo sedente in sede beati Petri, iam dicti conspiratores egressi ab Urbe ad cisternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viventium*[1], *se contulerunt et ydolum sibi Rolandum*[m] *cancellarium erexerunt, dicentes hunc esse Symonem Petrum, qui apostolicae dignitatis apicem tam nefaria invasione attingere presumebat*[p]. *Quod haec conspiratio facta*[q] *fuerit et ille iam dictus Rolandus*[r] *per eam hoc modo intraverit*[s], *non est ficticium, sed religiosis viris ab illo qui manifesta*[t] *facit consilia cordium*[2] *mirabiliter est declaratum. Dum haec Romae agerentur et nos, quid super tanto scismate agendum esset, viros religiosos, archiepiscopos videlicet*

*) Saltzb. Si sacro — inter (int'), *ceteris omissis A;* Salzb. Si sacro — omnia *A*, ceteris omissis.*

a) Saltzb. *A. C* 2; Salczeb. *A*;* Saltzpurg. *β;* Salzp. *B*. V.* b) *ita β. B* 1. *B*;* Alberto *C* 2; A. *A. A*. V.* c) episcopo *deest V.* d) H. *A. A*. V.* e) *ita recte β* (Brixin'). *C* 2 *(cf. etiam supra IV,* 66, *p.* 310, *l.* 33*);* Brixiensi *A. A*. B*1. f) R. *A. A*. V.* g) *corr.* Gurzensi *B* 1; Curzensi *B*.* — venerabilibus episcopis *add. V.* h) ecclesie *V.* i) Saltzb. *A. β; cf. n.* a. k) celebr. *deest C* 2. l) fere tot. *C* 2. m) Rul. *β;* R. *V semper.* n) Will'mo *β;* Willeh. *B* 1; Willih. *B*.* o) ei *deest V.* p) presumebant *β. B;* presumebat̄ *B*.* q) facta *deest B* 1. r) Rul. *β;* Rŏlandus *B* 1. s) intraverat *B.* t) fac. man. *C* 2.

1) *[Ier.* 17, 13: dereliquerunt venam aquarum viventium*].*
2) *[*1. *Cor.* 4, 5: et manifestabit consilia cordium*].*

1160. *et*[a] *episcopos, consultaremus, supervenerunt quasi missi a Deo Tarentasinus archiepiscopus*[1], *abbas Clarevallensis*[2], *abbas Moremundensis*[3] *et alii abbates numero decem, postulantes pacem Mediolanensibus*[b]*: qui, recepto a nobis verbo*[c], *dum Mediolanum*[d] *pro investiganda eorum voluntate redirent*[e], *acceperunt ab eis tale responsum: 'Domni patres, nos tenemur astricti iuramento domno papae*[f] *et cardinalibus, quod non debeamus redire ad gratiam imperatoris sine eorum voluntate, et ipsi econtra sine nostra voluntate nullam pacem facere possunt'. Responderunt eis*[g] *abbates: 'Vos de caetero non tenemini domno papae, quia mortuus est'; et illi statim subiunxerunt: 'Si mortuus est papa, nos ideo non sumus absoluti, quia nichilominus tenemur cardinalibus et ipsi tenentur nobis'. Haec predicti patres abbates*[h] *in responsis a Mediolanensibus accepisse*[i] *testificati sunt coram multis religiosis viris. Preter haec multa experimenta factae conspirationis per litteras in via deprehensas accepimus, sicut nuncius iste plenius vidit et audivit. Sane ex concilio*[k] *orthodoxorum, sicut alia vice*[4] *meminimus vobis mandasse, generalem conventum religiosorum Papiae indiximus, ad quem ambos, qui se dixerunt Romanos pontifices, non ad iudicium seculare, sicut ora mendacium astruunt, sed ad examen aecclesiae per duos venerabiles episcopos, Ferdensem*[l] *videlicet*[m] *et Bragensem*[n], *convocavimus. Alter vero*[o], *eo quod puriorem haberet conscientiam, domnus Victor videlicet, iudicio aecclesiae ultro se obtulit, altero, videlicet Rolando*[p], *contumaciter renitente et dicente, quia, cum ipse omnes deberet iudicare, ipse a nullo vellet iudicari. Habito itaque venerabili concilio, in quo patriarcha Aquilegensis*[q] *et multi *archiepiscopi et episcopi religiosi convenerant, per VIII continuos dies maxima gravitate, diligentissima examinatione,* *p. 485. *semota omni laica*[r] *persona, tractatum est, quis ex duobus summi pontificatus apicem de iure deberet obtinere. Post longam itaque deliberationem, quia illa nefandissima conspiratio Deo et aecclesiae admodum odibilis manifestis inditiis non solum probata, verum in facie totius aecclesiae*

a) et *om. β.* b) Mediolañ *β.* c) pacis *supplendum videtur, cf. Constit. l. c.* d) *ita B*? C 2;* ad Mediolanum *V;* Mediolan *β;* Mediolanenses *B.* e) *ita β. C 2. V;* adirent *B. B*.* f) papa *B 1.* g) ei *B.* h) abbates *deest V.* i) accep. *om. C 2.* k) consilio *recte V (cf. etiam supra IV, 66, p. 311, l. 17 sqq. 32), sed error iam in archetypum irrepsisse videtur.* l) Fardensem *β. V.* m) scilicet *β.* n) Pr. *C 2. V.* o) eorum *add. V.* p) Rul. *β.* q) Aquileiensis *C 2. V.* r) laicali *B.*

1) *[Petrus].* 2) *[Fastradus].* 3) *[Aliprandus, abbas monasterii Morimond in dioec. Langres potius quam abbas mon. Morimondo prope Mediolanum intellegi videtur].* 4) *[Cf. supra cap. 66].*

coram positae[a] *revelata est et in domno Victore nichil reprehensibile inventum est, nisi quod pauciores numero cardinales, omnino a conspiratione illa exortes, eum pro bono pacis inter regnum et sacerdotium conciliando elegerunt,* *[et]*[b] *invocata sancti Spiritus gratia, aecclesia Dei Rolandum*[c] *cancellarium conspiratorem et scismaticum, discordias et lites et periurgia*[d] *bona esse euangelizantem, condempnavit et domnum Victorem papam in patrem spiritalem*[e] *et universalem pontificem confirmavit. Quem nos aecclesia duce secuti approbamus et universalis aecclesiae patrem et rectorem, cooperante divina clementia, fore denunciamus. Hoc itaque factum, divinis suffultum presidiis et in apostolica stabilitate supra petram, Christum videlicet, firmiter fundatum, a vestra beatitudine pro pace totius aecclesiae et salute imperii approbari et ab omni aecclesia vestrae sanctitati commissa teneri et conservari rogamus et preoptamus. Data*[f] *Papiae, XV.*[g] *Kal. Martii.* 1160. *Febr.* 15.

LXXX. Rescriptum generale a synodo presidentibus per partes mundi directum hoc[h] est[1]: (70). *(c. Febr. med.).*

Quia[i] *sedis apostolicae turbatio Christianorum animos admodum sauciavit, nos*, qui ad resecanda scismata et pacem aecclesiae reformandam Papiae fuimus congregati, qualitatem causae modumque negotii et sacri concilii dispensationem universitati vestrae plenarie duximus intimandum, quatinus per scripta presentia mera veritate monstrata auditorum animi falsitatem, quam forte conceperant, vehementer expellant et ammodo per scripta scismatica non seducantur. Cum igitur*[k] *orthodoxorum Papiae congregatorum universitas in nomine Domini consedisset, causa per VII dies continuos, omni remoto seculari iudicio, legittime et ca-* *(Febr. 5-11).*

*) *Reliqua om. A. A*.*

a) posita *β. B.* (revel. *omnes*). b) et *deest β. B*1. *V.* c) Rul. *β.* d) *ita β. B. B*;* per iurgia *emend.* periuria *C*2; periuria *V.* e) spiritualem *β.* f) Data — Martii *des. B*.* g) XV⁰ *β.* h) est hoc *A.* i) *praeced.* Capitulum LXXXI. *A.* k) ergo *β.*

1) *Pleniorem et praesertim in fine diversum textum exhibet ex cod. Elnonensi Martene, Thes. anecd. I,* 447, *quem sequitur Pertz, LL. II, p.* 125. *[Eandem recensionem (V. L.) ex eodem codice, iam Valencennensi, atque libro Edwardi Brown, qui codice quondam Cottoniano usus est, adhibuit Weiland, Constit. I, p.* 265 *sqq. nr.* 190. *Cf. etiam Doeberl, Monum. Germaniae sel. IV, p.* 163 *sqq. nr. XL; M. Meyer, 'Die Wahl Alexander III. und Victor IV.', Göttingen* 1871, *p.* 36 *sqq.; Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 395*].*

1160. *nonice agitata ac diligenter inspecta, sufficienter et canonice in conspectu concilii per testes idoneos est comprobatum domnum papam Victorem et nullum alium in basilica beati Petri a saniori parte cardinalium petitione populi et consensu ac desiderio cleri fuisse electum et sollempniter inmantatum, quod, presente et non contradicente Rolando quondam cancellario, in kathedra beati Petri fuerit collocatus, et quod ibi ei a cardinalibus et clero Romano 'Te Deum laudamus' gloriose decantatum, et inde ad palatium cum bandis et aliis papalibus insignibus est deductus, et clerus et populus secundum consuetudinem interrogatus*[a] *per scri-*
1159. *niarium, si placeret, tribus vicibus clara voce respondit:*
(Sept. 18). *'Placet'. Probatum est etiam, quod Rolandus XII. die post domni Victoris promotionem ab Urbe egressus apud cisternam, in qua Nero imperator quondam ab Urbe profugus latitavit, primo est inmantatus. Probatum est, quod in secundo*[b] *die post promotionem domni Victoris Rolandus, interrogatus a rectoribus cleri Romani*[c] *ac clericis de sua cardinalia, si domno Victori esset obediendum, expresse confessus est se numquam fuisse inmantatum et expresse dixit: 'Ite et*[d] *obedite ei, quem inmantatum esse videtis'. Super his capitulis fuerunt testes et sub stola tactis sacrosanctis ewangeliis iuraverunt domnus Petrus Christianus decanus basilicae beati Petri et in persona sua et omnium fratrum suorum. Iuraverunt etiam venerabiles archipresbiteri et rectores cleri Romani Blasius*[e] *et Manerius presbiteri*[f]*, Iohannes presbiter, Gentilis*[g, 1]*, Aimeradus archipresbiter, Berardus*[h] *archipresbiter, Iohannes archipresbiter, Benedictus diaconus, magister Tolomeus*[i] *archipresbiter, magister Gerardus*[k] *et Nicolaus et alii honesti clerici Romani. Preterea Petrus illustris Urbis prefectus, Stephanus de Tebaldo*[l]*, Stephanus Nortmannus*[m]*, Gimundus de domo Petri Leonis, Iohannes de Stephano et alii principes et nobiles Romani, qui ad vocationem serenissimi imperatoris venerant, in conspectu concilii super iam dictis capitulis ex maxima parte testimonium similiter perhibuerunt et iurare voluerunt. Sed*

a) interrog. *om. B.* b) *ita codd.;* secunda *V. L.* c) *ita B*. V. L;* r. et cleri R. *β. B* 1; rectoribus et clero Romano *B* 2? *C* 2. d) et *deest B* 1 *(cf. supra p.* 327, *n.* a*)*. e) Basilius *V. L, in margine corr.* Blasius *B* (cf. supra IV,* 77, *p.* 325, *n.* a. 326, *l.* 27*)*. f) presbyteri *C* 2; M. et I. presbiter gentilis et alia archipresbiteri Aim. Bernhardus *B**. g) presbiter *omissum videtur, quoniam* Gentilis *nomen proprium esse latuit.* h) Bernardus *V. L; cf. n.* f. i) Toloneus *β. B* 1. *B*;* Tolonensis *B* 2; Ptolemęus *C* 2; Tholomeus *V. L.* k) Gerhardus *B* 1. l) *ita β. B*. V;* Theb. *C* 2 *(cf. supra IV,* 77, *p.* 328, *l.* 16*)*. m) Norim. *β;* Norm. *C* 2. *V. L (cf. supra IV,* 77, *p.* 328, *n.* i*)*.

1) *[Verba* presbiteri — Gentilis *turbata esse ex recensione altera colligere licet].*

nos[a]*, quia religiosorum presbiterorum*[b] *multorum testimonium* 1160. *sufficiens et habundantissimum habebamus, duximus laicis in hac parte parcendum. Deinde venerabiles episcopi Herimannus*[c] *Ferdensis*[d]*, Daniel Bragensis*[e] *et Otto palatinus*[f] *comes et magister Heribertus prepositus, quos domnus imperator ex consilio XXII episcoporum et Cisterciensis*[1] *et Clarevallensis*[2] *abbatum aliorumque religiosorum tunc pre-* *p. 486. *sentium *Romam delegaverat, ut partes ante concilii presentiam Papiam evocarent, in conspectu concilii testimonium perhibuerunt, quod Rolandum cancellarium et partem eius trinis edictis per intervalla*[g] *peremptorie et sollempniter ad presentiam aecclesiae Papiae congregandae, remoto omni seculari iudicio, vocaverunt et quod Rolandus cancellarius et sui cardinales viva voce et*[h] *ore proprio iudicium vel examen aliquod*[i] *aecclesiae se nolle recipere manifeste dixerunt. Vidimus etiam scripta Heinrici Pisani cardinalis ad domnum imperatorem directa, in quibus expresse continebatur, quod nullum vellent aecclesiae subire iudicium vel examen. Super haec omnia idem Heinricus et Oddo*[k] *cardinalis Sancti Nycolai de*[l] *Carcere Tulliano, qui tempore concilii et ante aput Ianuam morabantur, et Iohannes Anagninus*[m] *cardinalis et Iohannes Piozutus*[n] *sanctae Romanae aecclesiae subdiaconi, qui tunc aput Placentiam erant, per VIII dies* (*Febr.* 5-12). *a*[o] *concilio toto sunt expectati, et per litteras ac*[p] *nuncios concilii sunt vocati, et contempserunt venire. Ex his igitur*[q] *omnibus sufficienter instructi, et veritate hinc inde plenarie declarata, placuit reverendo*[r] *concilio, ut electio domni Victoris, qui tamquam agnus mansuetus et innocens venerat aecclesiae iudicium humiliter suscepturus, approbaretur et confirmaretur et electio Rolandi penitus cassaretur. Et factum est ita. Electione itaque domni Victoris, remoto omni seculari iudicio, sancti Spiritus gratia invocata, confirmata atque*[s] *recepta, christianissimus imperator post omnes episcopos et post omnem clerum ultimus consilio et petitione concilii electionem domni Victoris recepit et approbavit, et post eum omnes principes et innumerabilis hominum multitudo, quae presens erat, tribus vicibus interrogata, si eis*

a) *ita β. C* 2 *(cf. V. L);* quia nos *B* 2. *Wilm. Waitz.* b) archipresbyterorum *V. L.* c) Herm. *β. B*. C* 2; Her. *V. L.* d) Verd. *β. V. L.* e) *ita β* (Bragn̄). *B* 1. *B*;* Prag. *C* 2. *V. L.* f) palat. *non perscriptum β.* g) intervalla temporum *V. L.* h) et ore *om. β.* i) aliquid *β. L.* k) *ita β;* Otto *rel. (cf. supra IV,* 63, *p.* 307, *l.* 15; *IV,* 77, *p.* 326, *l.* 35 *sq.);* O *V. L.* l) *cf. supra IV,* 76, *p.* 321, *l.* 24 (diaconus de Carcere). 77, *p.* 326, *l.* 35 (Otto cardinalis de Carcere); in *rectius V. L (cf. etiam supra IV,* 63, *p.* 307, *l.* 15*).* m) Anagunus *β.* n) Phizutus *supra IV,* 77, *p.* 326, *l.* 24; Pitutus *V. L.* o) a *om. β.* p) et *C* 2. *V. L.* q) ergo *β.* r) *ita etiam V. L;* conc. rev. *β.* s) *ita β. C* 2; et *B* 2. *V. L.*

1) *[Lamberti].* 2) *[Fastradi].*

1160. *placeret, respondit cum gaudio magna voce: 'Placet'. Sequenti die proxima,* Febr. 12. *id est prima sexta feria quadragesimae, domnus Victor cum processione ab aecclesia sancti Salvatoris extra civitatem, in qua fuerat hospicium*[a] *eius, ad cathedralem*[b] *aecclesiam gloriose deductus est. Ibi religiosissimus imperator ante ianuas aecclesiae eum suscepit et descendenti*[c] *de equo strepam humiliter tenuit et apprehensum per manum usque ad altare conduxit et pedes eius est osculatus, et nos omnes, patriarcha, archiepiscopi, episcopi et abbates et omnes principes cum universa multitudine, quae presens erat, pedes apostolicos sumus osculati. Proxima autem die sequenti, id* Febr. 13. *est sabbato, habito generali concilio, domnus papa et nos cum illo Rolandum*[d] *cancellarium scismaticum et eius principales fautores accensis candelis anathematizavimus et tradidimus eum Sathanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die Domini*[1]. *Illud etiam discretionis vestrae prudentiam volumus non latere manifeste esse deprehensum, quod Rolandus*[d] *cancellarius et eius sequaces quidam cardinales, vivente adhuc papa Adriano, coniuraverunt. Fuit autem tenor coniurationis, quod, si eis viventibus papam Adrianum mori contingeret, cardinalem unum de illis eligerent, qui in eadem coniuratione esset astrictus. De caetero ex parte Dei omnipotentis et beatorum apostolorum Petri et Pauli et omnium sanctorum et virorum orthodoxorum, qui divino intuitu ad rescindenda*[e] *scismata convenerunt, universitatem vestram humiliter imploramus et monemus in Christo, ut ea, quae aecclesia Dei Papiae congregata ad honorem Creatoris et sponsae suae, matris vestrae*[f], *sacrosanctae Romanae aecclesiae tranquillitatem et ad salutem omnium Christianorum fideliter ordinavit, vos, omni dubio et ambiguitate remota, irrefragabiliter ratum et firmum*[g] *teneatis; orantes, ut redemptor noster Christus*[h] *Ihesus universalem pontificem et papam nostrum Victorem, de cuius sanctitate et religione omnino confidimus, per tempora longa conservet et prestet ei omnimodam tranquillitatem et pacem, ita quod per eum Deus omnipotens honoretur et aecclesia Romana omnisque Christiana religio gratum Domino accipiat incrementum. Ut autem omnis nostra*[i] *actio plenius*

a) e. h. *C* 2. b) catholicam *codd., sed cf. recens. alt.; Giesebrecht, 'DKG.' VI, p.* 394. c) descendente *B. B**. d) Rul. *β*. e) resecanda *V. L.* f) nostre *β. L.* g) *ita, quamquam contra legem grammaticam, β. B. B** (ratum firmumque *L;* ratum firmeque *V*); rata et firma *edd.* h) I. Ch. *B* 1. *V. L.* i) nostra *deest C* 2.

1) [1. *Cor.* 5, 5: Tradere huiusmodi Satanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri Iesu Christi].

legentibus elucescat, dignum duximus, ut omnium nostrum consensus et nomina subscribantur. 1160.

Ego[1] *Peregrinus Aquilegensis*[a] *patriarcha cum meis suffraganeis interfui et consensi.*

Ego Arnaldus[b] *Maguntinus*[c] *archiepiscopus cum XIIII suffraganeis interfui et consensi.*

Ego Artwicus[d] *Bremensis archiepiscopus cum suffraganeis meis*[e] *consensi.*

Ego Ellinus[f] *Treverensis*[g] *archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi.*

Ego Reinaldus[h] *Coloniensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi.*

Ego Wichmannus[i] *Magdeburgensis archiepiscopus cum meis suffraganeis consensi.*

**Bizuntinus archiepiscopus per legatum*[k] *et episcopum*
*p. 487. *Basiliensem consensit.*

Arelatensis archiepiscopus consensit.

Lugdunensis archiepiscopus cum[l] *suis suffraganeis consensit.*

Viennensis[m] *archiepiscopus cum suis suffraganeis consensit*.*

Heinricus rex Anglorum per litteras et legatos suos[n] *consensit.*

Rex Ungarorum per litteras et legatos suos consensit.

Rex Boemorum consensit.

Rex Dagnorum[o] *consensit.*

Gwido electus Ravennatensis[p] *consensit.*

Episcopus Firminus consensit.

Episcopus Ferentinus consensit.

Mantuanus consensit.

Pergamensis consensit.

Faventinus consensit.

Abbatum vero et archipresbiterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit et consensit.

*) Item Ludewicus inclitus rex Francorum consensit *add. β.*

a) Aquileiensis *C* 2. b) Arnoldus *B. B*.* c) Magont. *B* 1. *B*;* arch. Mog. *C* 2. d) Arcivicus (*sive* Arcwicus ?) *β;* Artuicus *C* 2; Ardwicus *V. L;* Hartwicus *B* 1; Hartbicus *B* 2; Hartuwicus *B*.* e) interfui et *add. C* 2. f) *ita β. B* 1. *B*;* Hellin. *C* 2. g) Tremir. *β.* h) Reinoldus *B* 1; Reginnaldus *B*.* i) Wicim. *β;* Wickm. *C* 2. k) suum *add. B* 1. l) cons. c. s. s. *B* 1. m) Wienn. *β.* n) *ita β. B*. C* 2 *(cf. etiam infra l. 24);* p. leg. suos et litt. *Wilm.;* p. legatos et litteras suas *Waitz.* o) *ita B;* da$\overset{a}{g}$nor. *β;* Danorum *C* 2. p) Rau., *non perscriptum β;* Ravennę *B*;* Ravennas *C* 2.

1) *[De sequentibus cf. imprimis Doeberl l. c. p.* 185 *sqq.].*

1160. *Longobardorum*[a] *inestimabilis multitudo interfuit et consensit.*

Universi principes[b] *fere Romani imperii, tam Teutonici quam Italici, tam in Urbe quam extra Urbem, interfuerunt et assensum cum ingenti desiderio prebuerunt.*

(71). LXXXI.[c] *Reverentissimo*[d·1] *patri et domino Eberhardo*[e] *Salzburgensis*[f] *aecclesiae archiepiscopo*[g] *Eberhardus*[h] *Babinbergensis*[i] *gratia Dei si quid est tam devotum quam debitum cum oratione servitium. Convenientibus in unum Papiae episcopis circiter L diuque* ventilata questione papatus, cum dilatio primo pene omnibus complacuisset usque ad maiorem rei noticiam et aliud generalius concilium, prevaluit tandem pars domni Victoris iustificata ab altera parte multis modis: quia coniuratio contra imperium factum illud precesserat; quia domni Victoris inmantatio prior, illa posterior, quo solo Innocentius*[k·2] *Anacleto prevaluit, cum Anacletus plures et maximae scientiae et auctoritatis haberet electores; deinde quod ad hostes imperii pars illa se transtulit*[l], *obligata Siculo, Mediolanensibus, Brixiensibus, Placentinis per sacramentum, quod sanae doctrinae adversari videtur, cum*[m] *et subditos a iuramentis fidelitatis debitae absolvat et servire imperatori prohibeat quoscumque*[n] *et sic discessioni viam preparet*[o], *quod pessimum est, sicut opere ipso clarescit et scriptis undique per Italiam directis tam civitatibus*[p] *quam episcopis. His malis principiis finem deteriorem promittentibus, perpetuam videlicet discordiam inter regnum et sacerdotium et discessionem ab invicem, dum pars illa cum omni securitate conductus nec venire voluisset nec etiam procuratores pro se mittere ad subeundum iudicium et excipiendam sententiam: domnum Victorem recepimus spe pacis et concordiae inter regnum et sacerdotium, longo tamen examine premisso de tempore et ordine electionis suae, de his, qui eius electioni consenserunt primitus et postmodum *[retro]**[q] *abierunt*[3], *cardinalibus numero VIIII,*

*) *Reliqua om. A. A*.*

a) Lonbard. *β.* b) *ita β. B* 1; f. pr. *C* 2. c) LXXXII *A.* d) Reverendissimo *A. β. C* 2. e) E. *A;* F. *A*.* f) sancte Saltzburgensis ecclesie *A;* Saltzburg. *β. C* 2; Salczeb. *A* semper;* Salzp. *B*.* g) archiep. *om. A.* h) E. *A. A** 2; F. *A** 1. i) b̄b̄g'. *A;* Babn̄burg. *β;* Babenb. *C* 2. *V;* Bamb. *A*.* k) Innoc. *om. β.* l) transtulerit *C* 2. m) et cum *C* 2. n) potest *add. V.* o) prepararet *β.* p) in c. *B* 1. q) retro *deest β. B. B*.*

1) *Epistola exstat in cod. Vindobonensi.* 2) *[II. a.* 1130*].* 3) *[Ioh.* 6, 67: multi discipulorum eius abierunt retro*].*

1160. *testificante super his*[a] *omnibus capitulo beati Petri et clero Romano scriptis et viva voce nunciorum sub iureiurando. Nuncius regis Francorum promisit pro eo neutrum se recepturum, usque dum nuncios domni*[b] *imperatoris recipiat. Nuncius regis Anglorum idem velle et idem nolle promisit tam in his quam in aliis. Arelatensis*[1], *Viennensis*[c. 2], *Lugdunensis*[3], *Bisuntinus*[4] *per litteras et nuncios*[d] *consenserunt. Solus Treverensis de regno nostro superest in parte illa de numero archiepiscoporum, qui non consenserit*[e. 5]*; eius tamen suffraganei omnes consenserunt. Usque ad vos solum perventum est*[6]. *Angelus magni consilii*[7] *dirigat vos secundum beneplacitum suum et custodiat vos in omnibus viis vestris*[8]. *Preter*[f] *hec prepositus multa manifestabit vobis, quae non licet ad presens homini loqui*[9]. *Congaudete mihi, quia dimissionem accepi et ad propria redeo.*

*p. 488. (72). *LXXXII.[g] *Domino suo in*[h] *Christo reverendo Everhardo*[i] *Salzburgensi*[k] *archiepiscopo frater*[l] *Heinricus*[m] *dictus prepositus de Berthersgadem*[n] *cum* devotis orationibus debitae subiectionis obsequia. Si cuncta quae audivimus et vidimus scribere deberemus, non cartam sed volumen facere videremur. Verum*[o] *summam eorum, quae de duorum electione Romanorum pontificum acta sunt, breviter paternitati vestrae notificamus. Curia, quae in octavis epiphaniae Papiae fuerat indicta, usque in sextam feriam proximam ante caput ieiunii, quia in destructione Cremae domnus imperator detinebatur, est dilata. In qua considentibus domno patriarcha, archiepiscopis et diversarum terrarum fere quinquaginta episcopis, legatis quoque regis Franciae et archiepiscoporum, Arelatensis scilicet, Lugdunensis*[p], *Viennensis*[q], (*Ian.* 13. *Febr.* 5.)

*) Berth'. Si cuncta — videremur *A. A**, *ceteris omissis.*

a) hec *β*. b) domni *deest C* 2. c) Wienn. *β*. d) per n. *C* 2. e) consenerit *B* 1. f) Preter — redeo *(l. 15) des. B**. g) *spatium rubricae vacuum relictum A;* Epistola *superscr. B* 1. h) domino *corr.* in Chr. *A** 1; in Chr. *post add. B* 1. i) *ita B* 1; Ewerhardo *β;* Eberh. *C* 2; E. *A;* E. *A**. k) Saltzb. *A. β. C* 2. l) E. H. dictus *A;* f. N. dictus *A**. m) Henr. *C* 2 *semper*. n) Perthesgadē *B* 1; Perhtersgaden *B* 2; Berhthersgademe *B**; Berthersgadem̄ *C* 2; Berth' *A. A**. o) ut *add. β*. p) Ludiñ *β*. q) Wienn. *β*.

1) *[Sylvius]*. 2) *[Stephanus]*. 3) *[Heraclius]*. 4) *[Humbertus]*. 5) *[Cf. c.* 82, *p.* 339*]; supra c.* 80. *inter consentientes refertur [cf. Doeberl l. c. p.* 184. 186*]*. 6) *V. addit:* Nuncius enim vester praepositus *[sc. Berchtesgadensis, cf. infra c.* 82*]*, Domino ponente custodiam ori suo *[cf. Ps.* 90, 11*]*, vices vestras cautissime peregit, nec *[*hoc *coniecit Giesebrecht]* unum locutus 'Deo gratias', quod utinam non *[*non *delendum putat Kohl]* dixisset. 7) *[Isai.* 9, 6. *secundum Septuaginta]*. 8) *[Ps.* 90, 11: Quoniam angelis suis mandavit de te, ut custodiant te in omnibus viis tuis*]*. 9) *[*2. *Cor.* 12, 4: audivit arcana verba, quae non licet homini loqui*]*.

1160. *Bisuntini atque Treverensis et Ravennatis electi, cardinales et clerici, qui pro parte Victoris aderant, in medium processerunt et utriusque seriem electionis exposuerunt. Super qua continuis V diebus ab episcopis et aliis prudentibus viris* (Febr. 11). *copiose disputatum cum fuisset, sexta tandem die in publico consistorio electionis capitula denuo proposita sunt, et singula a canonicis aecclesiae beati Petri et rectoribus Romani cleri sacramento super sancta quatuor euvangelia prestito confirmata. Pars autem altera nec ipsa venit nec responsales, qua de causa nescimus, conventui direxit. Recitatae sunt insuper litterae quam plures bullatae ab Alexandro et cardinalibus qui cum ipso sunt episcopis et civitatibus Longobardiae directae, sed a fidelibus domni imperatoris captae, ex quarum tenore machinationes eorum et molimina contra imperium patenter sunt deprehensa. Unde, quia dilatio non parvum tam aecclesiae quam imperio videbatur minari periculum, presertim quia non erat qui predictis assertionibus et*[a] *probationibus contradiceret, cum utraque nimirum pars non ad curiae, sed ad aecclesiae fuisset examinationem vocata, episcopi parti*[b] *Victoris, quae ipsum XI diebus antequam Alexander inmantaretur inmantatum fuisse et in sede beati Petri, adversa parte presente, absque reclamatione sedisse, prestito, ut dictum est, sacramento probaverat, assensum prebuerunt et eundem Victorem ut apostolicum in aecclesia sollempniter suscipientes solitam ei reverentiam exhibuerunt. Facta sunt haec domno imperatore et fidelibus imperii annitentibus propter causas memoratas. Quapropter ipsemet eidem iam*[c] *confirmato pontifici ante fores aecclesiae* (Febr. 13). *descendenti consuetum detulit honorem. Secunda vero post haec die sepe iam dictus domnus Victor, celebrato sollempniter*[d] *synodi officio, alterius partis principem cum quibusdam suis fautoribus, episcopis scilicet Ostiense et Portuense, eo quod consecrationis manum eidem presumpserant imponere, cardinalibus etiam Heinrico Pisano, Iohanne Neapolitano et Iacincto, anathematis vinculo extinctis candelis innodavit. Excommunicavit autem Heinricum Pisanum idcirco, quod mandato eius magister Raimundus cardinalis despoliatus et atrociter cesus fuerit. Prepositum etiam Placentinum, quia domnum Tusculanum armata manu invaserit et despoliatum multis contumeliis affecerit, simili sententiae involvit. Wilhelmum*[e] *preterea Siculum atque Mediolanenses pro invasionibus aecclesiarum et imperii ad canonicam vocavit satisfactionem.*

a) et prob. *des.* C2. b) parti *deest* B. c) iam *deest* C2. d) sollempn. *deest* C2. e) Willelm̄ β; Willih. B*.

Interfuerunt his omnibus metropolitani, domnus patriarcha, Maguntinus[a]*, Coloniensis, Magdeburgensis atque*[b] *Bremensis cum nonnullis suffraganeis suis et maxima pars episcoporum Longobardiae, quorum plurimi affectuosum et plenarium predictae confirmationi tribuerunt assensum. Domnus vero patriarcha et quidam alii, salva in posterum catholicae aecclesiae censura, propter memoratas imperii necessitates obedierunt. Absentes omnes quos prenotavimus archiepiscopi pro se et suis suffraganeis plenarie consenserunt, excepto Treverense, qui, cum iter cepisset, infirmitate prepeditus, excusatorias tantummodo litteras direxerat. Presentes autem eius suffraganei Tullensis*[1] *et Verdunensis*[2] *pro se et consuffraganeo suo Metense*[3] *in integrum spoponderunt. *[Domni]**[c] *Babinbergensis*[d]*, Pataviensis*[4] *et*[e] *Ratisponensis*[5] *patriarcham sunt imitati. Pro confirmandis omnibus quae facta sunt mittuntur legati *[domnus]**[c] *Coloniensis in Franciam, Verdunensis*[f, 6] *in Hyspaniam, Bragensis*[g] *in Ungariam*. Si interim alia scripta, quorum quedam vidimus, meram de his veritatem minus continentia ad manus vestras devenerint, sciat sanctitas vestra, quod, ut pro parte potuimus, sinceram de his significavimus*[h] *veritatem. Plenius autem presentes insinuabimus.* 1160.

LXXXIII.[i] Quare autem tam crebrae litterae Eberhardo[k] Salzburgensi[l] archiepiscopo super gestis concilii directae sint, haec fuit causa. Cum ad concilium
*p. 489. iter cepisset et[m] iam per *Forum Iulii et per marchiam Veronensium usque ad civitatem Vicentinorum[n] pervenisset, gravi correptus infirmitate gradum sistere[o] domumque redire coactus est. Sane quoniam tanti viri fecimus mentionem, de vita et moribus eius quedam memorabimus, quae, quamvis ut lucerna super candelabrum posita [nobis[p]] in domo nostrae provinciae clarissime luceret[q, 7], ab his tamen qui longe positi sunt

*) *B* pergit (c. 84):* Alii autem legati ad reges Angliae *etc.*

a) Magont. *B*1; Mogunt. *C*2. b) atque *deest C*2. c) Domin. *C*2; *deest β. B*1. *B**. d) Babunb. *β;* Babenb. *C*2. e) et *deest β.* f) *ita omnes codd.* g) Prag. *C*2. h) *ita β. B*1; ver. signif. *C*2. i) Capitulum LXXXIIII *A (cf. supra p.* 337, *n.* g*); nulla cap. dist. B*1. k) Ewerh. *β;* Eberh. *C*2. l) Saltzb. *A. β. C*2. m) et *deest B.* n) Vinc. *A. B*1. o) resistere *A**. p) nobis *deest β. B. C.* q) lucerent *β. B*1, 2.

1) *[Heinricus].* 2) *[Albertus].* 3) *[Stephano].* 4) *[Conradus].* 5) *[Hartwicus].* 6) *[Immo Verdensis, ut videtur; cf. Tourtual, 'Bischof Hermann von Verden', ed.* 2. *p.* 40. 75 *sqq.; Giesebrecht l. c. V, p.* 253. *VI, p.* 395*].* 7) *[Matth.* 5, 15: neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt*].*

1160. *invida* bonis fama difficilius subtrahet, si scribendo celebretur*[1]. Erat autem idem vir venerabilis aetate maturus, sacrae paginae litteris decentissime instructus[a], fide precipuus, religione singularis; humanitate et pietate adeo[b] communis, ut vere dicere posset: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem;* in largitionibus liberalis, in[2] elemosinis et suscipiendis peregrinis studiosus, in tantum ut sumptus in obsequium pauperum [et[c]] monasteriorum et peregrinorum cottidie expensus non solum palatio suo, verum etiam toti episcopio videretur onerosa[d]. Ipse tamen huiuscemodi pondere minime gravabatur, cum haec incommoda bonae famae, quam ipse tamen minime affectabat, et aeternae retributionis mercede compensaret. Pauperum squalores minime[e] abhorrebat, a leprosis se tangi et contrectari passus est, quin etiam[f] ipse eos interdum tangere manusque[g] osculari non verebatur. Nec sufficere[h] credidit, si in ministerio pauperum famulorum uteretur officiis, nisi[i] ipsemet manibus suis, habitu succinctus, interdum cybum apponeret, poculum porrigeret, aquam non solum lavandis manibus, sed et[k] pedibus infunderet. Cumque non solum in verbo perfectam doctrinam, verum etiam in opere consummatae disciplinae preberet exemplum[l], merito de eo dicebatur, quod olim de quodam sanctorum[3], quia: *Hic est, qui quale habet verbum talem habet vitam, et[m] qualem habet vitam tale habet et[n] verbum, quoniam quae[o] docet agit et quae agit haec[p] docet.* His et aliis plurimis virtutibus et divinae gratiae donis plures quidem ad sui imitationem, universorum autem ad dilectionem sui provocarat affectum. Sed[q] haec hactenus.

cf. 1. Cor. 9, 22.

*) fortassis obscurior fama subtraxit *A. A**[4].

a) instructus *corr.* in tantum structus *A** 1; in tantum instr. *A** 2. b) in tantum *A. β* (intantum); *deest A* (cf. n. a).* c) et *deest β. B. C.* d) *ita A. A*. β. B (voce ex Einh. temere transscripta);* onerosus *C* 2. e) abh. min. *β.* f) immo *A. A*;* et *β.* g) m. eorum *C* 2. h) indignum *A. A*.* i) sed ipse *A. A*.* k) eciam *A** 1. l) exempla *A. A*.* m) et — vitam *post add. B* 1; et — tale habet *post add. A** 1. n) et *deest C* 2. o) qūoque *corr.* quantumque *A** 1, *et ita A** 2; quomodoque *C* 2*;* docet *post add. A** 1. p) hoc *β. B* 1. q) Sed — hactenus *des. β.*

1) *[Scil. fama].* 2) *[*in — compensaret, *l.* 14, *ad Einhardi V. Karoli M. c.* 21. *conformata, cf. etiam ib. c.* 27*].* 3) *[Fere eadem in Vita Eligii II,* 4, *Migne, Patrol. Lat. LXXXVII, col.* 515, *legi W. Levison animadvertit, sed scriptor illius persaepe aliorum, velut Rufini, Sulpicii Severi, Venantii Fortunati, opera expilavit, cf. SS. rer. Merov. IV, p.* 653 *sq.* 697*].* 4) *[Obiit Eberhardus archiep. a.* 1164. *Iun. die* 21. *aut* 22*].*

LXXXIIII.[a] Compositis ita[b] rebus et gestis concilii, missis quoque[c] legatis, ut supra dictum est[1], ad reges Hyspaniae, Angliae, Franciae[d], Datiae, Boemiae et Ungariae, ad imperatorem quoque Grecorum Manuel nuncios dirigit, videlicet[e] Heinricum ducem Carentanum[f], fortem et exercitatum in bellicis consiliis virum, et Heinricum sacri palatii notarium[g], omni probitate et industria preditum, ac Neimerium[h.2], filium Petri[i] Polani ducis Veneticorum[k], iam dudum in captivitate sua tentum, sed absolutum, responsa portantes, **ut* dicebatur**, super petitione Constantinopolitani principis de Pentapoleos[3] [et[l]] maritimis in Apulia[4] et quibusdam secretioribus[m] consultationibus contra Wilhelmum[n], Rogerii Siculi filium[o] et in regno successorem. 1160. (74).

Cernens[p] autem totam[q] Longobardiam continuis duorum annorum expeditionibus graviter attritam[r], cum exercitus in crebris contra hostes excursibus et rapinis nec etiam amicis parcere potuisset, paulisper terram ipsam quiescere et respirare[s] utile iudicavit, donec recepta cultura novas futuro anno calamitates sustinere novumque facilius et recipere et enutrire posset exercitum.

LXXXV.[t] Itaque dimissurus exercitum, advocans ad se proceres[5] et de militia meliores magnam illis ait se habere gratiam pro benivolentia et fidelitate, qua erga se utendo perseverassent. Laudabat etiam in unoquoque bonos mores et fortitudinem[u], quam preliando in multis magnisque[v] periculis monstrasset[w]; quod eos neque hostium multitudo nec magnitudines civitatum vel audatia inconsulta et immanitates efferae adversantium a consueta animi virtute terruissent. Magnam quoque huius rei sibi fore diligentiam, quod debitis pre- (75).

a) Capitulum LXXXV *A.* b) itaque *A, nescio an rectius.* c) quoque *om. A*.* d) Frantię *B* 1. e) scilicet *β.* f) Carencianum *β.* g) prothonotarium *β;* pronotarium *B* 1; protonotarius *etiam in B* dicitur, ubi verba sunt mutata (cf. supra p.* 162, *n.* e*).* h) *ita C* 2; Meinerium *β;* Minerium *B* 1; Meinherus *in B* scribitur;* Meinericum *A. A*.* i) Petri *deest B* 1. k) Veneciarum *A;* Veneciorum *β;* Venetorum *C* 2. l) et *deest β. B. C.* m) et *add. β.* n) Willelm. *A. β.* o) filium *om. β.* p) *cap.* 85. *inc. Waitz; nulla cap. dist. A. A** 1. *β. C* 2. q) L. tot. *B* 1. r) exp. gravatam *B.* s) resipiscere *β. B.* t) *novum cap. inc. β. C* 2. *Wilm.; cf. n.* p. u) *ita etiam Ios.;* fortitudines *B* 1. v) *ita etiam Ios.;* magnis multisque *A** 2. *B* 1. w) monstrassent *A. A*. β (cf. Ios.).*

*) ut dic. *des. A. A*. β (cf. supra IV,* 69, *p.* 315*).*

1) *Cap.* 82. 2) *Naymerius in Ann. Venetis [Historia ducum Veneticorum], SS. XIV, p.* 74. 3) *[Cf. supra III,* 8, *p.* 173, *l.* 1: una metropoleos*].* 4) *[Cf. supra II,* 49, *p.* 156 *sq.; III,* 20, *p.* 192, *ubi A. A* add.* sicut tunc fama fuit*].* 5) proceres — dimittit, *p.* 342, *l.* 11, *ad Ioseph. Bell. Iud. VII,* 19. *conformata.*

1160. miis et honoribus virtutes eorum vellet honorare, qui militiae socii fuissent, nec ullum eorum, qui plus aliis laborasset, iusta vicissitudine cariturum. Eos etiam, quos noverat fortiter aliquid et egregium in bello fecisse, nominatim singulos appellans collaudabat. Deinde aurum et argentum, vasa ex argento[a] et auro facta[b] itemque vestes preciosas, beneficia feudorum aliaque donaria largiter et regaliter distribuebat. Omnibus autem hoc modo exhilaratis et donatis, ut quisque se meritum prebuerat, votis et laudibus cum magno favore ab universo exercitu factis, quo quemque conveniret, dimittit[c], ipse vero cum paucis in Italia remansit.

Quia vero huius operis libellos numerum ewangelicum excedere non proposui*mus, priusquam huic quarto *p. 490. volumini terminum demus, ex quo actus et gesta bellorum serenissimi principis summatim perstrinximus, mores[1] quoque caeterasque vitae illius partes et studia circa regni administrationem paulisper prosequamur.

LXXXVI. Igitur divus augustus Fridericus, *ut de Theoderico[2] quidam[3] scribit*, et moribus et forma talis est, ut et illis dignus sit agnosci[d], qui eum minus familiariter intuentur; ita personam suam Deus arbiter et ratio naturae consummatae felicitatis dote sociata cumularunt. Moribus[e] huiuscemodi, ut laudibus eorum nichil ne imperii quidem fraudet invidia. Forma corporis decenter exacta; statura longissimis brevior, procerior eminentiorque mediocribus; flava cesaries, paulolum a vertice frontis crispata[f]; aures vix superiacentibus crinibus operiuntur, tonsore pro reverentia imperii pilos capitis et genarum assidua succisione curtante. Orbes oculorum acuti[g] et perspicaces, nasus venustus, barba subrufa, labra subtilia nec dilatati[h] oris angulis ampliata[i] totaque facies laeta et hylaris[4]. Dentium series

*) *Haec desunt A. A**.

a) auro et arg. *B* 1. b) facta *deest B* 1. c) *ita etiam Ios.;* dimisit *A. A**. d) *ita etiam Sid.;* nosci *β*. e) mores *emendandum putat Kohl, quod in medio relinquo, quamquam Sid:* mores autem huiuscemodi sunt. f) labra — hylaris *h. l. inserunt, sed suo loco (l.* 32 *sq.) iterum habent A. A**. g) persp. et ac. *A. A**. h) dilata *h. l. A (supra* dilatati, *cf. n.* f*);* dilatatis *cum Sid. legendum censet Kohl.* i) ampliati *h. l.,* ampliato *supra (cf. n.* f*) A.*

1) *[Ad* mores — prosequamur *cf. Einhard. V. Karoli M. c.* 4, *etiam Suet. Aug.* 9*]*. 2) *[Theoderico II. rege Wisigothorum]*. 3) *Apollinaris Sidonius epist. I,* 2. *[Auct. ant. VIII, p.* 2, *unde verba* et illis — mascula, *p.* 343, *l.* 6, *maximam partem sumpta]*. 4) *[Einh. l. c.* 22: facie laeta et hilari*]*.

ordinata niveum colorem representant[a]. Gutturis[b] et colli, non obesi, sed parumper succulenti, lactea cutis et quae iuvenili rubore suffundatur, eumque illi[c] crebro colorem non ira, sed verecundia facit. Humeri paulisper prominentes; in succinctis ilibus vigor; crura suris fulta turgentibus, honorabilia et bene mascula. Incessus[1] firmus et constans; vox[d] clara totaque corporis habitudo virilis. Tali corporis forma plurima et dignitas et auctoritas tam stanti quam sedenti acquiritur[e]. Valitudine satis prospera, preter quod interdum febre effimera corripitur. Bellorum[2] amator, sed ut per ea pax acquiratur[f]; ipse manu promptus[3], consilio validissimus, supplicantibus exorabilis, propicius in fide receptis[g]. Si[4] actionem diurnam[g*, 5] forinsecus perquiras, antelucanos[h] basilicarum et sacerdotum suorum coetus aut solus aut minimo comitatu expetit eosque tam grandi sedulitate veneratur, ut omnibus Italis erga episcopos et clericos servandi honorem et reverentiam ipse formam et exemplum tribuerit. Officiis divinis tantam prebet venerationem, ut omnem horam, qua coram ipso Deo psallitur, competenti veneretur silentio, nec ullus interim eum audeat de[i] quolibet sollicitare negotio. Peractis votis et post missarum sollempnia divinis consignatus[k] reliquiis[6] mane reliquum curae regni administrandi deputat[7]. Si venationibus exercetur, in[8] equis, **in**[l] canibus, accipitribus caeterisque eius generis[m] avibus instituendis[n], spectandis, circumferendis[n] nulli secun- 1160.

a) repraesentat *Sid., cf. Kohl, 'Beitr.' I, p. 23, qui an ita emendandum sit dubitare videtur.* b) guttur. *deest β.* (menti, gutturis, colli *Sid.*). c) *ita etiam Sid.;* col. (calorem *A*) illi crebro n. ira *A. A*; col. post add. B* 1. d) et vox *B* 1 *(sed cf. Einh.).* e) acquirebatur *A. A* (cf Einh.).* f) aquir. *B* 1. g) *desinit B*, qui pergit in Appendice.* g*) diuturnam *codd.* h) *ita Wilm., cf. Sid.; Kohl l. c.;* antelucanus *β. B? C* 2; an locandus *A.* i) de quol. *des. A*.* k) us *in l. raso A.* l) in *deest A. A*. β. Sid.* m) generibus *A. β.* n) instituendum spectandum circumferendum *A. β. B. C* 2; circumferendum *etiam A*; sed cf. Sid. Wilm. Waitz.*

1) Incessus — corripitur, *l.* 10 *sq.. ad Einhardi V. Karoli M. c.* 22. *accommodata.* 2) [Bellorum — receptis *maximam partem ex Iordan. Get.* 35, 182, *unde eadem etiam in Ottonis Chron. IV,* 28, *p.* 220]. 3) [*Cf. Sallust. Catil.* 43, 4. *Iug.* 7, 1]. 4) [Si — veneratur, *l.* 17, *ad Apollinaris Sidonii epist. l. c. conformata*]. 5) [diurnam *scribi oportuisse etiam ex Sidon. l. c. apparet; cf. Kohl l. c.*]. 6) [*Cf. supra IV,* 43, *p.* 284: quodam mane primo diluculo egredientem de cubiculo tentorii, ut more suo coram sanctorum reliquiis orationum suarum Deo munia persolveret; *Gundlach, 'Heldenlieder der deutschen Kaiserzeit' III, p.* 732 — 733, *n.* 1]. 7) [mane — deputat *ex Apoll. Sid. l. c.*]. 8) [in — secundus *ex eiusdem epist. IV,* 9, *p.* 61].

1160. dus. In birsando ipsemet arcum[a] tendit, spicula[1] capit, implet, expellit. Eligis quod[b] feriat, quod elegeris ferit. In convivio talis disciplina, *habundantia[c] regia*, ut nec sobrietas temulentiam nec fames frugalitatem possit incusare[2]. Cum[3] ludendum est, regiam tantisper sequestrat[d] severitatem, eiusque[4] temperamenti est, ut sit remissio non vicians[e, 5], austeritas non cruentans. Erga familiares suos in proferendo alloquio non minax nec in admittendo consilio spernax nec in reatu investigando persequax. Scripturas et antiquorum **regum**[f] gesta[6] sedule[g] perquirit. Elemosinas[7] in ministerio pauperum plerumque ipse manu sua distribuit, pecuniarum suarum decimam aecclesiis et monasteriis fideliter dividit. In[8] patria lingua admodum facundus, Latinam vero[h] melius intelligere potest quam pronuntiare. Vestitu patrio utitur[i, 9], nec profuso aut petulanti, sed nec plebeio[10], cui magis hoc decorum, ut in castris suis potius Martis[11] pompa radiet[k] quam Veneris. Qui[12] cum in ampliando regno et[l] subigendis gentibus tantus existat[m] et[n] in predictis occupationibus assidue versetur[m], opera tamen plurima ad regni decorem et commoditatem pertinentia diversis in locis inchoavit, quedam etiam[o] consummavit et maximam providentiae partem obsequio pietatis inpendit. Palatia siquidem a Karolo[p] Magno quondam pulcherrima fabricata et regias clarissimo opere decoratas[13] aput Noviomagum et[q] iuxta villam Inglinheim[14], opera quidem fortissima, sed iam tam neglectu quam vetustate[15] fessa,

a) et arc. *β. B* 1. b) quid *Sid.* c) hab. reg. *des. A. A**. d) sequestratur *B* 1. e) meians *β. B. C* 2; minans *A. A**. *Urst. ex notis Pithoei.* f) reg. *deest β. C* 2 *(item in plerisque codd. Einh.).* g) *ita A. β. B* 1; sedula *A**; sedulo *edd.* h) quoque *A**. i) uti *A. A**. k) radiaret *A*; radiare *A**. (appareret *Sid.*). l) et *om. B* 1. m) existeret . . . versaretur *A. A* (cf. Einh.).* n) ut *C* 2. o) *ita iam Einh.*; etiam *deest B.* p) Carolo *h. l. A.* q) et *om. C* 2.

1) *[*spicula — ferit *ex Apoll. Sid. epist. I, 2, p. 3].* 2) *[Haec quoque ad eandem epist., quamquam laxius, accommodata].* 3) *[*Cum — severitatem *indidem].* 4) *[*eiusque — persequax, *l. 9, ex Apoll. Sid. epist. IV, 9, p. 61. fere ad verbum hausta].* 5) *[*vicians *Sid. l. c.; cf. Kohl l. c.; etiam supra II, 3, p. 105, l. 2 sq.:* remissionis vicium*].* 6) *[Cf. Einhard. l. c. 24].* 7) *[Cf. Einh. l. c. 27].* 8) *[*In — pronuntiare *ad Einhard. V. Karoli M. c. 25. conformata].* 9) *Cf. ibid.* 23. 10) *[Cf. ibid.].* 11) *[*Martis — Veneris *ad Apoll. Sid. epist. IV, 20, p. 71. conformata].* 12) *[*Qui — consummavit, *l. 22, fere verbotenus ex Einh. V. Karoli M. c. 17. sumpta].* 13) *[Cf. Ioseph. Bell. Iud. I, 16].* 14) *[Cf. Einhard. l. c.].* 15) *[*vetustate — demonstravit, *p. 345, l. 2, ad Ioseph. l. c. conformata].*

decentissime reparavit et in eis maximam[a] innatam sibi 1160. animi magnitudinem demonstravit; aput Lutra domum regalem ex rubris lapidibus fabricatam[b, 1] non minori munificentia accuravit. Etenim ex una parte muro fortissimo[c] eam amplexus est; aliam partem piscina ad instar lacus circumfluit, piscium et altilium in se continens omne delectamentum ad pascendum tam visum quam gustum. Ortum quoque habet contiguum cervorum et capreolorum copiam nutrientem. Quorum omnium regalis magnificentia et maior dictu copia operae precium spectantibus exhibet[d]. In Italia quoque aput Modoicium[e, 2], Laudam[3] et in aliis locis ac[f] civitatibus *p. 491. in reno*vandis palatiis edibusque sacris[4] tantam liberalitatis magnificentiam declaravit, ut totum imperium tanti imperatoris et munere et memoria in perpetuum fungi non desinat. Reges Hyspaniae, Angliae, Franciae, Datiae, Boemiae atque Ungariae[5], quamvis suspectam[6] semper eius haberent potentiam, sibi adeo per amicitiam et societatem devinxit et ad suam voluntatem sic inclinatos habet[g], ut, quotiens ad eum litteras vel legatos miserint, sibi cedere auctoritatem imperandi, illis non deesse voluntatem obsequendi denuncient[7]. Imperatorem[8] Constantinopolitanum[h] Manuel, ultro amicitiam et societatem eius expetentem, cum sese, sicut antecessores sui Romanorum appellaret[i] imperatorem, inflexit[k], ut se non Romae, sed Neoromae vocet[l] imperatorem[9]. Et ne multis morer, toto[10] regni sui tempore nichil umquam duxit melius, nichil iocundius, quam ut imperium urbis Romae sua opera suoque labore pristina polleret et vigeret auctoritate.

a) maxime *cum Iosepho legere vult Kohl.* b) fabricavit *A. A**. c) firmissimo *A.* d) exhibent *A. A**. e) Modoicum *B* 1; Medoicium *C* 2. f) a *B* 1. g) habuit *A. A* (cf. Einh.)*; inclinavit *B* 1. h) Constantinopol' *A*; Constantinopolis *β*. (Imperatores etiam Constantinopolitani *Einh.*). i) appellarent *B*. k) flexit *β*. l) vocaret *A. A**.

1) *[Cf. supra III,* 15*a, p.* 184*]*. 2) *[Cf. supra III,* 50, *p.* 226.*]*. 3) *[Cf. supra III,* 53, *p.* 228*]*. 4) *[Cf. Einhard. l. c.* 17*]*. 5) *[Cf. supra IV,* 84, *p.* 341*]*. 6) *[*suspectam — miserint, *l.* 20. *ad Einhardi V. Karoli M. c.* 16. *conformata]*. 7) *[Cf. litteras Heinrici regis Angliae III,* 7. *allatas, supra p.* 172, *l.* 19 *sqq., unde haec sumpta]*. 8) *[*Imperatorem — expetentem *ex Einhard. l. c. deprompta]*. 9) *[Cf. supra III,* 6, *p.* 170 *sq.; Simonsfeld, 'Jahrb.' I, p.* 558, *n.* 118*]*. 10) *[*toto — auctoritate *ex Einh. l. c.* 27*]*.

1160. Haec[a] a glorioso principe acta sunt usque[b] ad presentem annum, qui ab incarnatione Domini millesimus[c] centesimus sexagesimus, regni autem eius septimus[d, 1], imperii quintus[e] numeratur, multa adhuc in regni gubernaculis feliciter acturo tandemque aput Regem regum cum piissimis principibus aeterna percepturo premia meritorum[f].

Hos[g, 2] de latissimis gestorum tuorum pratis, augustorum optime, tam dilectus patruus tuus Otto episcopus quam nostrae humilitatis diligentia flores legit, unde huius opusculi coronam texeremus; plura, quae de te sciuntur[h] et referuntur, peritioribus et magis domesticis relinquentes. Quae si cuiquam invisa fuerint, aut[i] ea despicabilia iudicaverint[k], nos tamen obedientiae[3] nostrae fructus consolabitur, qua precipienti paruimus. De qualitate autem operis[l] vos, dilectissimi domini mei[4], videritis, quos in hoc opere arbitros elegimus et correctores. Vobis enim adiudicandum erit quod editis, per vos[m] iudicandum quod[n] delendum duxeritis[o].

a) Haec — meritorum, *l.* 7, *in fine ponunt A. A**1. b) ad pr. u. a. *β*. c) Millesimo .C.LX⁰ *A;* M⁰clx *β*. d) VII⁰ *A;* VII *β*. e) V *β;* num. V^to. *A*. f) Amen *add. A*. g) Hec *A. A**. h) secuntur *A;* feruntur *A**. i) eos *add. β*. k) iudicaverit *A;* indicaverit *A**. l) operis *om. A. A** (de qu. a. opusculorum *Oros.*). m) nos *A*. n) quid *A. β*. o) Finis *add. β*.

1) *[Immo octavus].* 2) *[*Hos — referuntur, *l.* 12, *ad Iordan. Get.* 60, 316. *conformata].* 3) *[*obedientiae — duxeritis *ad Oros. VII,* 43, 20. *conformata].* 4) *Scil. cancellarius Ulricus et notarius Heinricus; vide prol. [supra p.* 162 *sq.].*

APPENDIX[a]

*ex codd. B 1. B**.

(Aug. 9). Anno ab incarnatione Domini MCLX. apud oppidum, quod vocatur Carcer[1], ab imperatore contra Mediolanenses grave prelium habitum est, et cum iam, Latinis qui secum erant fugientibus, victus videretur, strennue vicit. Cesi pene quingenti ex parte adversa, de nostris tantum quinque. (Iun. 24). Eodem anno vel proximo[b] Arnoldus, vir grandevus et prudens, archicancellarius et Mogontinus archiepiscopus[c], de aecclesia sancti Iacobi[d] per incendium exire coactus, a suis ministerialibus crudeliter necatus est.

1161. Anno ab incarnatione Domini MCLXII. Mediolanum denuo novo genere obsidionis clausum est, castris in giro eius constructis.

1162. Anno MCLXIII. Mediolanum captum et funditus eversum est. 1161. Goizo[e] rex Ungariae moritur.

Millesimo CLXIIII, dissentientibus[f] inter se fratribus Goizi[g] et filio eius parvulo, puer imperatorem, datis[2] V milibus marcarum, sue parti adiungit. Veronenses, Vincentini[h], Paduani, Tarvisini rebellant. Octavianus moritur*, Gwido** substituitur. Eberhardus Salzburgensis[i] archiepiscopus venerabilis obiit. Conradus Pataviensis episcopus substituitur, Conrado[k] Robertus, Roberto[3] Albanus Frisingensis[l] canonicus. Hartwicus[m] Ratisponensis episcopus inutilis, Hartmannus*** Brixiensis Deo dignus[4] episcopus obierunt.

*) qui et Victor *add. B**.
) qui et Paschalis *add. B.
***) et venerabilis H. Br. ep. o. *B**.

a) *eadem, ut videtur, manu adduntur in B 1. Quae etiam maiore ex parte, omisso tamen initio* Anno ab i. D. 1160. — Tarvisini rebellant *(l. 21), in B* reperiuntur, addito hoc titulo:* Item de scismate. *De codice Florentino cf. supra praef. Praeterea fere integra exscripta sunt in Ann. Zwetlensibus, ap. Pez SS. Rer. Austr. I, p. 559—562; quos cum cod. Zwetl. ur. 255. contulit Wattenbach (cf. SS. IX, p. 482). Quaedam similia, ut Giesebrecht animadvertit, etiam in Ann. Mellic. Continuatione Zwetlensi prima, SS. IX, p. 538.* b) Eodem anno vel proximo *desunt Zw., ubi haec a. 1161. leguntur.* c) episcopus *Zw.* d) I. apostoli *Zw.* e) Geltsa *Zw., ubi haec a. 1162. adduntur.* f) dissidentibus *Zw.* g) Goizi *corr.* Geizi *Zw.* h) Vic. *Zw.* i) Salzp. *Zw.;* Eodem anno Eberh. Salzp. a. ob. *B*;* cui Chǒnr. *B*;* Chunr. *Zw.* k) Chǒnrado Rǒbertus, Rǒberto *B*;* Conrado — obierunt *des. Zw.* l) Frisig. *B* semper.* m) Item eodem anno Hartuw. *B**.

1) *[Carcano].* 2) *[Cf. tamen infra a. 1166, p. 348, l. 14 sq.; Giesebrecht, 'DKG.' V, p. 392. 475. VI, p. 446].* 3) *[A. 1165].* 4) *[Cf. Gest. Fr. III, 15 a, supra p. 147].*

1165. Anno ab incarnatione Domini MCLXVI. apud Wirze-
Maii 23. burch[a] in pentecosten curia celebratur, ubi coniuratio fit[b] ab imperatore et principibus qui aderant tam secularis quam aecclesiastici ordinis, quod Paschalis semper papa habeatur et eo mortuo nullus nisi de sua parte eligatur; similiter post mortem imperatoris nemo sibi substituatur, nisi iuraverit se eandem *partem defensurum. Solus *p. 492. Albertus Frisingensis[c] tunc iurare noluit. Nam Conradus[d] Mogontinus iam ut hostis preiudicatus fuerat. Eodem anno Albertus Frisingensis, diu renitens, coactus iuravit obedire Paschali pro[e] conscientia, quamdiu imperium partem eius foveret et quamdiu regalia habere vellet. Ipso[f] itidem anno imperator circa festum sancti
Aug. 1? Petri[1] descendens[g], Ungaros, qui ante promissam pecuniam ex maiori parte mentiti fuerant, denuo iurare coegit. Ubi rex Boemorum quendam de regulis[h] Ruthenorum suae presentiae obtulit eiusque illum ditioni subdidit. Fames valida per totam terram[i].

1166. MCLXVII.[k] Imperator circa autumpnum Italiam[l] intravit ibique, cooperante cancellario suo Christiano, Paschalem per iterata sacramenta confirmavit; hoc eiusdem[m] instinctu cancellarii apposito, quod nullus eorum umquam absolutionem[n] eius iuramenti expeteret et oblatam numquam reciperet*. Eodem anno dux Austriae H.[2] et O. palatii comes maior in Greciam destinati, sine effectu, preter quod magnifice donati sunt, revertuntur. Heinricus dux[o] filiam suam[3] regi Ungarie[4] coniugio copulavit[5]. Inter Saxones et ducem Bawarie H. grave bellum agitatur**.

1167. MCLXVIII. Imperator Ravennates, Fagenses[6], Bononienses graviter attritos ad deditionem coegit. Christi-

*) *Hic subiunguntur in B*:* Ipsoque anno valida fames per totam terram. **1167.** Christanus etc., *omissis:* Eodem anno — coegit.

**) *Zw. add.:* Imperator in Papia resedit cum paucis, quae et Ticinum dicitur.

a) Wirziburch *B*. Zw.* b) c. principum ab imp. fit *Zw.* c) Frising. *deest B*;* episcopus *add. Zw.* d) Chŏnr. *B* semper;* Chunr. *Zw. semper fere.* e) pro consc. *des. B*.* f) Ipso — subdidit *(l. 17 sq.) des. B*.* g) *Zw. m. sec. add.* in Austriam. h) Ruthenis regulis *Zw.* i) invaluit *m. sec. add. Zw.* k) Eodem anno imperator circa aut. *B*.* l) intr. It. *B*.* m) inst. ei. *B*.* n) ei. abs. iur. *Zw.* o) dux *deest Zw.*

1) *[Dubium videtur, an festum Petri et Pauli, Iun. d.* 29, *intellegendum sit].* 2) *Heinricus et Otto.* 3) *[Agnetem].* 4) *[Stephano III.].* 5) *[Cf. Contin. Zwetl. I. a.* 1166*].* 6) *Faventini esse videntur. W.*

anus aput Mogontiam domno Conrado superponitur[1]. 1167. Iuvavia, iam dudum propter Alexandrum ab imperatore proscripta, crematur, dubium an hostium patratu an proprio casu. Conradus[a], frater[b] imperatoris, pro recuperanda gratia, quam dudum inepte amiserat, Italiam intrat, sed sine effectu revertitur. Welfo* senior et Heinricus burgravius et Fridericus palatinus comes Hierosolimam[c] petunt.

MCLXVIII.[d] Ungarus, sibi auxilium prestante H. 1167. duce Austriae, socero suo[2], bellum movet Grecorum imperatori[3] pro eo quod fratrem suum[4] regnum affectantem suscepit et fovit[e], coniugio filiae[5] ditavit. Eodem[f] anno imperator Anchonam obsidet, capit[g]. Intereaque Romam premittit Reinoldum[h] Coloniensem et Christianum Mogontinum cum copiis. Quibus inter Tusculanum et Urbem Romani cum[i] exercitu occurrunt, committunt[k], *(Maii 29).* vincuntur et ad internitionem ceduntur. Ceciderunt ibi de Romanis fere VIIII milia, capti fere tria. Subse- *(Iul.).* quitur eos imperator, Leoninam urbem et porticus aecclesiae sancti Petri cremat[l]; aecclesiam a Romanis incastellatam capit, et evertisset, si non religionis intuitu pepercisset. Post[m] haec in Longobardiam iter flectit. Cremonenses, Brixienses, Mediolanenses ad locum suum reversi[n], Laudenses[o], Pergamenses, Mantuani hostibus imperii confederati rebellant. Eodem tempore pestilentia gravis exercitum invasit et ex maxima parte extinxit. Mortui tunc sunt de principibus Reinoldus[p] Coloniensis, Daniel Bragensis, Eberhardus[q] Ratisponensis, Conradus Augustensis, Gothefridus[r] Spirensis, Herimannus Ferdensis, N. Cicensis[6] episcopi, Fridericus filius regis Conradi[s], Welfo[t] iunior, Berengarius[u] de Sulzbach, de

*) Eodem anno (*sc.* 1167) Gwelfo princeps Sardiniae, dux Spoleti, marchio Tusciae, dominus domus domnae Mahthildis[7] et Otto burgravius et Fred. *B**.

a) Conradus — revertitur *des. B**. b) fratris *Zw., ubi post add.* filius. c) Ier. *Zw.* d) 1168. Ungarus — ditavit *(l. 12) des. B**. e) quem etiam *m. sec. add. Zw.* f) Ipso anno *(e corr.)* imperator Romam *B**. g) et cap. *Zw.* h) Reinaldum *B**. i) c. exerc. *des. B**. k) bellum c. convincuntur *Zw.* l) crematur *Zw.* m) Post haec — rebellant *(l. 25) des. B**. n) sunt rev. *Zw.* o) Laudunenses *Zw.* p) Reinaldus *Zw.*; R. Col. *des. B**. q) N. *B**. r) Gottefr. *B**; Gotfr. *Zw.* s) Cunr. *h. l. Zw.* t) Gwelfo *B**. u) Berngerus de Sulzpah *B**; Sulzp. *corr. ut videtur* Salzp. *Zw.*

1) *[A.* 1165. *electus, a.* 1167. *consecratus est].* 2) *[Cf. Contin. Zwetl. I. a.* 1167*].* 3) *[Manueli].* 4) *[Belam sive Alexium].* 5) *[Mariae, quam tamen illi solummodo desponsavit; cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 380. 495. 680. *VI, p.* 451*].* 6) *[Error].* 7) *[De titulo, qui ex charta depromptus videtur, cf. Adler, 'Herzog Welf VI', praesertim p.* 35 *sq.* 143*, nr.* 43*].*

1167. baronibus innumerabiles. Imperator[a] cladem suorum,
rebellionem Italorum litteris per omnem imperii latitudinem declamat. Ratisponensi episcopo Chŏno[b] successit[c], Augustensi Hartwicus. Non minus autem et in Urbe pestis eadem desevit, adeo, ut dicebatur, quod mulieres[d] maritis viduate ab exteris[e] civitatibus expetere conubia cogerentur.

1167. MCLXVIIII. Rolandus[f], qui et Alexander[g], denuo
Urbe cedit. Nam hoc eodem anno[1] de Francia *reversus, *p. 493.
fretus quibusdam de nobilioribus Romanis et Gwillehelmo[h]
Siculo, sedem Lateranensis patriarchii insederat. Im-
1168. perator[i] periculoso itinere de Italia revertitur. Non
1167. multo post Gwido quoque a fidelibus imperatoris Rome
1168. locatur[k]. Conradus Iuvavensis constanter cum Rolando
perseverans defunctus est, eique Adilbertus[l] filius regis Boemici, sororius[m] eius, subrogatur[2]. Inter haec noviter electi episcopi, ut consecrationem suam a Cristano[n] Maguntino[o] recipiant, ab imperatore compelluntur. Gwido, qui[p] et Paschalis, moritur et[q] in basilica beati Petri Romae sepelitur; a Romanis preter Centios[r] Iohannes Albanensis[*] episcopus eligitur[s] et Calixtus[t] tercius nuncupatur. Lodewicus[u] rex Franciae et Heinricus rex Angliae invicem gwerrant; ab imperatore de pace inter se facienda precibus[v] conveniuntur, adiunctis minis ex parte regis Francorum; nam inter imperatorem et regem Angliae fedus et amicicia fuit, data filia sua[3] in uxorem Heinrico duci Bawariae et Saxoniae. Hartwicus[w] Augustensis a Christiano[x] consecratus ordines celebrat, Albertus Frisingensis, iam quasi liber et liberatus a scismate per mortem Gwidonis, similiter. Eodem[y] anno rex Hierosolimorum[z, 4] de Sarracenis gloriose triumphavit.

*) Strumensis abbas *Zw.*

a) Imp. — declamat *des. B**. b) Chuno *Zw.* c) succedit *B**. d) vid. mul. mar. *Zw.* e) externis *Zw.* f) Rul. *Zw., et ita post.* g) papa *m. sec. add. Zw.* h) Gwillihelmo *B*;* Gwilhelmo *Zw.* i) Imp. — revertitur *des. B**. k) collocatur *Zw.* l) Adalb. *Zw.;* Hainricus *B**. m) filius sororis *Zw.* n) *ita Zw.;* xpīano *corr.* xpāno *B* 1; Christan. *B* semper.* o) Mogont. *B**. *Zw.* p) qui et P. *des. B**. q) et *deest B**. r) caeteros *Zw.* s) elegitur *ut etiam alibi B**. t) Galistus *B*;* Calistus *Zw.* u) Lod. — Saxoniae *(l. 27) des. B*;* Lodw. *Zw.* v) prec. *deest Zw.* w) Eodem tempore Hartwicus a Christano *B**. x) *ita h. l. B* 1; Cristano *Zw.* y) Eodem anno — recepit *(p. 351, l. 4) des. B**. z) Ier. *Zw.*

1) *[Immo iam a.* 1165*].* 2) *[Cf. Cont. Zwetl. I. a.* 1168*].* 3) *[Mahtilde].* 4) *[Amalricus].*

[MCLXX.[a]] Imperator natale[b] Domini in Alsatia [1169.] egit. Circa[c] purificationem sanctae Mariae[1] Norinberch [*Febr.* 2.] curiam celebrat, ibi regem Boemiae, qui offenderat, de facili[d] in gratiam recepit. Albanum[e] Pataviensem electum, a suis ab episcopio perturbatum, specie[f] tantum in episcopatum restituit, effectu minime[2]. Nam offensus erat ei propterea quod a Cristano[g] consecrari abnuit. Ob hanc etiam causam Chǒnonem Ratisponensem electum graviter ibidem tractavit et curiam ei de hoc verbo[d] usque in proximum pentecosten presignavit, quatinus [*Iun.* 8.] aut ordines a Cristano[h] reciperet aut episcopatum dimitteret. Intrante quadragesima Cisterciensis[3] et Clare- [*Mart.*] vallensis[4] abbates imperatorem conveniunt super scismate eique suggerunt, ut Babinbergensem episcopum[5] cum eis Romam destinet. Quod et[i] factum est. Sed propter Longobardorum insolentiam negotium ipsum tunc provectu[k] caruit[6]; nam episcopus ipse ab eis repulsus, ad propria redire coactus est. Circa idem tempus Salz- [(*Mart.* 15).] burgensis[l] electus[m] ab Ǒlrico[n] patriarcha Aquileigensi[o] consecratus est, invito imperatore. Pascha[p] in Alsatia [*Apr.* 20.] celebratum est.

a) *annus in marg. add. B* 1; *deest Zw.* b) natalem *Zw.* c) Circa — Mariae *des. Zw.* d) *dubium videri potest, an lectio depravata sit.* e) 1170. Albanum *B**. f) spe *B* 1. g) *ita h. l. Zw.* h) Cristiano *corr.* Cristano *B* 1, *et ita Zw.* i) et *deest Zw.* k) effectu *Zw.* l) Salzp. *B*. Zw.* m) episcopus *Zw.* n) Ulr. *Zw.* o) Aquilegense *B*;* Aquilegiensi *Zw.* p) Pascha — celebratum est *des. B**.

1) *[Immo demum medio fere Februario; cf. Giesebrecht, 'DKG.' V, p.* 631. *VI, p.* 487*].* 2) *[Cf. Cont. Zwetl. I. a.* 1169*].* 3) *[Alexander].* 4) *[Pontius].* 5) *[Eberhardum].* 6) *[H. Böhmer, 'N. Archiv' XXI, p.* 655, *n.* 1. *his ex verbis non sine causa colligendum credit ista demum post pactum Venetum a.* 1177. *Aug. factum, Rahewino iam mortuo, conscripta esse].*

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 22, *n.* 4. *pone uncum post 'filius' (non post IV).*
P. 28, *n.* 1. *adde: Ottonis Chron. III,* 12, *p.* 148, *l.* 19.
P. 47, *l.* 7. 8. *pone virgulam post* orbem *et dele virgulam post* terrarum.
P. 49, *l.* 14. *adde in margine:* (31).
P. 53, *n.* g *adde punctum post* 3.
P. 57, *l.* 34. *in margine lege: Dec.* 1.
P. 57, *n.* r *lege c.* 43 *pro c.* 42.
P. 65, *l.* 12. *Ad* ostendit *adde notam: Cf. prooemium, supra p.* 11, *l.* 31 *sqq.*
P. 94, *n.* *, *l.* 35. *adde post B et post β: B*.*
P. 97, *n.* y *dele 'quod tamen vix probamus'.*
P. 102, *l.* 27. *adde ante* 3: 1.
P. 106, *n.* q *adde post* 39: ; *Ottonis Chron. VIII,* 9, *p.* 404, *l.* 22.
P. 111, *n.* 5. *adde post ed.* : 2.
P. 123, *l.* 22. *lege:* angustias.
P. 127, *n.* 1. *lege: supra.*
P. 133, *l.* 30. *ad* aures *adde notam: Cf.* 2. *Tim.* 4, 3: prurientes auribus.
P. 142, *n.* 5. *lege: n.* 2, *pro n.* 1.
P. 145, *l.* 8. *adde in margine:* (24).
P. 146, *l.* 1. *dele virgulam post* victor.
P. 152, *l.* 34. *lege:* peculiaris.
P. 153, *l.* 1. *ad* populus *adde notam: Cf. Deut.* 14, 2: Te elegit ut sis ei in populum peculiarem.
P. 153, *n.* 1. *adde: Cf. Isidor. Orig. XIII,* 21, 30; *Hofmeister, 'Studien' l. c. p.* 734, *n.* 4.
P. 170, *l.* 31. *adde in margine: (c. Sept.* 28*).*
P. 177, *l.* 10. *ad* scriptum est *adde notam: Cf. Ottonis Chron. VI,* 34. *VII,* 16, *p.* 303. 332.
P. 220, *n.* d *adde: Cf. etiam Ottonis Chron. lib. I, prol. VI,* 9, *p.* 6, *n.* 3. 271, *n.* 1.
P. 254, *l,* 4. *pone virgulam post actio.*
P. 257, *n.* 5. *adde: et I,* 30, *p.* 47, *l.* 22 *sqq.*

INDEX NOMINUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

A.

B.

Bernhardus, Bernardus, Berardus.

Bertholfus, Bertolfus, Berhtolfus.

C, K.

H.

I, Y.

M.

N.

Nicolaus, Nycolaus.

O.

T.

W, Gu-, Gw-.

Wilhelmus, Willehelmus, Willelmus, Gwilhelmus, Gwillehelmus, Guillelmus.

GLOSSARIUM.

Maior numerus paginam, minor lineas quinas indicat.

capitaneus 116, 10. 222, 20. 244. 298, 25. 306, 10.
capitium manti apostolici 301, 5.
carta regis 260,30. — cartularii 248,10.
castrum regale 227, 10.
causari 173, 15.
censura ecclesiastica 245, 5.
census annuus de propriis capitibus 240, 15.
chiliarchi 209, 10.
chronographia 254, 20.
cingulum militiae 43, 10. 116, 25. 126, 30 *saepius*.
claustra monachorum 34.
cliens 149, 15.
clientela regia 280, 25. *Cf.* familia regalis.
coenobia regalia 199, 5.
cognationabiliter 40, 15.
collateralis, *confinis* 255, 5.
collatio, *disceptatio* 82, 30. 228, 30. 275, 20. 298, 20.
collecta 113, 10.
colonia 23, 25; imperatorum seu regum 24; Romanorum 114.
colonus 12, 20. 154, 10.
comitantia, *Begleitung* 18, 30. 19, 5.
comitatus, *Grafschaft* 15, 5. 26, 1. 116, 20. 122, 5. 154, 10. 160, 25. 240, 10.
comminare 116, 20
compositio 152, 5. 10.
concilium 81, 1. 87, 1 *saepe;* generale, universale 8, 15. 81, 1.
condescendere 131, 15.
conducere, *geleiten* 247, 10.
conductus, *Geleit* 97,5. 310,20. 336,25.
conformitas 18, 25. 21, 15.
conrixari 160, 10.
consistorium 75, 15. 135, 5 (publicum). 151 25. 161, 5. 338.
consors regni 292, 5.
consuetudo curiae 106, 5; regum 113, 25; vetus ap. Francos et Suevos 154, 5; Galliae 155; antiqua Veronensium 146; curiae (Rom.) 111,10; consuetudines bonae (Romanorum) 136, 10. 138, 25. *Cf.* Roma.
consules 116, 10. 118, 20. 119. 120; (Rom.) 137, 20.
contrapositio 238, 10.
convenire, *in ius vocare* 268, 20. 271, 30.
conventus 310. 318, 5. 338, 10; conv. generalis 311, 30.
conversatio, *Lebenswandel* 184, 15. 249, 25.
convictus (= victus) 256, 20.
coronari (= coronam portare, sub corona incedere) 107, 5. 142, 20. 226, 20.
corporeitas 21, 10. 77, 30.
cubicularius 284, 10.
curia, *Hof* 106. 135, 1. 152, 1. 266, 5. 267. 289, 1; sacratissima 297, 25; papalis (Romana) 46, 10. 85, 25. 86, 1. 111, 10. 135, 1; *Hoftag, Reichstag* 91, 1. 107, 30. 155, 30. 160, 10. 191, 25. 281, 5. 319, 35. 348, 1. 351, 5 *saepius;* generalis 1, 20. 58, 5. 59, 10. 60, 5. 63, 25; generalis et sollempnis 38, 25; magna 13, 10. 106, 1. *Cf.* consuetudo, iudicium, lex, pares, preco, prefigere, presignare, rationes.

dalmatica 46, 35.
declamare, *verkündigen* 350, 1.
denominative 19, 30. 77, 15. 92, 20.
despective 263, 20.
determinatio 83, 20.
dextrarius 200, 20.
diocesis, *districtus secularis* 120, 30.
diocesani 116, 15. 229, 25. 239, 30.
in directum loqui 263, 10.
dissidentius, *magis dissidendo* 21, 30.
districtio iuris 97, 15.
diversorium, *coenaculum* 314, 1.
divinus, *praesagus* 284, 30.
divus augustus, imperator, princeps 137, 30. 168, 10. 199, 10. 225, 10. 284, 10. 328, 25. 342, 15; diva res publica 158, 5; divi parentes 139, 20.
doctoris officium 134, 1. legum doctores 239, 20. 299, 5.
dominicalia apostolici 276, 25.
domus regalis 184, 5. 345, 1; d. Mehtildis 248. 349, 30.
ducatus, *Herzogtum* 26, 1. 35, 1. 97, 5. 160, 25. 240, 10 *saepius*.
duellum 200.

ecatontarchi 209, 5.
edictum 112, 20. 121, 25; peremptorium 204.

effimera febris 343, 10.
elaborare 42, 10.
equivocare 92, 10. 93, 20.
equivoce 92, 25.
essentia 75, 5. 83.
evacuare 277, 15. 278, 25.
exactio 221, 30; illicita 245, 10.
excusatorius 339, 10.
exfestucare 24, 25.
expeditionem iurare 98, 5. 99. 108. 112, 30. 157, 25. 158, 20; indicere 102, 1. 158, 20.
experiri adversus aliquem, *klagen* 246, 1. 268, 20. 288, 1.

faleratus equus 141, 1.
familia regalis 272, 5; familia imperialis 297, 25; (episcopatus) 249. *Cf.* clientela regia.
farmatia 143, 15.
feudum, feodum 57, 20. 113, 30. 114, 5. 196, 15. 241, 1 — 243, 30. *Cf.* beneficium, infeudatus.
fidelitas, fidelitatis sacramentum 27, 10. 99, 10. 104, 10. 106, 10. 243, 25. 276, 25. *Cf.* hominium.
filiastinus 38, 5.
finitiva sententia 86, 10.
fiscus regalis, regius 50, 25. 118, 5. 240, 15. 248, 10.
fodrum 118, 5. 143, 15. 221, 30. 230, 5. 240, 15. 248, 5. 257, 15. 276, 25.
forum (= *merx?*) 201, 25.
fovea 201, 20.
fundibularius 123, 30. 143, 30. 211, 5. 214, 1.
funicolus hereditatis 168.
funus (= *Leichnam*) 35, 30. 134, 25.

galea, *Galeere* 53, 10.
gatta, *machina* 314, 10.
girare, *circumcludere* 166, 10.
girator 14, 25.
Giscardus, *Nortmannorum lingua oberrator vel girator* 14, 25.
gladium regis portare 106, 10; per gladium porrectum regium nomen abdicare 106, 5; per gladium regna tradere vel recipere 106, 5.
guerra 48, 10. 102, 1; gwerrare 350, 20.

habitudinalis 68, 20.
harnascha, harnasch 200.
hominium 1, 25. 35, 30. 104, 10. 106, 10. 151, 30. 180, 10. 276, 25. 278, 1. — homo 177, 10.
hospites 51, 15; (= solidarii) 51; hospites (Ungarorum) principes dicti 51, 10.
hostes iudicari 121, 10. (122, 10). 227, 10. 288. (348, 5); h. pronunciari 275, 15. 297, 1; hostem denunciare 43, 15. 49, 10.
hysteron, ἱστορεῖν 150, 10.

imponere *cum dativo, exprobrare* 201, 15. 324, 30.
incastellare, *munire* 2, 25. 349, 20.
indeterminate 83.
individualis 77, 15.
individualitas 78, 10.
induciae legittimae 204, 10.
infeudatus 242, 20. *Cf.* feudum.
inglorie 111, 15.
inmantare 306. 321, 30 — 322, 5. 324. 326. 327. 332. 338, 20. — inmantatio 336, 15.
inpremeditate 67, 1. 152, 5.
insignia virtutum 25, 30. 34. 147, 30.
instrumentum, *carta* 136, 15. 242, 15; legittimum 240, 20.
instrumentum = *testamentum (vetus ac novum)* 105, 10.
integraliter 118, 5.
interpolare, *unterbrechen* 126, 25 interpolatio 161, 20.
intronizare 13, 15.
intrusio 108, 10.
invadabilis 147, 1.
in valida manu 2, 5. 29, 30.
investire (de) regalibus 97, 5. 161, 15. — investitura 106, 25. 197, 25. 242, 10; feudi 242, 20; regalium 96, 5.
iudex aecclesiasticus 94, 15; cinctus 97, 15; maior et minor 244, 25; palatinus 241, 20.
iudicium curiae 153, 20; principis 112, 10; principum 112, 20. 150, 20. 158, 20; districtum 154, 15; strictum 204, 15; igniti ferri 201, 1.
ius aecclesiasticum 222; feudorum 241. *Cf.* lex.
ius possessionis (provisionis?) 274, 5.
iusquiamum, *hyoscyamus* 92.

iusticia (= iura) 136, 5 — 138, 15; regni 100, 5. 117, 30. 118. 228, 30. 240, 5; imperii 136, 25. 239, 1.

laudamentum 177, 15. 251, 20.
legio 22, 25. 52. 65, 25.
leporarii canes 202, 5.
letania 255.
lex edictalis 241, 20. 243; curiae 152, 10.
libra 49, 5. 136, 15. 143, 20. 152, 10. 244; l. auri 244.
lignum, *Galgen* 124, 25. 134, 25.
litis contestatio 97, 10.
logica 11, 10. 69, 5. 76, 10; logicorum regula 79, 30. 92, 1; logicus tumultus 253, 25.
logotheta 192, 5.

macilentia 226, 10.
maiestatis rei (contemptores) 97, 20. 122, 10. 127, 25; lesae maiestatis rei 275, 20; scelus lesae maiestatis 268, 5.
manga, *balista* 124, 25. 294.
mania 283, 30.
mantus apostolicus 300, 25 — 301, 10. 306, 5. 321, 30. 322. 327. *Cf.* inmantare.
manuscripto firmare 41.
marca 347, 15; m. argenti 247, 25; m. argenti sive auri 222, 20.
marchia 122, 15. 160, 25.
marschalchus 201, 5 — 202, 1.
mathesis 254, 1.
matutinorum laudes 66, 15.
mediana quadragesima 63, 30. 81. 82, 15.
memoriale 55, 25. 162, 20.
miles, *vassallus* 24, 5. 138, 10. 152, 5.
miliare 154, 15. 160, 20.
militem profiteri 171, 15. *Cf.* cingulum.
minister 104, 25. 152, 15.
ministerialis 90, 20. 154, 10. 347, 10.
missa 142, 20; missarum sollempnia 60, 10. 67, 10. 140, 25. 142, 20.
misteria sacrosancta 252, 15.
mitra 46, 35.
monarchia 38, 15. 107, 10. 125, 10. 135, 20. 182, 30.
moneta 50, 25. 201, 30. 223, 30. 240, 10; falsa 143, 20.
municipium 58, 30. 145, 10. 281, 1.

nicromanticus 13. 25.
notarius regius 260, 30; synodi 82, 30.
nundinae, *tirocinii genus* 43, 20.

oberrator 14, 25. *Cf.* girator.
observare, *hüten, besetzen* 147, 1. 148, 10. 153, 1.
occasio (= obtentus) 244, 35. 247, 20.
odiret (= odisset) 157, 25.
oppidum imperiale 130, 10; principis 58, 30.
ordines celebrare 350, 25; recipere 351, 10.
ordo aecclesiasticus 275, 5. 348, 1; o. secularis 348, 1; o. minor 152, 15; o. pontificalis 154, 5; o. principum 152, 10; o. equestris (Romanorum) 44, 25. 134, 10. 135, 25. 136, 1. 137, 15; equitum 126, 5. 149.
orthodoxus 80, 5. 82, 20. 334, 20.
ortus (= hortus) 345, 5.

pagina divina 93; sacra 58, 35. 250, 5. 340, 1.
palatium regium 310, 20. 340, 10; p. regale episcoporum 249, 15. 276, 25. 277, 10. 278.
palefridus 200, 15. 215, 25.
palliare (= velare) 194, 20. 263, 25.
pallium 111, 20. 323, 5. 327, 20.
papilio, *tentorium* 50, 15. 160, 20. 171, 25. 234, 20.
parabola, *permissus* 224, 15.
pares curiae 243, 20.
par litterarum (= litterae) 178, 35.
pastoforium, *sacellum* 255, 25.
patibulum crucis 285, 25.
patratus 349, 1.
patricius 13, 15.
pedaticum 223, 30. 240, 15.
peregrinus Deus 9, 30. 10, 10. 11, 20.
peremptorie 333, 10.
perendie, *vorgestern* 67, 20.
periurgia (= periuria) 331, 5.
perpetualiter 114, 10.
persona 106, 20; aecclesiastica 133, 30; theologica 75, 1. 77, 1.
personalitas 77, 15. 78, 25.
pilleus (cardinalis) 300, 35.
piscaria 240, 15.
placitum 223, 15.
plebs 28, 20. 116, 10; plebeius 126, 30.
plenarie 79. 331, 20. 333, 25.

pontes = pontaticum 240, 15.
portus = portaticum 223. 240, 15.
potestates, *praefecti civitatibus* 248, 10. 266, 5.
preco 113, 30 — 114, 1. 293, 30; preco curiae 113, 30.
prefigere curiam, diem alicui 107, 30. 272, 5. 275, 10.
prelatus 57, 5.
premeditate 76, 10.
prerogativa 12, 15. 81, 25. 103, 5.
presignare curiam alicui 351.
presul = princeps 124, 10. 151, 25.
pretaxatus 29, 35. 30, 10. 81, 5. 91, 5.
primicerius 302, 1.
primior 19, 15.
primipilarius 29.
privatus 85, 25. 104, 30. 144, 10; privatum esse, *moram facere sine regni negotio* 154, 30.
privilegium 11, 30. 47. 135, 20. 136, 20. 138, 25. 146, 10. 161, 1.
proverbium 28, 5. 76, 1.
pseudomonachus 13, 25.
pupillorum sacramenta 245, 10.

rationes curiae 152, 1.
recommunicare 40, 15.
recompensatio 132, 25.
reditus imperiales (qui dicuntur domus Mehtildis) 248, 10.
regalia, *Reichskleinodien* 6, 10. 30. 98, 15.
regalia (iura) 97, 5. 100, 5. 106, 25. 107, 1. 114, 5. 133, 20. 152, 1. 161, 15. 166, 15. 191, 15. 223, 30 — 224, 5. 229, 30. 240. 248, 10. 257, 20. 276, 20. 278, 15. 348, 10.
regnum pontificale (= corona pont.) 302, 5.
religionis habitus 44. 58, 15; (religiosus h.) 133, 15; ordo 54, 15.
remunerabilis 136, 5.
reprobus 272, 10. 282, 25.
rescriptum (= exemplar) 174, 5. 258, 15. 261, 30. 276, 1.
responsalis 338, 5.
risibilitas 18.
rogationum dies 96, 5.
rusticus 154, 10.

sacramenta aecclesiae 75, 10; sacramentum unctionis 104, 25.
sacrum imperium 158, 5.
sagittea, *navium genus* 53, 10.
sandalium 46, 35.
scedula 178, 35 — 179, 1; sigillata 82, 20.
per sceptrum regalia suscipere 107, 1.
scriba instrumenti 242, 15.
scriniarius 302, 1. 322, 20. 324, 10. 332, 10.
scriptulum 81, 20.
scutifer 100, 20.
sellam gestare 154, 10.
senatus cardinalium 85, 20.
serici panni 53. 119, 15.
servientes (= armigeri) 2, 10.
servitium 3, 15; servitium debitum 241, 15.
servus (regalis) 4, 1.
sigillum (imperatoris) 156, 30.
simbulum 86, 30.
simonia 323, 35.
sirtis 115, 5.
solidarius 51, 15. 192, 10. *Cf.* hospites.
solitaritas 19, 15.
sororius (= sororis filius) 249, 25. 350, 15.
specificus 91, 25.
stipendia (= alimenta) 119, 20.
stola 323, 5. 327, 20. 332, 20.
strator 126, 15. 141, 10; viarum 209, 10; stratoris officium 328, 25.
strepa, *Steigbügel* 334, 5.
stulticitas 81, 10.
subsecundare 260, 30.
subsistens 11, 10. 17. 18, 10. 20. 21. 78, 25. 80. 83, 1.
subsistentia 21. 78, 35. 80. 83, 1.
substantive 19, 30.
suffraganei 71, 25.

talentum 240, 25. 274, 10. 287, 25.
theloneum 50, 25. 223, 30. 240, 10.
topografi 114, 25. 151, 10.
tragedia 65, 1.
transalpizare 113, 25.
translationes episcoporum 109, 20.
transmarinus 8, 30; regiones 132, 20; aecclesia 55, 1; expeditio 7, 35. 58. 59, 5; milicia 58, 10.
transumptive 19, 30.
transvadare 121, 5. 122, 25. 142, 15. 147, 25. 205, 30. 227, 15.
treuga 29, 5. 121, 25. 131, 20. 161, 5. 202, 10. 286, 20; tr. militum 100, 15.

trotannus = trutanus, *poeta vagans et auctor narrationum fictarum* 11, 5.
turneimentum, turnementum 32, 1. 246, 5.
tyrocinium 32, 1. 43, 20; tyrocinari 43, 15.

ultramontanus 55, 20. 204, 1.
univoce 92.
usya 78. — usyosis 78.
utilitas ex decursu fluminum 240, 15.

vadus (= vadum) 206, 1.
vassallus 241, 15. 243.
vavassor, valvassor 14, 15. 116, 10. 222, 20. 244. 279, 20.
vectigal 130, 15. 240, 15.
vectigalis 130, 20.
verbum 68, 10. 351, 5.
versalis 77, 25.
vexillifer 122, 15. 148, 15.
vexillum imperatoris 148, 25; imperiale 226, 5; per vexillum resignare, tradere, recipere provincias 106, 5. 160, 25.
viaticum 97, 15. 135, 5. 221, 30.
vigilia matutina 66, 10.
villa regalis, regia 96, 15. 104, 10. 271, 25.
virga (episc.) 46, 35.

ypostasis 77, 20. 78, 30. 79, 1.

zelotipus 68, 20.
zelus (= invidia) 104, 5. 267, 15.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. XXVI, l. 17. *lege B* 1 *pro B.*
P. 97, *n.* 2. *adde: Hofmeister, praef. p. XV sq.*
P. 116, *l.* 6. *ad* elegantiam *adde notam: Cf. Cic. De or.* 2, 7, 28.
P. 135, *l.* 14. *ad* venisti *adde notam: Cf. Gen.* 42, 11.
P. 198, *l.* 16. *ad* nationes *adde notam: Cf. Iordan. Get.* 36, 191.
P. 202, *l.* 2. *lege: nisi.*
P. 326, *l.* 12. 327, *l.* 5. 329, *l.* 20. *adde in margine:* 1159.
P. 347, *n.* 4. *lege* 184 *pro* 147.
P. 355. *lege:* Ardacher burgus.

SCRIPTORES.

	ℳ	₰
Abbonis de bello Parisiaco libri III. Ed. G. H. Pertz. 1871	—	45
Adami Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum. (In Neubearb.)	—	—
*__Alberti__ de Bezanis abbatis S. Laurentii Cremonensis Cronica. Primum edidit O. Holder-Egger. 1908 . .	2	70
Annales Altahenses maiores. Ed. altera. Recognovit E. L. b. ab Oefele. 1891	1	60
Annales Bertiniani. Recensuit G. Waitz. 1883 .	2	10
Annales regni Francorum inde ab a. 742 usque ad a. 829, qui dicuntur Annales Laurissenses maiores et Einhardi. Post edit. G. H. Pertzii recognovit Fr. Kurze. 1895	2	40
Annales Fuldenses sive Annales regni Francorum. Post edit. G. H. Pertzii recognovit Fr. Kurze. 1891 . .	2	20
Annales Hildesheimenses. Ed. G. Waitz. 1878	—	75
Annales Marbacenses qui dicuntur. (Cronica Hohenburgensis cum continuatione et additamentis Neoburgensibus). Recognovit Hermannus Bloch. Accedunt Annales Alsatici breviores. Cum tabula. 1907	2	50
Annales Mettenses priores. Primum recognovit B. de Simson. Accedunt addit. Annalium Mettensium posteriorum. 1905	2	—
Annales Poloniae. Ex recens. Arndtii et Roepellii. 1866	1	20
Annales Xantenses et Annales Vedastini. Recognovit B. de Simson. 1909	1	80
Arnoldi Chron. Slavorum. Ex rec. Lappenbergii. 1868	1	80
Brunonis de bello Saxonico liber. Editio altera. Recognovit W. Wattenbach. 1880	1	50
Burchardi et Cuonradi Urspergensis Chronicon. (In Neubearbeitung)	—	—
Carmen de bello Saxonico. Ex rec. O. Holder-Egger. Acced. Conquestio Heinrici IV. imp. 1889	—	60
Chronica regia Coloniensis cum continuationibus in monasterio S. Pantaleonis scriptis aliisque historiae Coloniensis monumentis. Recensuit G. Waitz. 1880 . .	4	50
Chronicon Moguntinum. Edidit Carolus Hegel. 1885	2	—
*__Chronicon__ Novaliciense. Ex rec. Bethmanni. 1846	1	25
Cnutonis regis Gesta sive Encomium Emmae reginae auct. monacho S. Bertini. Ed. G. H. Pertz. 1865 .	—	60
*__Codagnelli__ Annales Placentini. Recognovit O. Holder-Egger. 1901	2	—
Einhardi Vita Karoli Magni. Editio sexta. Post G. H. Pertz recensuit G. Waitz. Curavit O. Holder-Egger. 1911	1	25
*__Gesta__ Federici I. imperat. in Lombardia auct. cive Mediolanensi. Recognovit O. Holder-Egger. Accedunt Gesta Federici I. in expeditione sacra. 1892 . .	1	40
Gesta abbatum Fontanellensium. Recensuit S. Loewenfeld. 1886	—	90
Gisleberti Chron. Hanoniense. Ex rec. W. Arndt. 1869	1	80
*__Gotifredi__ Viterbiensis Gesta Friderici I. et Heinrici VI. imper. metrice scripta. Ex editione Waitzii. 1870	—	45
Heinrici Chron. Lyvoniae. Ex rec. Wilh. Arndt. 1874	1	80
Helmoldi presbyteri Bozoviensis Cronica Slavorum. Edit. altera. Recognovit B. Schmeidler. Accedunt Versus de vita Vicelini et Sidonis epistola. 1909 . .	4	80
Herbordi Dialogus de vita Ottonis episcopi Babenbergensis. Ex recensione Rudolfi Köpke. 1868 . . .	1	20

	ℳ	₰
Iohannis abbatis Victoriensis Liber certarum historiarum. T. I, Libri I—III. Edidit F. Schneider. 1909	7	—
T. II, Libri IV—VI. Edidit F. Schneider. 1910 .	5	—
Ionae Vitae sanctorum Columbani, Vedastis, Iohannis. Recognovit Bruno Krusch. 1905	5	—
Lamperti monachi Hersfeldensis opera. Accedunt Annales Weissenburgenses. Recogn. Osw. Holder-Egger. Inest tabula. 1894	6	—
Liber de unitate ecclesiae conservanda. Recognovit W. Schwenkenbecher. 1883	2	40
***Liudprandi** episc. Cremonensis opera omnia. Editio altera. Recognovit E. Dümmler. 1877 (In Neubearbeit.)	—	—
Monumenta Erphesfurtensia saec. XII. XIII. XIV. Ed. O. Holder-Egger. 1900	9	—
Monumenta Welforum antiqua. Ed. L. Weiland. 1869	—	45
Nithardi Historiarum libri IIII. Ed. tertia. Post G. H. Pertz recogn. E. Müller. Accedit Angelberti Rhythmus de pugna Fontanetica. 1907	—	75
Ottonis episcopi Frisingensis Chronica sive Historia de duabus civitatibus. Editio altera. Recognovit A. Hofmeister. 1912	11	—
Ottonis et **Rahewini** Gesta Friderici I. imp. Editio tertia	6	75
Ottonis de S. Blasio Chronica. Recognovit A. Hofmeister. (Im Druck)	—	—
***Pauli** Historia Langobardorum. 1878	3	—
Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon cum Continuatione Treverensi. Recognovit Fr. Kurze. 1890 . .	2	40
Richeri Historiarum libri IIII. Editio altera. Recognovit G. Waitz. 1877	2	70
Ruotgeri Vita Brunonis archiepiscopi Coloniensis. Ed. G. H. Pertz. 1841	—	60
***Ryccardi** de Sancto Germano notarii Chronica. Ed. G. H. Pertz. 1864	1	50
Thietmari Merseburgensis episcopi Chronicon. Post ed. Ioh. M. Lappenbergii recogn. Fr. Kurze. 1889 .	3	—
Vita Anskarii auct. Rimberto. Accedit Vita Rimberti. Recensuit G. Waitz. 1884	1	50
Vita Bennonis II. episc. Osnabrugensis auct. Norberto abbate Iburgensi. Recogn. H. Bresslau. 1902	—	50
Vitae sancti Bonifatii archiepiscopi Moguntini. Recogn. Wilhelm Levison. 1905	5	—
Vita Heinrici IV. imperatoris. Ex recens. Wattenbachii. Ed. III. Curante W. Eberhard. 1899	—	50
Widukindi monachi Corbeiensis Rerum gestarum Saxonicarum libri III. Editio quarta. Post Georgium Waitz rec. K. A. Kehr. Accedit Libellus de origine gentis Swevorum. 1904	2	—
Wiponis Gesta Chuonradi II. ceteraque quae supersunt opera. Editio altera. Rec. H. Bresslau 1878. (In Neubearbeitung)	—	—

FONTES IURIS GERMANICI ANTIQUI.

***Determinatio** compendiosa de iurisdictione imperii. Edidit Marius Krammer. 1909	2	—
***Edictus** ceteraeque Langobardorum leges. Cum constitutionibus et pactis. Ed. Fr. Bluhme. 1869	1	80
Lex Ribuaria et Lex Francorum Chamavorum. Edidit Rud. Sohm. 1883	2	40
Hincmarus de ordine palatii. Ed. Vict. Krause. 1894	—	50
Leges Visigothorum antiquiores Ed. Karolus Zeumer. 1894	6	—

Die mit * bezeichneten Bände enthalten italienische Quellen.

FRIEDRICH CULEMANN, HANNOVER.